Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

108101

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΙ Θ, ἐπιγεγραμμένοι Μούσαις.

Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τὸν Ὅμηρον βιοτῆς.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIB. IX,

IX Musarum nominibus inscripti.

Eiusdem Narratio de vita Homeri.

Cum Vallæ interpret. Latina historiarum Herodoti, ab Henr. Stephano recognita.

Item cum iconibus structurarum ab Herodoto descriptarum.

Ctesiæ quædam de reb. Pers. & Ind.

EDITIO SECVNDA.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

Excudebat Henricus Stephanus

ANNO M. D. XCII.

NOBILISS. PRVDENTISS. ET EGREGIIS DOTIBVS ORNATISSIMIS VIris, illuſtriſſimi principis FRIDERICI IIII, electoris Palatini, ſeptemuiri imperii, conſiliariis intimis,

GEORGIO LVD. HVTTENO,
OTTHONI A GRVNRAD,
VOLRADO A PLESSEN,

HENR. STEPH. S. D.

HERODOTVS, cui patria fuit Halicarnaſſus, pater, nomine Lyxes, mater, Dryo, fuiſſe feruntur, (quum alioqui meminerit ipſe & Herodoti filii Baſilidis) ex officina mea, in quam velut poſtliminio redierat, diſcedens, ſpatioſiſſimum illud totius orbis theatrum percurrere iterum velle ſignificauit. Atque in animo ſibi eſſe addidit, in iſtius aulæ pariter & academiæ theatro, paruo quidē illo, verùm percelebri, nō interquieſcere tantùm ſed intermorari, tātiſper dum de tota ſua peregrinatione, tam longa futura, rationē iniiſſet. Quamobrem vt ſibiſuíſque nouem muſis, quas vbique locorum, tanquam is Apollo qui à Græcis muſegetes vocatur, aſſectatrices haberet, de commodis hoſpitibus proſpicerem (ſciebat enim mihi notitiam iſtic ~~cum multis~~ intercedere) rogauit. Ego verò quum ſtatim veſtri qualem decebat mentionem, id eſt perhonorificam, feciſſem, is de aliis vllis hoſpitibus cogitandum vel mihi vel ſibi negauit. Hoſpitalem igitur teſſeram continuò illi dedi, quòd dubitarem an & abſque illa eum agnituri eſſetis. Eum enim non eadem qua prius veſte, ſed longè alia, & ea quidem multo magis pretioſa, ornatum dimiſi. Poterit autem, vt ſpero, hic ornatus meam in dimittendo illo tarditatem compenſare: ac, quoniam ipſum diu ſecundùm iſtud munus meum morari coegi, habebit ſaltem cur donum hoc, grande ſibi moræ pretium eſſe dicat. Vt interim taceam, alia eſſe quæ illi meæ tarditati apud quemlibet æquum iudicem queant patrocinari. Adeo vt nequaquā timendum mihi ſit ne hæc ab vllo eiuſmodi iudice damnetur: dummodo tamen meam apud eum cauſam agant qui, quod fuerit ab annis aliquot meum vitæ genus, vel potius, quæ fuerint mea vitæ genera, comper-

tum habeant. Duo enim hæc fuerunt, vnum, aulicum, alterum, peregrinatorium: vtrunque illi duplici operæ quam Herodotus ſibi à me præſtari volebat, valde aduerſarium. Reſtare curioſus aliquis & polypragmon diceret, vt etiam mei in ſequendis illis vitæ generibus cõſilii rationem redderem: ſed his ille paucis verbis contentus ſit, optimam à me poſſe reddi, & quæ prudentibus viris omnibus ſit ſatiſfactura. Prudentum enim è numero eximo eos, qui (quæ maxima turba eſt) de conſiliis ex euentu demum iudicant: perinde acſi omnipotentiam & omniprudentiam diuinam humanarum virium humanæque ſolertiæ cancellis circumſcriberent.

Herodotus interim, ſi verũ more ſuo fateri velit, (non more ſuo, ſed contra morem ſuum, debuiſſe à me dici, occlamabunt eius aduerſarii) ſe incommodũ quidem ex illa mea in regis mei aula mãſione diuturna ſenſiſſe, ſed aliquo me cõmodo id ſarciſſe dicet. Haud enim eũ celaui quàm multa mihi ea aula ad locupletãdam quam antea ſcripſeram eius apologiam (de Latina autem, non de Gallica, loquor) ſuppeditauerit. Verùm, quum exponerem ei quanto ingenio, quanto iudicio, quanta præditi eruditione ſitis, continuò intellexit, ex eorum vos eſſe numero apud quos apologia minimè opus haberet. Quinetiam, quum vos talis tantíque principis conſiliarios eſſe accepit, (huius enim ſolùm dignitatis mentionem feci) & quidem ex iis qui intimi appellantur, valde ſibi gratulãtus eſt. hoc enim ſibi ſermonis hoſpitibus ſuis non iniucundi materiã prębiturũ reſpondit. Nec iſtud affirmare dubitabo, eum, etiamſi nihil ad ea quæ ſcripſit adiiciat, ſed eorum recitator tantùm, ne ſyllaba quidem adiecta, eſſe velit, tamen quæ libentiſſimè audiatis (illo memoriam eorum quæ olim legiſtis renouante) narraturum. Ac, quemadmodum illum ſibi de vobis gratulatum eſſe dixi, ita viciſſim, (ſi me ſpes non fallet) quidam hiſtoriarum eius loci vobis non ſolùm iudicium quod ad rite fungẽdum munere veſtro requiritur augebunt, ſed etiam quæ vobis gratulandi occaſionem præbeant ſuppeditabunt. Vel vnus certè, qui mihi primus in mentem venit, ex iis eſt. In ea enim libri parte quam Polymnia (niſi potius Polyymnia vocãda eſt) ſibi vindicat, audimus Demaratum ſciſcitantem è Xerxe,

antequam reſponſum ea de re ipſi reddat ſuper qua fuerat ab illo interrogatus, *Veráne an iucunda, ô rex, vis tibi loquar?* Ac memini idem ex alio quodam rege apud alium ſcriptorem quæri. is eſt Amyntas apud Curtium. in ea ſiquidem oratione qua ſe ſuúmque fratrem Alexandro purgat, dicentem ei, poſt alia non pauca, audimus, *Tu hercule (ſi verum audire vis) rex, huius nobis periculi cauſa es.* Quòd ſi ab hoc Amynta ad Demaratum reuertendũ eſt, in iis quę regerit aduerſus reſpõſum regis, animaduertimus, hunc, quamuis malle ſe vera audire dixiſſet, ea parũ æquis auribus accepiſſe. Demaratus enim ſuam oratiunculam poſteriorem his à verbis orditur, *Iam ab initio ſciebam, rex, me, veritate apud te vtentem, minimè tibi iucunda loquuturum.* Adeo nimirum veritatis erat rex ille impatiens. Quum autem veritatis impatientẽ appello, iis vtor ipſis verbis quibus Latinus ille hiſtoricus de Dario, *Itaque veritatis impatiens hoſpitem ac ſupplicem, tunc maximè vtilia ſuadentẽ, abſtrahi iußit ad capitale ſuppliciũ.* Verùm, antequam ab illo Herodoteo loco longius diſcedam, quo vetus illud dictum confirmatur, veritatem odium parere, quídnam is habeat quod à vobis lectum & perpenſum facere poſſit ac debeat vt vobis gratulemini (quemadmodum modò dixi) exponendum cenſeo. Amplam igitur huius gratulationis materiam fore dico, ſi, quæ præ illius Demarati cõditione, ſit veſtra, cogitabitis: & hoc mentes veſtras ſubibit, rem cõtrà vobis eſſe cũ eiuſmodi principe, vt ei conſiliũ ſalubre, etiamſi auribus accidat iniucũdum, dare, tam ſit tutum, quàm Demarato cæteríſque eius cõſiliariis periculoſum erat, in dãdo principi ſuo cõſilio, vera quidẽ ſed auribus vel minimã offenſiunculã præbẽtia, proloqui. Nec verò deſunt hodie (expertus loquor) principes, erga quos eadẽ cautione vtendũ ſit qua Demaratũ erga Xerxem vti videmus. id eſt, quorum vnuſquiſque ab eo quem pronuntiare ſuam de re quapiam ſententiam iubet, interrogandus ſit, Vtrum vis faciam? vera tibi an iucunda loquar? Hoc tamen quid aliud eſt quàm dicere principi, Vis amici veri & fidi, an aſſentatoris, officio fungar? Ac principes qui in audiendæ veritatis impatientia ita xerxizant, vel darizant, vel alexãdrizant (quibus verbis addi quamplurima & propè infinita poſſent, ex alio-

rum regum,aut principum regibus minorum, nominibus ficta) digni certè qui pro veris illis & fidis amicis adulatores nanciſcantur, & in retia eorum tandem incidant. Cæterùm cum illa Demarati interrogatione conueniunt ea verba quibus quidam Græcus & Græcorum imperator,ad ſuos ſcribẽs,literas clauſit: ſe magis quidem iucũda illis futura, ſed quæ non itidem vera eſſent, potuiſſe ſcribere. Nec dubito quin idem plurimi conſiliarii,aut alioqui amici, plurimos ad principes ſcripſerint. Ideo autem ſic loquor, quia quicunque alicuius principis ſunt amici,& quidem fidi, non protinus & conſiliariorum obire munus poſſunt. Hoc enim vt præſtent,& amicos illi eſſe & prudentia valere oportet. Quorum vtrunque quum vobis adſit, eo etiam magis veſtrum principem viciſſim de vobis ſibi gratulari decet. Quamuis porro omnes amici in conſilium non vocentur, ſi tamen Herodoto, vel potius Dario apud eum, fidem habeamus, non quiuis amicus poſſeſſionis pretioſiſſimæ loco habendus eſt, (etiamſi plerique ſcriptores amico cuilibet tantum honoris deferant) ſed is demum qui prudentes inter locum habere poteſt. Ac quum poteſt dico,meretur intelligo.

Cæterùm, vt paulo vlterius in iis Herodoti pergam quæ vobis iudicium circa ea quæ ad munus veſtrum pertinent augere queunt, non minus quo ſe Artabanus erga regem modo gerat in dando cõſilio, quàm quomodo Demaratus, conſiderãdum vobis eſt. Ille (inquit Herodotus) cæteris Perſis tacentibus, miniméque ſententiam ei quæ propoſita erat aduerſariam ferre audentibus,(erat autem Mardonius qui eã in mediũ protulerat) Artabanus,Hyſtaſpis filius,Xerxis patruus,hãc apud regem orationem habuit, *Fieri non poteſt, ô rex, quum ſententiæ ſibi aduerſariæ non fuerunt propoſitæ, vt quis meliorem eligat, ſed ea quæ lata fuerit vtendum eſt: at quum aduerſariæ propoſitæ fuerunt, optio illa datur : quemadmodum aurum purum haud per ſe dignoſcimus, ſed tum demum quum alij affricuerimus.* Qua is maiore modeſtia, qua magis appoſita ſimúlque ſplendida (vt ita dicam) vti comparatione poterat ? quo magis apto orationis exordio attentionem ſibi parare ? Quidni verò hodie aliquis conſiliarius principis, tum præſertim quum eò ſe redactum videt quò metus omnes

redegerat, excepto vno Artabano, (cui hoc etiam, quòd patruus Xerxis esset, aliquid fiduciæ dabat) hac ipsa cõparatione vtatur? Sed auditorũ quispiam fortasse, qui eã apud hunc nostrum historicum legerit, si vel apud hunc vel alium quempiã eam legisse recordabitur. Quid tum? debet certè prò dicto quopiam prouerbiali istud haberi: in prouerbia autem vsurpationis ius cuiuis esse par est. Nec verò minus laudandum istud Artabani dictum censeo, quo aliam orationem auspicatur, *Duo hæc, rex, à me pariter esse momenti iudicantur, bene sentire, & alteri bonam in medium proferenti sententiam accedere.* Obseruãdum porrò hîc, ab illo parem locum ei rei dari, cui Hesiodus proximum tantummodo dederit. Quòd si parem ea locum meretur, eo minus in consiliariis contemni talis assensus debet: præsertim si, qui alterius sententiæ assentitur, is vel aliquid ad eam adiicit, vel rationẽ assensus sui reddit. Plerique tamen consiliarii, dum ea ex re contemptum timent, quasi videri queãt, alteri ideo assentiri quòd è suo depromere penu nihil possint, plerunque aliud quodpiam consilium, qualecunque sit, proponere malunt. Verùm id etiam perpendamus quod ab Artabano subiungitur: ac de Xerxe quod dicit, illum (vt credibile est) miserans, multi multis in principibus consiliarii miseratione saltem prosequantur: *eos, alioqui probos, ab iis quæ cum improbis habent colloquijs pessumdari.* Atque hoc dictum pulcherrima & aptissima comparatione illustrat: *quemadmodum* (inquit) *mare, quod hominibus vtilissimum est, venti in ipsum ingruentes natura vti sua non permittunt.* Idem Artabanus ea in oratione quæ hanc præcedit, rationem optimam istius voti reddit, *-careat successibus opto*

Quisquis ab euentu facta notanda putat.

quum alioqui haud sint vlli quorum calumniis magis expositos videamus consiliarios, quàm eorum qui ex euentu de factis iudicium ferendum censent. Quid quòd eo vsque progredi audet hic cõsiliarius, vt etiam periculum illi arrogantiæ regis à potentia diuina imminere innuat? Huc enim pertinent illa de prægrandibus animantibus, de altissimis tum ædificiis tum arboribus, fulmini magis obnoxiis. Quinetiã in iis quæ proximè subiungit, non cætera quæ modũ excedunt enumerans, sed de iis ge-

neratim loquens, ſolere deũ illa deprimere dicit. Atque hanc fuiſſe priſci ſeculi opinionem, ex Heſiodi etiam verſibus apparet. Valde autem neceſſaria erat his Perſarũ regibus hęc admonitio: quum & prouerbium illud, *Regum prælonga ſunt manus* (niſi dicendum potius eſt, *Regum prælonga ſunt brachia*) quod ipſe Herodotus affert, à Perſis originem habere videatur. Verùm eò tãdem ventũ eſt vt ori Chriſtianorũ etiam, non regum duntaxat ſed principum quoque illis minorum, atque adeò quorundam qui infra principes ſunt procerum, redditum ſit familiare. Atque hinc factũ eſt vt mea muſa monitrix principũ de hac etiã re quoſdã illorũ monẽdos cẽſuerit, his verſibus,

Sed iſta quoties verba ſpiritus dabũt Elatiores, omnis aula quæ ſonat, *Solis data haud ſunt regibus longa manus, Tales eorũ ſunt manus & principũ, Inferior illo regio queis eſt gradus:* Aduertat aurẽ his vocibus muſæ meæ, *Princeps, ſcio manus eſſe longas regibus, Principibus etiã dignitas queis eſt minor: Manus ſed ipſi longiores ſunt deo, (A quo ſuas hi poſſident precariò) Multíſque ei ſunt longiores partibus. Quòd ſi recuſas hoc monẽti credere, Caue ſentientem cogat is te credere, Lõgis abuti manibus vbi te viderit.* Sedenim, ad Herodotũ vt reuertar, quotuſquiſque talia ex eius lectione, qualia ſunt quæ propoſui, reportat? Vix quartus quiſque, interrogatus quidnã apud Herodotũ legerit quod ad conſiliariorũ munus, aut (quod generalius eſt) ad cõſilia capienda pertineat, aliud reſpõdebit quàm hoc, Perſas nõniſi ebrios de rebus maximè ſeriis cõſultare. Atqui, nõ addẽs quod ab Herodoto additur, tũ illi tum ipſis Perſis iniuriã facit. vt omittã, ſecus quàm *ebrios* poſſe, ac debere (meo quidẽ iudicio) Græcã vocẽ reddi: vt in mea ad lectorẽ præfatione exponã. Vnde quũ & alia de hac librorũ Herodoti editione intelligi queãt multa, quæ ne vos quidẽ latere cupio, finem huic epiſtolæ imponã: ſi tamen prius hoſpitẽ & hoſpitas vobis commendauero: quæ quũ nouẽ ſint, ab vnoquoque tres excipi rationi cõſentaneũ eſt. Sed quoniã vereor ne illã quę Erato vocatur, & ita *nomen amoris habet* (vt Naſo de ea loquitur) vnuſquiſque ſua è cateruula eſſe vnã cupiat, & ita hãc muſam, μὴ λοι Ἔρωτος (quod minimè velim, minimè illa muſa velit) eſſe cõtingat: hoc ego conſiliũ dabo (quod forſitã, tacente etiã me, vobis, vtpotę nõ conſiliariis ſolùm ſed prudẽtiſſimis, in mentẽ veniret) vt iſta hoſpitarũ diſtributio ſorti cõmittatur. Valete, & veſtri amantiſſimum redamate.

HENRICVS STEPHANVS LECTIONIS Herodoti ſtudioſis S. D.

HERODOTI editionem ſecundam, diu à te, contrà quàm cupiebam, deſideratam atque exſpectatam, tandem accipis. Faxit autem Deus Opt. Max. vt quam illa ſui concitauit exſpectationem, ſuſtinere ac tueri poſſit. Tanta quidem certè cum acceſſione illa prodit, vt hæc ſaltem ſpes me ſoletur, fore vt grande moræ pretium accipere te fatearis. Sicut enim in priore editione multiplex fuerat meum tuis ſtudiis commodandi ſtudium, ita multiplicem & variam eſſe hanc acceſſionem cognoſces.

Ac primùm quidem, ad eos quod attinet quibus ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione datur, id eſt, qui interpretis operam, tanquam χειραγωγοῦ cuiuſdam, non requirunt, (quamuis multo pauciores in Herodoto & Thucydide, quàm aliis, eam non requirere notum ſatis ſit) ſed cæteris ad hanc lectionem adminiculis eſſe contenti poſſunt: non eas tantùm quas antea diuerſas ſcripturas (vt Græci διαφόρους γραφὰς appellant) exhibui, ſed numerum earum auxi: & cenſura adhibita, quaſdam exautoraui: non tamen ita vt amandarem, ſed tantùm vt loco ſuo motis alium minus honorificum darem. Ex ipſo enim textu (vt hodie moris eſt vocare) in marginem trāſtuli. Sed quaſdam viciſſim maiore dignas honore iudicaui, ideóque eas hinc illuc tranſtuli. Iam verò & pleroſque locos emendaui, qui tibi faceſſere alioqui negotiū poterant: & quidem haud parum negotii nonnulli. Quorum in numero eſt hic qui in Euterpe legitur, ἐπλὼ τοῦ σκευάσωσι τῆσι, ἢ ἐπλὼ καταύξωνται, θύουσι τῷ βῶν. Quem enim illa vocula τῆσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed eſto, veriſimilem poſſe videri hanc emendationem, vnde tamen tantum confidētiæ (dices) vt eas voculas τῇ Γ'σι margini non adſcripſeris, ſed ipſis Herodoti verbis inſerere auſus fueris? Quoniā Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (ſi mauis) Herodotum eſſe ſuiipſius emendatorem, videbam. Ita enim ille in ſequentibus, eadem in muſa, paucarum paginarū interuallo, ὃν δ' Βουσίρι πόλι ὡς ἀναγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὁρτὴν, εἴρηται πρόσθεν μοί. τύπτονται δὲ δὴ μετὰ θυσίην, πάντες καὶ πᾶσαι, μυρ. Sunt verò & alii loci quibus malè affectis ex ipſo Herodoto medicinam adhibui. Sed ſupereſſe fateor qui eandem à me aut ab alio quopiam opem exſpectēt. Parum autem abfuit quin & alium quendam emendare mihi permiſerim: ſuum illi vocabulū, antiquum certè, & multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, inſolens fururum, reſtituendo. id autem eſt ἀλλογλώσσας. Nec dubito quin, ſi de hac emendatione, tanquam ex nimia fiducia proficiſcente, accuſatus fuiſſem, cauſæ meæ patrocinium Heſychius ſuſcepiſſet. Sed (vt opinor) nec Hippocrates Ion, quum me ſcriptori Ioni operam præſtantem vidiſſet, opem viciſsim præſtare mihi recuſaſſet: præſertim quū eodem & ipſe vocabulo vtatur, paulo quidem alium ſed tamen non alienum ab eo quem apud Hero-

dotum habuiſſet, dans ei vſum. Vt taceam, non abſimile vero eſſe, vtrunque ab illo, Hippocrate inquã, datum ei vſum fuiſſe. Eſt verò & alius quidam noſtri hiſtorici locus, qui vocabulũ quoddam non minus Hippocrati quàm Homero vſitatum requirere videtur: vt in meis annotationibus (deo fauente) declarabo. Immo quid obſtat quominus iam nunc illam ſaltem libri illius portiunculam (aut ſiquid portiuncula minus dici poteſt) repræſentem? Scito igitur agi de hoc loco, quẽ habes pag. 122, οἱ δ' πίπτες αὐτῶν, ὑπ' ἀδυνείης βίου ςαφίνας πλάσθητες ὦς, καὶ ὀσφήσθητες ταύτας, θύουσι. Nam quum in Aldina iſta pariter & Baſilienſi editione habeamus, ὑπ' ἀδυνείης βιοὺ τι ἴνας πλάσθητες ὦς, quid vetat quominus quis pro voce βιοὺ ſcribendum βαγοὺς ſuſpicetur? Saltem è ſcriptura qua nihil ſignificari poteſt, aliã quæ nõ incommodum ſenſum habeat, efficiet: idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem, id eſt minimam ſiue leuiſſimam, quũ ſufficere ad quorũdam locorum emendationem viderem, pro religioſo ſuperſtitioſus eſſe nolui. Atque hinc factum eſt vt in hac poſteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπιπῦσι ſcribere ἀπιπῦσι non dubitauerim, pag. 139. quum manifeſtum ſit ἀπιπτῶ eſſe quod Dioſcorides ἐξιπτῶ dicit. Adſcripta autem margini lectio ἀπιπῦσι, quæ nihil poteſt ſignificare, fieri poteſt vt ex alia manarit, aliis literis ſcripta, ſed eandẽ tamen pronuntiationem (vt iampridem literis diuerſis eadem pronuntiatio dari cœpit) habente: ac audiẽs aliquis verbum ἀπηῦσι (quod eſſe poterat expoſitio illius ἀπιπῦσι) nõ illo modo ſcripſerit, ſed hoc, ἀπιτῦσι.

Iam verò & commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quàm antea lectoribus commodaſſe, & labore illos leuaſſe, ex ipſa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligẽtiæ hoc reliqui, vt quam interpunctionem in annotatione margini adſcripta ſequutus eſſem, eam in ipſis Herodoti verbis (niſi fortè à me diſſentirẽt) ſequerẽtur. Ac huius etiam rei exemplum ſuggeret illa ipſa quæ modò propoſita fuit pagina. In eadem enim, circa finẽ, legitur, τὸν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶσαι ἐν τῇ ἀναπάυεται κοίτῃ· ἐκεῖ ταύτην ἴζεσθαι τὸν ἀμφίβληςρον: ſed tamen ſequẽdo ea quæ margini adſcripſi, poſt χρᾶσαι ponẽda eſt τελεία ςιγμὴ, at poſt κοίτῃ, tantùm ὑποςιγμὴ. Fateor interim me ſimul etiam mutaturum libenter αὐτῷ in οὕτω.

Quiddam etiam præſtiti quo me lectionem illis iucundiorem reddidiſſe nemo negauerit. Eſt autẽ idipſum quod in aliis quibuſdam hiſtoricis (de Dione, & de Xiphilini ex Dione eclogis, necnõ de Appiano loquor) nuper præſtiti. In certa enim velut tmemata (cuiuſmodi ſunt quæ vulgo capita nominantur) ſiue tmematia, vnumquenque librum diſtribui. Qua diſtributione quũ lectio, quæ alioqui nimis longa videri poſſet, in certa interualla, ceu lõga quædam via, diuidatur, vbi commodè, ſi viſum fuerit, liceat interquieſcere: non ſolùm iucundior illa redditur, vt paulo antè dixi, aut ſaltẽ tædium illius vitatur, ſed etiam memoria plurimum iuuatur. Quo fit vt non dubitem quin meum hac in re exemplum typographi ſint

ſequuturi: (quemadmodum alia ſunt in quibus viam vel à me vel à patre meo oſtenſam, hodie, tanquã rectam & tutam, ſequuntur) ego certè in Diodori Siculi & in Polybii editione idẽ præſtare conſtitui.

Ad eos autem vt veniã, quibus contrà ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione eſt negatum, eos qui ſine Theſeo è multis illorum locis emergere nõ poſſunt, eos qui duce filo, vt in aliquo labyrintho, ſua ponere veſtigia neceſſe habẽt: multo plus & ipſi huic editioni, quàm priori, ſe debere, meritò fatebuntur: quũ me in multo pluribus locis interpretationem Vallæ emendaſſe, in quibuſdam in meipſum etiam, ad emendationem quod attinet, inquiſiuiſſe animaduertent. Hoc enim de quibuſdam locis poſſe mihi videor dicere, vbi quæ me non ſatis tum temporis oculatum ſubterfugerant, à me nunc, ceu facto oculatiore, deprehenſa fuerunt. De locis tamen iis non iam loquor, vbi tales erant commiſſi errores quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirum ſunt eorum è genere quos μεταμορφωτὰ ſiue μεταμορφωτικοὺς appellare ſoleo, quòd metamorphoſes, & miras quidem eas, in quibuſdam ſcriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum è numero vnus eſt vbi nomen ἥσσονες, quod ſonat *inferiores*, ſeu *viribus minus valentes*, mutatum fuit ab interprete in nomẽ populi omnibus geographis, omnibus hiſtoricis incogniti: quum is ab illo vocetur *Heßones*. Locus ille eſt in Polymnia, pag. 446, ἰδών τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα ῥήγματα ὑπὸ ἡσσόνων. vbi vide quæ margini adſcripta ſunt. Ac eodem modo pag. 471 nomen vel potius pronomen relatiuum οἵπινες, quod reſpondet Latino *qui*, videbis tranſformatum in quendam populum. ita enim ille, *quos prius appellatos fuiſſe Hætines, dictum eſt*: quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc ſint, οὗτοι δὲ, οἵπινες πρότερον ἐκαλέοντο, εἴρηται. Sonant verò hæc, *Hi autem, quinam* (id eſt, quo nomine) *prius vocarẽtur, dictum eſt*. Sic pag. quoque 81, vides, ex ἱστέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἱστῶν, ab ἱστίη, (cuius nominatiuus ſingularis eſt ἱστὶη, quo ſignificatur *familia*) quendam populum ſeu quandam gentem ab interprete nobis fieri, cui nomen ſit *Iſtiæi*. Atque his adiiciendus eſt mons Hirus, per eandẽ metamorphoſin factus, pag. 36. nam ibi legitur, *qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapſus*. vbi admonitiuncula margini adſcriptam vide. Quòd ſi ad aliud genus errorũ interpretis à me emendatorum veniendum ſit, illi non cedens, quin potius id ſuperans, de nullo potius hoc dici poſſe exiſtimo quàm de eo vbi contrarium omnino ſenſum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, eſt in Euterpe, pag. 175. hæc enim exhibet iſta Herodoti verba, ἥκιστα δὲ Κορίνθιοι ὀνοπάζουσι τοὺς χαλκοτέχνας, à Valla ſic interpretata, *Corinthij quoque minimi faciunt opifices:* quum Herodotus cõtrarium de Corinthiis teſtetur, eos nequaquam minimi facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contigit tam magnus error quàm ex non intellecto verbi ὀνομὴ vſu: ſicut nec compoſitum ex hoc factum καταονοῆς intellexit pag. 161: vbi exſtat inſcriptio, cuius principium hoc eſt, ΜΗ' ΜΕ ΚΑ-

τονοθῆς Προ'ς Τα'ς Λιθι'νας Πυραμι'δας. nam has voces ille ita reddit, Ne Me Lapideis Pyramidibvs Compares. Vbi illum videri aliud verbum quàm καταινοθῆς legisse, dixi in iis quæ margini adscripta sunt : sed quum ne illius quidem verbi ὄνοπαι significationē assequutus sit, facilè mihi persuadeo, non aliam eum lectionē illic sequutū esse, sed idem ei in illo etiam verbo quod ex hoc compositum est vsuuenisse. Quis igitur est illorum verborum sensus? Illorum regis Asychis verborum sensum (lectores enim ibi suspensos reliqui) esse hunc arbitror, Ne Me Contemnas Prae Lapideis Pyramidibvs. Vel, Ne me asperneris. Cæterùm, ad priorem illum quod attinet locum, quē Valla ita vertit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*, suam ei interpretationem vel hoc reddere suspectam debebat, quòd vlla vix artificia magis celebrarentur quàm quæ Κοιν θιουργῆ (eo modo quo Ἀτ ικουργῆ, & Μιλησιουργῆ, & Ναξιουργῆ) nominabantur. Haud scio autem an ex vllo nobis clarius & certius esse id possit loco, quàm ex Actorum apostolicorū capite xix. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex vno artificio procudendi templa Dianæ argentea (siue thecas templi effigie, aut scriniola, siue nummos celeberrimi illius templi formam repræsentantes, aut alias eius imagines, intelligere oporteat) magnum artificibus præbuisse quæstum dicitur. In dubiū igitur vocari non potest quin mea quàm vera est, tam falsa sit illa meæ contraria interpretatio. Quòd si librū hunc euoluere libeat, alios plerosque locos inuenies vbi meam itidē interpretationem, & quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis vbi Latina eius verba negant quod Herodotus ait, aut vice versa: sed ita vt id è lectione cōtraria nostræ contigerit, eíque imputari debeat. Ac fateor posse alicubi, vtri potius lectoni acquiescēdum sit, dubitari: atque hæc, vt opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clionis: vbi de Arione legimus, τὸ Ἀρίονος ὅτι ἀνάθημα χάλκεον, οὐ μέγα, ὅτι Ταινάρῳ. contrà enim, χάλκεον, μέγα, legisse Vallam videmus. At pag. 16, vicissim negationē ille habet vbi nullā habemus. nam pro ἀποχρεωμένων lectum ab illo fuit οὐκ ἀποχρεωμένων.

Verùm, vt de locis in quorum interpretatione peccauit, verba pergam facere, eorum in numero nōnulli sunt vbi hoc inde contigit, quòd non animaduerteret verbum quodpiam vsum quendam Herodoto, aut certè eius dialecto, peculiarem habere. vt pag. 19, συγγινωσκόμενος. Nam & actiuam vocem συγγινώσκειν lōgè aliud sonare passim apud hunc scriptorem, quàm *ignoscere*, in recensione & expositione quorundam eius vocabulorum à me aliquot exemplis ostensum fuit. Minus autem quis miretur fortasse illum ἐπιστολὴν reddidisse *epistolam*, pag. 398, quū potius *mandatum* significare videatur. Ac fallitur Eustathius in eo quòd credit, vocē ἐπιστολὴν, quæ apud AEschylum id sonat, pro ἐπιστολὴ positam esse, adiectione literæ σ. quasi verò à verbo ἐπιτέλλομαι, quod Homero vsitatissimū est, deduci eam necesse foret, ac non ἐπιστέλλειν quoque, & quidem in soluta etiam oratione, eum vsum haberet. Qua de re siquis cum Eustathio dubitat,

omnem vtrique meus Theſaurus Græcæ linguæ dubitationẽ tollet.

Inter illa autem de quibus nunc demum in hac poſteriore editione monui, eſt quidam vſus præpoſitionis ἐκ, qui non animaduerſus fecit vt in eorum interpretatione quæ de Cambyſe & Gyge narrantur, pag. quinta, aliquid ſit abſurdi: ex eo quòd, vbi dicitur, μαθοῦσα δὲ ὃ ποιῆσαι ἐκ τοῦ ἀνδρός, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρός, ſed ὃ ποιῆσαι ἐκ τοῦ ἀνδρός: vt oſtendi in iis quæ recenſioni & expoſitioni vocabulorum huius ſcriptoris ſubiunxi.

At eorum è numero de quibus in annotationibus agetur, eſt quod dicitur de Perſis, pag. 63, μεθυσκόμενοι δὲ ἑώθασι βουλεύεσθαι τὰ συμφερόντατα τῶν πραγμάτων. Nec enim eos tantùm facere iniuriam Herodoto arbitror, qui iſta ex eo afferunt, at quæ ſubiungit tacent: ſed eos etiam qui μεθυσκόμενοι interpretantur *ebrij*: vt intelligamus, Perſas, quũ iam ſunt ebrii, de rebus maximè ſeriis conſultare. Cur enim μεθυσκόμενοι pro μεθυσθέντες accipiamus, potius quàm id quod propriè ſonat intelligamus? Id verò non aliud eſt quàm *dum ſe inebriant*. Quantum autem ſit diſcriminis inter eum qui ad ebrietatẽ iter facit, eúmque qui iam iter illud confecit, atque ad eam peruenit, cuilibet iudicandum relinquo. Tantum certè diſcriminis eſt quantum inter eum qui vrbem quampiam oppugnat, & eum qui iam expugnauit. Quæ comparatio eſt eo aptior, quòd is etiam qui ſe inebriat, mentem ſuam velut oppugnat, & de ſtatu ſuo deturbare conatur: at poſtquã hoc effecit, iam dici poteſt eam expugnaſſe. Quamobrem non video quid obſtet quin participium illud μεθυσκόμενοι interpretemur (ſi verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, aut ſaltem *inter larga pocula*. Quod ποτικώτερον eſſe fateor: quamuis Liuius largius vinum etiam dicat. *Largiore vino* (inquit) *vſus*. Nec verò videtur contra me facere quod ſequitur, de eo qui domui in qua ſunt præeſt, proponente poſtridie quod ipſis in ea conſultatione potatoria viſum fuit. Proponit enim tanquam iis qui è menſa (ſi tamen ea tum vtebãtur) tandem nonniſi ebrii ſurrexerint, ideóque illorum quæ à ſe ſtatuta fuerint, recordari haud queant. at nihil obſtat interim (meo quidẽ iudicio) quin intelligamus, illis inter larga pocula, & tamẽ antequã eſſent ebrii, conſultantibus, ebrietatem ſolitam ſuperuenire. Sed viderit alius quiſpiam quid pro Perſis afferri poſſit, ſuper eo etiam quod ſubiungitur, & quomodo illud quoque factum oſtẽdi minus abſurdum queat quàm prima fronte videatur: τὰ δ' ἂν σφέρτερα βουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ὅτι δὴ μεθύσκουσι.

Exhibebunt porro illæ annotationes meæ, deo fauente, & quorundam locorum emendationes, ex coniectura: quandoquidem vetere exemplari (cuius etiam exſpectatio fecit vt editionẽ huius ſcriptoris differrẽ) video me ante bellorum noſtrorũ finem potiri haud poſſe. Atque vt huius quoque operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quandam loci quem habet Thalia, pag. 241, proponam. Nam ibi pro ἐκποτοῦσα ſcribo ἐκποκοῦσα, leui cum mutatione, ſed eiuſmodi tamen, vt quum ex illo ἐκποτοῦσα nihil niſi ineptum

elici possit,(præsertim siquis Vallæ interpretationem sequatur) contrà in ἐσοκώπλουσα non dubitem quin Herodoti mentẽ habeamus.

Eodẽ in opere, eadémq; opera, de illa quoque scripturæ diuersitate agam, qua fit vt eiusdẽ vocabuli scriptura modò dialecti Herodoti, id est Ionicæ, legẽ seruare, modò ab ea discedere videatur: & è duabus tribúsve (tot enim sunt interdũ) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certè adeo in hac parte nihil mutare sum ausus, vt in ipso etiam principio ἁλικαρνασσῆος retinuerim, & in ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamuis sit ἁλικαρνησσεῖς p. 183, & ἁλικαρνησσοῦ pag. 565. In eo quidem magna est constantia, quam valde quis mirari possit, quòd nusquam (si memoria nõ me fallit) genitiuo Ionico, id est, in οιο desinente, vtatur: sed quemadmodum prima totius operis vox est Ἡροδότου, nõ Ἡροδότοιο, sic alibi alia virorũ nomina illo non hoc scripta modo, & Νείλου, non Νείλοιο, ποταμοῦ itidem, non ποταμοῖο, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamuis de multis te monuerim, nõ dubito quin aliqua quæ in eorum esse numero debebant, mihi exciderint: quod si ita est, suus illis eodem in opere locus erit.

Iam verò, quoniam, si εἰδότι λέγω non oportet, multo minus, ὁρῶντι λέγω, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adiuncta priori habeat dicere? Sed ea quidem quæ huic Herodoti libro præfixa sunt, partim mea, partim Ioachimi Camerarii, fuerunt tantùm locupletata, & quidẽ ea inparte quæ mea est: at quæ subiũcta, DE LEGIBVS ET INSTITVTIS TAM PERSICIS QVAM AEGYPTIACIS, ex variis scriptoribus sumpta, nunc primùm adiecta sunt. At poterãt tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædã sumi. Poterant, fatéor: sed iis quæ præcipua videbantur, esse contentus volebam.

Quoniam autem nonnullos vèrsibus partim Græcis, partim Latinis, de Herodoto à me scriptis, & priori editioni præfixis, delectatos esse scio, ne peior sit eorum conditio quorum in manus posterior hæc veniet, non solùm illos sed plures etiam proponendos hîc tibi censui.

ΕΡΡΙΚΟΥ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΡΟΔΟΤΟΝ.

Ἡρόδοτος λιγυρῶν ὅπι μούσισεν ἄξια Μουσῶν,
Τοῦδε βίβλοις σφετέρας δῶκαν ἐπωνυμίας.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡροδότου τὶς φθέγμα μελισταγὲς εἶπεν ἀκούσας,
Ὃν δεῖ Μουσαίων, ἰὼ λαλῆ Ἡρόδοτος.

Ἢ οὕτω, Καλλιόπη σίγα, ἢ λ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡροδότου λαλέοντος ἀκὴν ἔσω Μοῦσα σιωπῇ,
Ὄφρα σὲ μὴ εἴπῃ Μοῦσάμ ἄμουσον ἐμόν.

Ἢ οὕτω, Μὴ φθὲς πάντ' ἀσχῇς Μοῦσα ἄμουσος ἔμοιγε.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Οὐχ Ἑλικωνιάδων παῖδι ἰῷ, ἀλλ' Ἡροδότοιο,
Φοίβου ἀτ', ἐν μέσσῃ τὴν Ἑλικωνιάδων.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡροδότου λεγόμεθα πάνυ θ' ἅμα σύντεα Μουσῶν·
Κλέμμα δὲ Μουσάων κάλλιον ἄμμε λέγῃ.
Εἰ δίκα δὴ ἰῷ γεγραφώς, δεκάτῳ τις αὖ ἐπλάσε Μοῦσαν,
Ὄφελε μὴ δεκάτη βίβλος ἄμουσος ἔοι.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἔστι μοι, ἔστιν ἰὰς λιγυρὴ ἀφύλακτος ἀπασῶν
Ἔξοχα, καὶ μαλακοὺς ἔθελγε θέλγε θεούς·
Ἀλλὰ γὰρ ὅσσον ἰὰς πασῶν ἐπεφερέστατον ἔστι,
Τόσσον ἰὰς ζόφιον Ἡρόδοτος ἐπέφρε.

Hactenus epigrammata Græca, in laudem librorum Herodoti à me ſcripta, & nominatim in titulum quem quiſque ex vnius è muſis nomine, ſeruato ordine, capit, luſa: quæ ſequuntur partim Græca, partim Latina, iis qui Herodotum accuſant fabuloſitatis, reſpondent. Sunt autem duo poſteriora Græca, necnon tria Latina, in perſona Herodoti.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Ε'Ρ'Ρ. ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ
εἰς τὸν αὐτόν.

Ἄφρων ὃς ψεύσην σε καλεῖ ὅτι πολλὰ ἄλλου.
Καὶ τί γὰρ εἰ ψεύσην ψεύδεται ὃς σε καλεῖ;
Εἰ δὲ παλαιὰ λέγει δεδαηκὼς αὐτὸς ἀμείνων,
Ἄφρων καὶ ψεύσης βύθος ἄλωκεν ἐών.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ,
ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Θαύματα πολλὰ λέγων, δοκέω πολλοῖσιν ἄπιστος·
Σοὶ δὲ ἄπιστος ἔην ὃς μὴ ἄπιστον ἐρεῖ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ
ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Μυθικὴ ἰσοείη φθονερὴ τάδε πῶνδε καλεσμή.
Θεῦ πόσον ἰοβόλου θ' σῶμα τὴν φθονερὴν.
Ἀλλὰ γραφὴν τάδε δόξα πολλοί μὲ λέγουσι καὶ ἄλλα.
Ἢ τάδε δόξα γραφήν, μυθικὰ ὅτι γραφήν;
Ἰσοείκελ' πολέες τάδε δόξα γράφουσι καὶ ἄλλοι,

Καὶ τῶνδ' οὐ λέγεται μυθικὰ ἰσοξίη.
Ὅσ' ἐπίοις τοῖσδε δόξα δοκεῖ, δοκεῖ οὐτιγε πᾶσι.
Καὶ τὰ δ' ἄπιστα δοκεῖ σήμερον, αὔριον οὔ.
Ἡ ἐμὴ ἰσοξίη, τοῖσδε δόξα γραφοῦσα, καλείσθω
Ἡ τοῖσδε δοξογράφος, μᾶλλον δὲ μυθογράφος.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ,
ὡς ἀπ' ἐκείνου.

Ἤκουον δὴ αἰδίως ὅτι πολλοὶ πολλάκις ἄνδρες
Ἱστορίας κατ' ἐμοῦ πολλὰ κακηγόρεον.
Πλούταρχος, Βοιωτὸς ἀνήρ, τοῖσδε ταρχὸς ἀπάντων,
Καὶ κακόηθες ἐμοὶ φησὶ δ' ἰσοξικόν.
Ἀλλ' εἰ κ' εἴην αἰδίως παρρησίην δέ μοι οἴκῳ,
Ἦθος οἱ βύηθες, κ' ἀκακήθες ἐμοί.

HENR. STEPH. EPIGRAMMATA
in eos qui Herodotum fabulositatis accusant. Sunt autem in persona eius scripta.

I.

Mendacem historicum quónam me teste probabis,
Qui nostros libros non reuerenter habes?
Dicere non satis est, Nimis hæc mihi mira videntur.
Mira nimis seclis haud ea visa suis.
Illa hoc in seclum secla vt reuocentur oportet,
Si mendacem aliquo teste probare voles.
Non reuocare potes? peto tantùm quod potes, vt non
Me, quæ visa mihi, visa negare velis.

II.

Quisquis is est, vel quisquis erit, quo iudice mendax
Dicar, vel nimium vel nihil ille sapit.
Nil sapit, hoc vulgo qui dicere credulus audet,
Atque leui famæ pondus inesse putat:
At si quis lectis hoc ausit dicere musis,
Quum sapit has vltra, plus satis ille sapit.

III.

Quod mihi narranti non credis, fabula dici
Protinus hoc dignum est, liuide, iudicete.
Quod quis non credit, si sic vocitare licebit,
Historicos multos fama sinistra manet.
Credulus haud vola sis, incredulus & volo non sis:
Hîc vtro tu discas posse tenere modum.

EX IOACHIMI CAMERARII
procœmio in hiſtorias Herodoti.

QVVM Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipſiam aduenerat, ſtatuiſſet domi ſuæ quibuſdam priuata opera Herodoti hiſtorias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoſcendum à magiſtro ſumus miſſi. Etſi autem Crocus vix peruenit ad ſecundum illius autoris librum enarratione ſua, ego tamen captus dulcedine & elegãtia atque etiam facilitate ſcriptorum, quum celeriter diuerſitatem quandam ſermonis, quam Ἁλίκτον vocant, percepiſſem, ita poſtea ſemper in illo legendo hæſi atque perſeueraui, vt qualemcunque (ſentio enim quàm exigua hæc ſit) facultatem Græcæ linguæ conſequuti ſumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque & nunc eum quo tum vſus fui (acceptum à magiſtro) Herodoti codicem, tractatum verſatúmque à me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis & ſcriptura noſtra inſignem, inter alios omnes & diligo maximè, & quoties fortè aſpexi, non vnquam ferè temperare mihi poſſum quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis ſtudii iucundiſſima cogitatio: & illum laborem mediocrem, non tamen fuiſſe omnino ἄλυπον οὐδ' ἀτέλεστον ἰδεῖν ὃν ἴδεσθε, lætor. Autorem autem iſtum tãti facio animo meo, vt nullum omnium aliorum huic meritò anteponi poſſe cenſeam.

Paulo pòſt.

Neque me fugit, poſſe hoc teſtimonium de Herodoto meum videri magis amoris eſſe erga illum tam longo tempore confirmati, quàm iudicii, vel etiam illo hoc eſſe corruptum. Notum enim quod & aſtrologi vſurpant, τὸν φιλίαν καὶ τὸ μῖσος ἐλαττοῦν τὸ μέγεθος, καὶ μεγαλύνειν τὸ σμικρότατον. Quapropter hoc loco placuit cauſas exponere cur tãti facerẽ illũ, & veluti rationes referre ſententiæ noſtræ, atque etiam reſpõdere iis quæ reſciuiſſemus aduerſus ipſum dici ſolere: vt intelligi poſſet neque nos temere aut de puerili perſuaſione quadã illũ celebrare, & inſectatores ipſius ad malignitatis crimẽ quandã etiã imprudẽtiæ ignominiã ſibi accerſere. Ac noſtra ſentẽtia paucis illa quidẽ cõfirmabitur. reſpõſio erit lõgior, vt neceſſe eſt: de qua tamẽ & ipſa, inductio animi mei & rationũ concluſio magis atque certius poterit perſpici. Quũ igitur in quocũque autore in primis id quod ab illo ſuſceptum eſt ad exponendũ, & ipſa expoſitio, cõſiderari ſoleat: in priori hæc ferè ſpectanda ad laudẽ exiſtimo, ſi eæ res ſumptæ delectæque ſint quarum cognitione alii adiuuari, quæque ipſæ ſuapte bonitate placere poſſe videãtur: in poſteriore, ſi expoſitio ſit verbis ſententiiſque apta atque conſentanea. Quæ breuiter dicta latè patẽt ad intelligẽdum. Sed in vtroque quid Herodotus neglexit, vel nõ præſtitit potius, quominus præclariſſim⁹ & celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti & ipſa ſit putanda, quantúmque ponderis habeat, quis non videt? Quiſve ignorat, omnium cõſenſu maximam huic laudem, admirationem, reuerentiam deberi? Quum autem priorũ temporum hiſtorias, variarum quidem gẽtium, ſed potiſſimum Perſarũ & Græcorum, componendas & narratione ſua exequendas ſuſcepiſſet, nõnne potius præcipuas & præclaras res complexus eſt expoſitione ſua, quàm nihili atque futiles? vt fecere, fortaſſe & veteres aliqui, certè poſteriorũ ex illo genere ſophiſtico multi, qui nihil niſi inani quadam oblectatione animos leuium quorundam afficere ſtuduerunt. ſicut ille AEthiopicorum & Deæ Syriæ autor: de quibus facilè exiſtimari poteſt de ſimilibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc eſſe autore affirmo? Minimè equidem: ſed hoc caput eſſe hiſtoriæ nego, quum ſit potius expolitio & exaggeratio quædam illius. Argumentum autem & caput quod? fũdationes, euerſiones, mutationes regnorum maximorũ, opulentiſſimarũ vrbium expugnationes, ſucceſſiones potentiſſimorum regum, celeberrimarum ciuitatũ fortunæ & imperia. Oratio verò nõnne placidiſſimè decurrens, omnibus ornamentis conſpicua eſt & illuſtris? Sola compoſitione (vt Ciceroni placet) diſſolutior, id eſt, numeris carens: quum naturalium quædam in illa tamen

numerorum modulatio insit, à quo ipso etiam præstantia quædam non abest. Narrationes sunt disertæ: indicationes expressæ & speciosæ: explicationes accuratæ & euidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum gestarum, hominum, temporum fides: accurata compertorum relatio, dubiorum coniectura sagax, fabulosorum verecunda commemoratio, mira vbique simplicitas, & eximius quidam candor. Quæ omnia historiæ potissimùm famã, dignitatem, virtutem constituunt & perficiunt.

His breuiter & strictim commemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehendi, quorúmque nomine vituperari à quibusdam ille solet, accedamus. Contra quæ quum dicemus, etiam eorum pleraque quæ posuimus paulo antè, tractabuntur copiosius & enodatius. Ac primùm de illa vulgari & sanè veteri accusatione mendaciorum pauca differamus. non enim certè res ipsa multa desiderat. Aldus etiam Manutius iam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam sunt illa obsecro mendacia? Quidam sanè profitentur ea se annotasse & confutasse: quæ vtinam peruenissent in manus nostras. ita enim futura esset responsio copiosior. Neque desunt qui Herodoti potissimum scripta illi satyræ insectationi occasionem præbuisse perhibeant, vt audaciã mentiendi in historia Græcorum exagitaret. Nam Athos (vt ille loquitur) velificatus, deridetur, & compedes Hellesponti, epotáque flumina Medo. Nonnulli fabulosas quasdam narratiunculas insertas passim historiæ, vt huius grauitate indignas, reiiciunt, & propter illas autorem mendacii damnant. Sed de iis quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquũ fuerit iudicium, si non vera esse ideo statuemus quòd notis cuique rebus, moribus, disciplinæ non similia, neque rationibus nostris congruentia esse videantur, síque nonnisi iis quæ facilè intelligere & animo complecti possimus, fidem habendam esse ducemus. Quàm multa illi ipsi qui hæc antiquiora falsa fictáque esse affirmare audent, se vidisse referunt & pro certis commemorant, à quibus assensio legentium refugit? Etiam posteris hoc nostris accidet, vt multa quæ nunc nimis verè fiunt atque geruntur, expositione inflata & amplificata esse suspicentur. Sunt sanè quædam inaniora (non enim nego) in talibus, vt in peregrinatorum, qui adiere illa loca quæ tellus extrema refuso summouet oceano, sermonibus. Cuius inhumanitatis tamen fuerit, vniuersum genus narrationũ istarum semel abiicere vt futile & vanum? Quod si fiat, omnem historiæ rationem cõfundi, habitúmque peruerti necesse sit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non est ignotum. Hæc nobis scilicet probabuntur de sensu & ~~cognitione appidulorum~~ nostrorum. Quid enim ad illa spatia, vel maximæ vrbis omnium quas nouimus ~~ambitus~~? Itaque & Aristoteles gentem regionémve appellandam potius Babylona, & siqua alia æqualis fuerit, quàm ciuitatem aut vrbem, censet. Quid? de fertilitate soli Assyrii quæ narrat, an nos credere poterimus de nostris aruis? Quo tamen loco ipse ignorantiæ incredulitatem refutauit. sic enim ait, *Ita bene fert ea terra fruges vt nunquam non reddat ducena: si autem quàm potest optimè tulerit, reddit trecena. Folia tritici & hordei lata nascuntur digitis commodis quatuor. At milij & sesami quàm procerae arbores exeant, in scientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minimè creditures vel ea quæ de frugibus modò diximus.* Sũt autem hæc etiam distinguenda. Alia enim ad vtilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum de quibus narratio fit, referuntur atque pertinent: vt Babylonis descriptio, & copiarum Xerxis enumeratio. de quorũ altero facilè perspiceretur, meritò fuisse securos ciues in tali & ita munita vrbe: alterum & potentiam regni Asiatici, & in quod tum periculum Græcia venerit, demonstrat. Vtrunque autem documentum quoddam dat, nullas, quamuis magnas, vires, infractas, neque opes inuictas esse. In aliis nihil quæritur, nisi vel delectatio, vel vt audientium animi moueantur noua mirabilique narratione: vt de gryphibus, formicis Indicis, phœnice, & his similibus. Horum, vt illa omni equidem mendacii crimine planè libero, ita haud facilè concesserо, in horum vllo mendacii manifesti autorem redarguendum esse: quum tot derisa quondam & exibilata, penè iam comperta esse existimentur: quúmque non minus istis à veritate abhorrentia multa asseuerentur ab iis, qui non audiuisse de aliis, sed seipsos aspexisse dicitent: vt nihil tam sit absurdum quin fidem reperire posse videatur.

Iuuen. sat. 10.

Polit. 3.

In Clione.

Clione.
Polymnia.

Thalia.

Sed ab his recedamus.

Ob fabulosas quidem narratiunculas tantum abest vt quasi mendacé incessi vituperarique autorem hunc debere putem, vt etiam, quum & aptissimè illas inseruerit, & bellissimè concinnarit, & venustissimè composuerit, admirandus: quúmque instructionem in singulis aliquam vitæ, cõsiliorum, actionum comprehenderit, eximiam gratiam quoque ab omnibus meritus esse videatur. Quid quòd fidem suam in his fere liberat, cauétque nequis simplicior decipiatur, quũ addit semper huiusmodi quiddam, *Vt ferunt, Vt ego audiui, Quod veri mihi quidem simile nõ fit.* In Euterpa verò planè refutat illam fabulã de præcisis ancillarũ manibus. Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur. Item Melpomene, fabulã de Psyllis præmunit. ea enim quæ Afri perhibeant se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia, quod meminisse in tota historia vult lectorem? *Ego*, inquit, *quæ fando cognoui, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem esse vera omnia, non debeo.* In cõiecturis quidé sequẽdis, quũ de apparentibus (vt ipse ait) obscura colligere studeret, si falsus est, cui obsecro omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in scriptis veterũ animaduertit, sibi ideo placere & illum contemnere debet. quod ferè ineruditiores isti facere consueuere, qui exultant ad hos notationum & reprehensionum successus, non secus ac si thesaurum inuenissent: quum hic verè tum thesaurus (secundum vetus verbum) in carbones euadat. Sed paulùm etiam ad fabulas illas reuertamur: quæ, obsecro, cur offendant animum cuiusquam, quum veritati & integritati historiæ minimè officiant? Sed vt insertæ apud Thucydidem conciones, (quas certè nemo, vt opinor, non confictas, neque non quidem nullas, sed non tales ab iis quibus attribuuntur habitas esse videt) illæ tamen vt in grauitate huius autoris, admirationem, ita in dulcedine nostri, fabellæ voluptatem habent. At egressiones, & nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque vllo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogendam, vt non liceat euagari & excurrere, si libeat, longius. Immo vel solus hic fructus est ingenii & industriæ studiorum, vt veluti ostentatione iactantiáque sui gloriam laudémque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: incorruptam, sanctam, castam, vt virginem, debere esse historiam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: sed exornant, vt aurum & gemmæ pudicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem. Nã vt malæ & profligati pudoris fœminæ insigniorem reddunt comptu turpitudinem suam: ita, quamuis varia copioſáque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiæ falsa & commentitia, meritò in sua hæc infamia quasi superba improbetur. Itaque non inornatam, non nudam, non contractam, sed splendidã, vestitam, explicatam (dummodo integram, &, vt ita dicam, probam & incorruptam) decet esse historiam. Cuius fidem omnem nónne in temporũ indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello quàm pace à quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum cõsiliorúmque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quæ vniuersa nostrum autorem existimo & custodisse diligenter, & præstitisse præclarè. Quæ enim tempora indicauit falsò, quæue confudit? Quorum hominum locorúmve nomina posuit perperam? Res autem ab iis gestas quos complexus fuit narratione sua, accuratè illas quidem retulisse non dubitarim asseuerare: certò autem & verè quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consiliis profectò & occasionibus recensendis qui circumspectionem & prudentiam requirit maiorem, nimiùm is quidem esse fastidiosus mihi videtur. Ad hæc, si, vt in tabula magni & memorabilis argumẽti, adiuncta sunt veluti πάρεργον, quibus vndique illa insignis & conspicua reddatur, cuius quæso vel rationis vel sapientiæ, ne dicam incogitantiæ & stultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem historia non solùm delectationem cognitionis, sed instructionem etiam animorum continere debeat, vt & voluptatem & vtilitatẽ afferat legentibus: si his ipsis quæ vt fabulosa notantur, etiã monita vtilia atque salutaria multa insunt, quis iã eos non modò qui vituperent, sed qui laudẽt, iniquius ferre omnino possit? Fuit Cãdaules rex Lydorũ: nemo, vt opinor, negare audet. Hoc tẽpore in aliã familiam translatũ fuit regnũ Lydiæ. an quisquam

Euterpe.

Clione.

falsò hoc proditum dicit? Cur igitur illa iam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio annon sint, conficta essent, quanti multis de causis fieri mererentur? Nónne illam peruersionem animorũ, quæ ita mirabiliter, vt diuinitus effici videatur, sæpe vrgentibus fatalibus casibus animaduertitur, demonstrant? Quàm speciosis & bonis sententiis illustris est narratio? Idem & in aliis multis poteram, sine vllo exquisitionis labore, ostendere.

Clione. Expugnari præter omnium metum & opinionem Sardis oportuit. Sit iam illud de puero nato cum capite leonino falsum, (quod fortasse minimè est) quàm pulchrum hoc? quòd non circum ille vrbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum diuinorũ vrbs non posset. Sint sanè illa Scytharum dona fictitia: quid incommoditatis tamen habet, vel quid potius pulchritudinis & bonitatis non habet cùm enarratio tum interpretatio, elegans, festiua, acuta? Sed quare ego prauitate quadam animi, non vera esse potius, id

Polymnia. est, ita audita cognitáque autori, putem? Eadem & de Xerxis somnio, de regibus

Calliope. Macedonum, déque aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimẽ hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam & mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum satis animo constituere meo, quî factum esse existimem, vt à veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi vnus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut inuidia odiúmve, vel (vt mol lius dicam) animi certa quædam destinatáque inductio quosdã ad huiuscemodi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

NVNC AD aliam maiore studio susceptam & grauius atque inimicius factã accusationem veniendum, quam intendit huic vir magnæ doctrinæ & sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorẽ acerbissimè postulauit & conuincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas & celebris eruditio, cõcedi tamen nobis oportere puto, vt pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus sẽ, quàm nobis ipse est, antiquiorẽ Herodotum scriptio, atque aliquanto certè præstantiorẽ multis nominibus virtutũ. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, & in eo copiosus fuit ac vehemens, hoc minus læsisse illum putari debet. Quis est verò qui non laudatissima quoque conuiciis impetere posse videatur, quum Zoilos & Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere & comprehendere homini nõ infanti neque obtuso difficile? Et dicit hoc egregiè AEneas ad Achillem,

Iliad. v.

Multa licet memoret conuitia vterque vicissim,
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat. ipsa etenim facilis verbísque redundans,
Sermones variis hinc lingua reuoluit & illinc:
Quisque & fortè alii quod dixerit, audiet ipse.

Vt autem contra ea quæ quisque improbet dicere rectè possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscitè vel etiã malignè improbare videatur. Nam horum vtrumcunque deprehensum & notatum contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo vt responsione magnopere dignam arbitretur. De quo & elegantissimis versibus & luculento sensu cõpositum epigramma Græcum Eueni veteris poetæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus vt sequitur,

Est multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non & similis dicere recta labor.
His sat erit verbum me commemorasse vetustum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cauit ne insimulando malignitatis alterum, malignitatẽm ipse quandam singularem suam proderet. Nam quũ collegisset quasi intimos sensus & reconditam voluntatem prauitatis malignorum, ad illa à se proposita postea, vt pueri à magistris secundum capita quædam traditas materias deducere iubentur, sic accusationem suam applicauit, in autorem hunc (vt ego quidem iudico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne dissimulauit ipse quidẽ neque texit causã iræ ac odii sui: nã suam ciuitatẽ, id est Bœotos,

ignominia affectos, & infamatos (vt ait) immeritò, grauiter fert & doléter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hinc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione sit, quam non veritatis sed vltionis cupiditas expresserit, apparet, vt illius quasi filum sequentes, refellere quæ congessit singula nihil sit necesse. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quòd verò huic incipiens, suauitatem orationis, qua iucundè commouerentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud respondendum censeo, quàm quod Alexander Hectori fratri, qui sibi in iurgio formositatem obiecisset, οὐ τοι ἀποβλητ' ἐπὶ ἠνορέῃσιν δῶκε. Sed malignitatem omnem vndique ita colligit: Primùm de vsu nominum asperiore, déque verbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, si extra historiæ seriem alicuius vitia, vel si in hac laudes ieiunius commemorentur. Præterea, quum plurium fortè sermones referantur, assentiri deterioribus. omnino enim coniecturas sequi ad peiora, esse malitiosi & infensi animi. Postremò, laudis adiectione veluti condire vituperationem. esse enim simplicitatis hanc simulationem pessimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profectò non reperit in Herodoto ista Plutarchus, sed animo suo conquisita in illum intulit. Quare enim vsum nominum verborúmque in hoc autore non probat? qui quidem (vt existimo) vsus est diserta & accurata oratione ætatis suæ, quam à posterioris seculi forma differre nos quoque intelligere possumus. Quid autem causæ fuerit cur non potius illa verè & simpliciter, quàm mendaciter & inuidè, dici sentiamus? Egregium est quod conquerenti Lasthenis factioni, (quorum scelere prodita fuerat Olynthus) contumeliosè à Macedonibus se nefarios proditores appellari, respõdisse Philippum regem accepimus, *Macedonas esse indoctam nationem ac inciuilem, soleréque ficum nominare ficum, & ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obsecro) Plutarchũ, quòd Herodotus protulit asperius quædam, ac non molliuit appellationibus? Visum enim scilicet illi fuit id dicere quod esset. nam de coniecturis sequendis déque laude & vituperatione vniuersa hoc licebit vnum iterum atque iterum respondere: de suo illum iudicio historiam susceptam exposuisse: neque rectè facere eum qui ingenii sui vires in alieno opere explicare velit, præsertim ad infamiam autoris. Ego, vt quicque retulit, sic sensisse, audiisse, comperisse existimo. Et cur non in hac potius persuasione perseuerem quàm illam inducam maleuolentiæ, peruersitatis, virulentiæ? Quia enim contumelia afficit diuina & humana, sacra & profana: Si vera sunt, quæ est contumelia? (rectè enim ille in comœdia negat se maledicere, quum, quæ vera sint, dicat) sin falsa, ostendatur falsitas. Sed quomodo ostendit? ratiunculis quibusdam & concluſiunculis leuissimis. Quod quasi ipse sentiret, ne hoc quidem agere se ait, vt mendacii, sed vt malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, si possumus. Ac laudationibus illis minutis & tenuibus (vt vult Plutarchus) quot possunt opponi præclarè, & pleno ore (vt dicitur) enuntiatæ? Quale enim hoc? *Omnium quos scimus hominum primi Athenienses cursu illati in hostes sunt: omnium primi sustinuere vestitus Medici & hoc ornatorum aspectum: ad illud autem vsque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro scripsit. Ac nequis Athenienses tantùm laudatos benignius credat, (in quo nescio quam suspicione corruptæ largitionibus voluntatis mouet Plutarchus, temerè quidem, vt videtur, neque ipse quicquam explanat) quid? parcéne Lacedæmonios laudauit his verbis? *Sunt Lacedæmonij in certaminibus singularibus haud vllis aliis inferiores: in acie verò omnium mortalium præstantissimi.* Quid? horum ciues Sperthiam & Bulin parúmne prædicatione sua ornauit? Sed hæc innumerabilia sunt. Atque in nomen sophistæ etiam inuehitur quasi probrosum: quũ profectò eos qui veluti opifices quidam essent sapientiæ, & artem quandam facerent illius, sophistas, vt chitharistas & grãmatistas, vocatos, & postea vitio hominum, (vt in aliis pluribus euenit) nomen quoque malè audiisse constet. Nam quòd exagitat præclaram sententiam de instabili & incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (cui quidem similes & alibi leguntur) nimiæ sapientiæ & pietati hominis concedatur: qui veritus sit, ne si ita de deo loquamur, vt humanus intellectus quæ dicũtur percipere possit, parum pii esse videamur. Cur ergo deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus? cur

Eratone, pag. 424.

Polymnia, pag. 474.

Pol. pag. 474.

Hoc nomine vsus est Herod. in Clione, pag. 12.

dicimus Deum iraſci? cur vlciſci? etiam vereri profectò, tentare, pœnitere, lætari, dolere. πόῤῥω γὰρ λύπης καὶ χαρᾶς ἵδρυται τὸ θεῖον. ſine quibus illa ne intelligi quidem poſſunt. Quid Xenophon? (quo nemo fuit numinis colentior, nemo obſeruantior, nemo impietatis erga Deum acrior hoſtis) nónne eandem ſententiam ponere non dubitauit in præclaro illo opere ſuo hiſtoriæ rerum Græcarũ? ſic enim ait, καὶ ὁ θεὸς ἦ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. Hæc igitur ſacrilega eſt in Herodoto ſententia, quia ſecundum hominum intelligẽtiam φθονερὸν dixit eſſe τὸ θεῖον. Sed hæc quàm ſint futilia quis non videt? Omiſſam autem illam retis fabulam & Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: ſéque hoc conſoletur, quòd, vt ait, tot alias expoſuerit non magis profectò fabuloſas. Sed prætereunda ſunt certè aliqua, indigna quæ refutentur. Crœſi quidem annon ſatis clarè memorat eruditionem, & doctrinam fortunæ aduerſæ? cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγένετο. Neque Xenophõ ſapiẽtiſſimus vir dubitauit ſimiliter poſt amiſſum regnum prudentiorem Crœſum producere. Ad alias argumẽtationes illius de Epheſiis, Colophoniis, Chiis: vbi quàm leui vtitur ratione, quòd Lampſacenus Charõ, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non ſcripſerit. Quaſi nihil oportuerit narrare Herodotum niſi quod in literas iam eſſet relatum. Quod dictu eſt perquam ridiculum: præſertim quum ipſe profiteatur, eorum quæ alii non comprehenderint, mentionẽ facere decreuiſſe. Sed cùm de illis, tum de Samiis, Corinthiis, Lacedæmoniis, de Iſagora, Ariſtogitone, Athenienſibus, Platæenſibus, quæ diſputat, patiamur ſanè illum vincere. Quis enim, qui aduertere animum paulum modò voluerit, non perſpecturus facilè eſt victoriæ iſtius præclarum ſucceſſum?

Hellenicων libro 5.

Eratone.

Venio igitur ad plenã lunam: de qua ingenuè fateor non intelligere me quæ à Plutarcho diſputantur. Herodoti luculentiſſima narratio, quum nemini non ſit euidens. Dicit enim, *negaſſe Lacedæmonios, poſſe contra legem ante plenam lunã in expeditionem ſeſe proficiſci, & remanſiſſe in patria dum lunæ orbis compleretur: ac poſtea profectos, ita acceleraſſe vt tertio die in Atticam Lacedæmone peruenirent.* Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem, hunc autorem, cælum ipſum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, déque prælii die, ſua fide affirmante vtroque, venia (vt opinor) dabitur ei qui fidem Herodoti pluris ſibi faciendam quàm Plutarchi, & illum potius quàm hunc ſibi eſſe ſequendum putauerit. De Phidippide etiam obſcura eſt inſectatio: & erat hic locus in noſtro libro corruptior.

Philippica 2.

Reliqua ſunt calumniis manifeſtis referta, & vbique conſperſa nigro ſale, & atrocibus quidem illis ſed infirmis criminibus referta. Sanè Thebanos, vt ciuitatem ſuam, (notum enim, fuiſſe hunc Chæronenſem Bœotum) exquiſita & per accurata defenſione propugnauit, & in hac parte admodum vexauit autorem noſtrum. In quo quidem ignoſcendum eſt dolori ipſius, ſed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quàm enim moleſtè fert & indignè læſos oratione ab Herodoto ſuos? Hoc igitur (vt apparet) vlcus tãgi noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (vt opinor) facilè liberat non modò fama illis temporibus longè latéque vagata, ſed conſeruata etiam ad poſteritatem, proditionis Thebanorum: de qua & Demoſthenes argumentum duxit leuitatis & infidelitatis illius ciuitatis: & illud in ſermonibus hominum ſemper permanſit, decimam à Thebanis Apollini perſolui oportere. Cuius mentionem à Xenophõte ſcimus ſemel atque iterum fieri. Quum enim communi decreto ſtatuiſſent Græciæ ciuitates, quæ aduerſum barbaros conſenſerant, ab iis qui nulla neceſſitate coacti Perſæ ſe ſubiecciſſent, Delphico Apollini bello confecto decimã exigi debere; Thebani quidem potentia ſua reſtitere decreto: ſed quòd illo tenerentur, fama memoriáque hominum conſtantiſſimè perdurauit.

Hell. 5.

Decretum fœderis extat in Polymnia.

Præterea quamuis malitioſum & prauum Plutarchus faciat Herodotum, nõ ſtultum tamen fuiſſe neque hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuiſſet, & in ſumma audacia amẽtius, quàm ea affirmare atque tradere, quæ, ſi falſa eſſent, non modò paulo antè defunctorum dictis atque relationibus, ſed memoriæ, viuorum propemodum, teſtimonio refutari atque redargui poſſent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconſentanea expoſitione, cum narratione tam diſſidente, in celeberrimum frequentiſſimúmque totius

Græciæ conuentum (ita enim accepimus) venire, & illa vaniſſima atque leuiſſima ſcripta, plena maleuolentiæ & obtrectationis, reclamantibus diuinorum & humanorum monumentorum inſcriptionibus, recitare non dubitaret? Nimis ineptum & friuolum facis autorem, contra tuam quoque exiſtimationem. Non audiuiſſent ac potius exibilaſſent, vel malè etiam multatum illo tãto theatro eieciſſent eum, qui planè ad irridendum & eludendum auditores, quíque in communi Græciæ ſolenníque cœtu ad nomen Græcum proſcindendum lacerandúmque adeſſet. De conſilio autem & facto Leonidæ retinendi Thebanos etſi aſtutè diſſerit, nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror quibus hoc etiam loco defendi poſſit narratio. Adduxerat inuitos, ſed ſic vt à ciuitate delectos: ergo non modò illius, ſed ſuorum quoque metus hos continuit. Dimiſit alios, quos minus alacres in aperto eſſe diſcrimine videbat. illis enim parcendum decreuerat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos ſolùm haberet ipſe ſecum? Primùm voluiſſe Leonidam perdere iſtos Thebanos dixerat: neque non plures quàm trecenti cũ illo fuere. Nam præter Theſpienſes, etſi non dicitur, cum trecentis tamen Spartanis ſequutos alios plures ditionis ipſorum intelligere debemus. Ita enim fieri ſolitum ſcimus, vt Spartani nequaquam veluti ſolitarii, ſed quodã ſatellitio ſuorum ſtipati in expeditionem proficiſcerentur, quum ſinguli interdum ad ſeptenos adducerent eorum quos εἴλωτας vocarunt. Sed quid facerent? aut in illis anguſtiis quid experirentur tutius quàm quod retulit Herodotus? Neque aliud tẽpus omnino videtur fuiſſe vel defectionis, vel fugæ, vel tranſitionis, quàm quod memorauit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim ſcribit nonnullos, & vel de geſtu intellectum fuit ſupplices hos eſſe. Notas quidem cur impudentiſſimè confingere voluerit, cauſam equidem nullam reperio. Accuſat paulo pòſt aſperitatem vocabuli, quòd de fuga conſuluiſſe dixerit Græcos. Nimis eſt ſeuerus noſter Ariſtarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quòd rex regum cenſet aufugiendum de Troia. non enim (vt opinor) mollius eſt φεύγωμεν, quàm δημοσίᾳ βουλεύεσθαι. Quid verò de Naxiis & Themiſtocle dicemus? Scilicet in metu tanti belli, & tempeſtate barbaricæ claſſis ingruente, incredibile fuerit, inſulanos homines non ad eos proficiſci voluiſſe quibus nemo non interitum aut ſeruitutem impendêre exiſtimaret. Themiſtocli verò indecorum aut turpe fuerit, adiutum ipſum alterius conſilio, non ſolùm omnia commẽtum fuiſſe: at Agamemnonem, non vnum aut alterum, ſed decem συμφερόμενος optare non puduit. Nam in Artemiſia quòd facetias conſumit ſuas, quibus nequaquam abundat, feciſſe videtur incogitantius. Calliope.

In iis quæ ſequuntur, quòd non modò quid perperam ſcripſerit, ſed quæ ſcribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, ſit hoc & ipſum præclaræ & ſingularis ſapientiæ Plutarchi. Cætera inuoluta ſuſpicionibus, & alienarum rerum mentionibus confuſa, & fallacibus complexionibus intricata, & anxietate quadam mirifica accuſationis ſeſe ipſa infirmãtia, vel relinquamus fanè, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim fermè reſponderi dicíque idem videtur poſſe: inſaniam eſſe & furorem, non peruerſitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primùm cognita fuiſſent, hominum ſcientia reprobarentur, à poſterioribus autem inter ſe diſſidere & cõtraria eſſe facilè perſpicerentur. Etſi autem homines docti ac ingenioſi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo euertere odioſúmque reddere aut ſuſpectum poſſint, tanta eſt tamen vis veritatis, vt neſcio quo pacto, quanuis oppreſſa & obſcurata, illa plerunque tamen reſiſtat atque eluceat contra dolos & verſutiam. Quapropter non quid conquiſierit ad inſectationem Herodoti Plutarchus, neque conuitia quæ illi facit nimis cupidè, neque ſtudium exagitandi autorem antiquiſſimum, ſed rem ipſam ſpectabimus. Ipſi autem Plutarcho hoc dicimus,

--- σὺ μὲν οὐ καλὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τόνδε νοῆσαι.
Εἰ δ' ἐτὸν δὴ τοῦτον ἀπὸ αὐδῆς ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρχε δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί. Iliad. π.

Sic enim videtur non ille quidem quæ ſenſerit ipſe, in hoc libello diſſeruiſſe, ſed

vel aliorum voluntati assentatus esse: vel quid in mala causa posset, ostendere voluisse. Quòd si de animi sui iudicio & inductione illa ad talem modum disputauit, profectò in hac parte recessit à se ipse. Non enim aliter existimo quàm fuisse Plutarchum, virum non modò eruditum & sapientem, sed etiam bonum, quam famam, præsertim probitatis, vt tueretur, minus curasse illum apparet in proposito accusationis huius. Sed finem faciamus. non enim iucunda nobis fuit quasi contentio & rixa cum tanto viro, quam tamen vt necessariam, omittere non potuimus, & in officii (vt rati sumus) custodia, & in studio nomini bonitatique autoris excellentissimi debito.

Thucyd. lib. 1, κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ξύγκειται.

OBIICITVR autem & hoc nobis, quod quidã volunt à Thucydide contra Herodotum dici, de fabulosis narrationibus & historiis confictis ad auditorũ voluptatem, *quæ, quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præsentia quidem innarent, sed diuturnum fructum non haberent.* Ego verò non magis in Herodotum hæc conferri posse puto, quàm in quemlibet priorum de scriptoribus historiarum. Et (vt verum fatear) illas planè priscas expositiones antiquissimarum rerum oratione & verbis ad venustatem, & iucũditate quadam animos perfundendum, compositas (quales potissimùm Pherecydis Syrii fuisse accepimus) grauissimum autorem existimo veritati rerum gestarum non oportere præferri censuisse: ac hilaritatem historiæ cedere seueritati, neque suauitatis cuiusdam lenitatem, constantiæ & dignitati narrationis anteponi voluisse. Sed de hoc quisque, vt lubuerit, ita statuat atque sentiat. Nos autem hoc teneamus: nõ modò propter sermonis elegantiam, & illam cùm ab aliis tum Cicerone laudatam dulcedinem, & quasi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, & in manibus semper habẽdum esse: sed propter rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad vitam vtilium sententiarum copiam, ob plurima certò, accuratè, prudenter, honestè dicta, magnificiendum nobis, vel in suo potius genere anteponendum vniuersis. Nota sunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclarissima huius autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, satis indicat inscriptio nominum Musarum, quibus omnem sapientiam & doctrinam & ingenii præstãtiam, antiquitatem significasse notum est. Et quicunque meminere ipsius, honoris & laudis præfationem semper vsurpasse reperiuntur. Quas ob res neque me pigere operæ positæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, vt studio singulari in hoc autore versari, & illum præcipuo amore cõplecti velint. Nam & mihi fructuosam fuisse lectionem huius videor sentire, & aliis item futuram esse confido. Visum autem, *&c.*

DE HERODOTO, EX EODEM.

HERODOTI patrem fuisse Lyxem & Dryo matrem perhibent, patria Halicarnassensem: quod præscriptum nunc etiam in historia illius legitur. Parentes in sua ciuitate bono loco natos tradunt, ipsúmque fratrem habuisse Theodorum nomine. Quum autem teneretur Halicarnassus à Lygdamide tyranno, nepote Artemisiæ reginæ Cariæ, secessit Herodotus in Samum insulam: atque ibi lingua Ionica historiam magna cum cura composuit, relatam in libros nouem: quam quum in frequenti Græciæ conuentu Olympiorum recitauisset, sic placuit vniuersis vt ita audirent quasi Musas loquentes: ideóque libris qui nouem (vt diximus) essent, Musarum nouem indidere nomina. Quum reuersus in patriam autor fuisset ciuibus suis tyranni expellendi, successit quidem res, sed inuidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri solet vt periculorum metum parta securitate obtrectationes ferè sequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos ciues ratus, quum Atheni enfium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, sua sponte illis se colonis socium addidit: & ibi finiuit vitam suam: sepultúsque fertur in foro. etsi quidam Pellæ mortuum fuisse tradidere. Ipse facit mentionem λόγων Ἀσσυρίων & λόγων Λιβυκῶν, quos cõscripserit: de quibus tamen hæc mẽtio solummodo restat. Herodotum, scribunt, quũ recitaret in Olympiis (vt suprà retulimus) historias suas, audiuisse Thucydidẽ qui adhuc ætate puer esset: quúmque Thucydides tum quasi diuinitus commotus lacrymas profudisset, animaduertisse hoc Herodotũ, & gratulatũ fuisse patriipsius Oloro:

Lucian. Herodoto, vel Ectione.

Clione. Euterpe.

hortatúmque vt erudiendum curaret filium diligenter: gliſcere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque diſciplinarum. De Herodoto Græcũ epigramma fertur, quo memoratur & illa inuidiæ fuga & diſceſſio in Thurios,

Ἡρόδοτον Λυξέω κρύπτει χόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἐξ ἁλίης ἰσορίης πύστιν,
Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο. τὴν δὲ ἄπαλήτων
Μοῦσαν ὑπεξαγαγὼν, θούριον ἔσχε πάτρην.

Extat apud Stephanum: ſed magis integrum in ſcholiis Nebularum Ariſtoph.

quod nos ita aliquando conuertimus,

Terra, ſatum Herodotum Lyxe, tegit iſta ſepultum,
Qui priſcæ Ionicæ laudem habet hiſtoriæ.
Dorica produxit tellus hunc: vnde fugatus
Inuidia, hac patria Thuride ſedit humo.

Ex eo factum eſt vt aliqui præſcriptionem Halicarnaſſenſis mutarent in Thurii: quod & Plutarchus annotauit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in olympiadem LXXVII, & LXXXIIII. cum quo non diſſentit quod traditur, floruiſſe Thucydidem olympiade LXXXVII, & olympiade LXXXVIII mortuum Periclem Xanthippi filium, cuius Herodotus meminit. Plinius vbi de ebeno diſſerit, Herodotum ſcribit Thuriis condidiſſe hiſtoriam anno ab v. c. trecenteſimodecimo. Quod & ipſum cum numero LXXXVII olympiados conſentit, quo aliqui floruiſſe Herodotum tradidere: quum acceperimus Romam conditam eſſe circiter olympiada VI. Sanè cum Hellanico vixiſſe fuiſſéque apud Archelaum, traditum eſt: quod tempus & EVripidis poetæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Perſæ fuere à Græcis fuſi. Pherecydes & Hecatæus diu ante illum hiſtorias & fabulas componere primi oratione ſoluta cœpere. Fuit & Xanthus quidam ſcriptor Lydus, quem in Lydorum hiſtoria ſequutum Herodotum putant. Fuit & Charon Lampſacenus paulo hoc ſuperior, qui & ipſe bellum Perſicum deſcripſit. Sed & Hellanicus ſuas hiſtorias ante Herodotum edidit, quas ipſe ſe legiſſe ſignificat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & ſacris ſcripſit: & alius, medicus. Eratone.

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORATIO Herodoti elegans eſt, & Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, ſine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id eſt peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nã & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, & Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit vt ſonus vocis & forma ſermonis in alieno ſcilicet ſolo Aſiæ atque inſularum mutaretur. Traditum autem eſt, appellatos primùm Cranaos incolas Atticæ, quum Pelaſgi adhuc Græciam tenerent: regnãte deinde Cecrope, Cecropidas. Cui quum ſucceſſiſſet Erechtheus, tum illis fuiſſe inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (vt poetæ) filius, ſuſceptus ex Creuſa Erechthei filia: & AEgiali ac Helices regnum tenuit. Cuius gens poſtea à Dorienſibus pulſi, ab Athenienſibus in ciuitatem recepti fuere. Pauſan. Achaicis.

Varietates in Ionica lingua hæ ferè annotantur. Α in η mutatur, niſi Doricum fuerit α. αι mutatur in η. Mutatur & ε in η, diuiſa diphthõgo, itémque in genitiuis nominum ος. ων mutatum eſt ex εων. Craſſæ mutantur in tenues. Attica mutatio eſt α in ε. Vſurpant Iones & ε cum ο, in genitiuis nominum ες, vbi Attici ω ponunt: quum ιος quoque communis ſit & Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αυ in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accuſatiuo faciunt ουὼ. Duo σσ in ξ mutant. Metaplaſmus α, in ες, Ionicus eſt. ſimiliter & aliæ quædam ſuæ huius dialecti formæ ſunt. Eſt & mutatio η in α. Mutant ου in οὐ. item ε in α. Addunt Iones finali σ, literam ι, & in verbis, σι. Syllabam αι circumflexam, εω faciũt. Interdum & non circumflexum αι primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt. ο & ε producunt, addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitiuum in οιο, de ος, proferunt. ω faciunt ωϊ. Geminant conſonãtes, vt σσ, λλ, ππ. Inſerunt ε, item σ. nam θε primæ perſonæ pluralis, θα, & θεν dualis, θον faciunt. Inſerunt α in patronymicis. Iones integris & incontractis verbis nominibúſque & participiis aduerbiiſque, omnibus denique orationis partibus vtuntur. Mutant λω in εα. Augmenta præteritorum & aliarum dictionum initia abiiciunt. Τ nominum in ας in declinatione elidunt.

Vtuntur reduplicatione. Vtuntur & transpositione tam literarum quàm syllabarum. Abiiciunt ι de diphthongo ϕ. Initiales literas abiiciunt. Ex ει faciunt ι longum. Suas habent tertias personas plurales præteriti perfecti passiui, posita litera α ante ντ finale, vt & in aliis. Infinitiua per syllabam με producunt. Sūt & contractiones & synalœphæ Ionum: sunt & apocopæ.

Horum exempla promiscuè subnotauimus, & aliis quibusdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. ‖ Θωυμασὰ, pro θαυμασά. ‖ Γουεῦ τὸν Γνάχου, pro Γώ. ‖ Πλεῦνας, pro πλέονας. ‖ Ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς. Ἀπελόμυοι, pro ἀφελόμυοι. & Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. ‖ Διαπεξαμυόυς καὶ τἄλλα τῷ εἵνεκεν, pro Διαπεραξαμυόυς καὶ τὰ ἄλλα ὧν ἕνεκα. ‖ Ἐγεγένεε, pro ἐγεγένει. Ἤδεε, pro ἤδει. ‖ Δεατότεα, pro δεατότεω. ‖ Μίδης, pro Μίδας. ‖ Θεόγνον βασιλήϊον, pro βασίλειον. ‖ Ἐσάμυαι, pro ἐσάναγ. ‖ Ἐπικρέτεον, pro ἐπικρέτεω. ‖ Κυείλω τῷ ἡμερέων, pro κυείαν τῷ ἡμερῶν. ‖ Κιθῶνας, pro χιτῶνας. ‖ Ἐπὶ νόον ποιέουσι, pro ἐπὶ νοῦν ποιοῦσι. ‖ Περιέατε, pro περιεῖπε. ‖ Ἰερὸν, pro ἱερόν. Ὁρτὴ, pro ἑορτή. Κεῖνος, pro ἐκεῖνος. ‖ Ἐὼν, ἐοῦσα, pro ὢν, οὖσα. ‖ Κεχωρίδατα, pro κεχωρισμύοι εἰσί. ‖ Ἐτετράχατο, pro τεταγμύοι ἦσαν. ‖ Τὠρχαῖον, αὔθερσπε, ὦναξ, ὠνὴρ, ἄτερος, ταὐθερόπου, pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ αὔθερσπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνὴρ, ὁ ἕτερος, τὸ αὐθερόπου. quæ Attica synalœpha & in aliis reperitur: vt θατέρου. τἄτερου. ὕβρεος, πόλιος, pro ὕβρεως, πόλεως. ‖ Ἐγχωριδίοισι pro ἐγχωριδίοις. ‖ Ἐπεαὶ, ἀδελφεὸς, pro ἐπὰν, ἀδελφός. ‖ Τοὔνομα, μοιεῦος, ξεῖνος, pro τὸ ὄνομα, μόνος, ξένος. ‖ Ποιδῦσι, pro ποιοῦσι. ἐδικαίδυν, pro ἐδικαίουν. ‖ Μέχαθος, ζίμνειν, pro μέγεθος, τίμνειν. ‖ Ὀπέωνες, pro ὀπάονες. ‖ Ὀρέων, pro ὀρῶν. καθμεώμυοι, pro καθμούμυοι. χρεωμυών, pro χρεωμυών. ‖ Κιωέη, pro κυνῆ. αὐθερσπίη, pro αὐθερσπῆ. ‖ Τυφὼ, ἄτω, pro τυφὼν, ἄτων. quod planè Atticum est. ‖ Πλεῦν, pro πλέον. ‖ Περσδέκεο, pro περσδέχου. ‖ Ὦρα, pro ἑώρα. ‖ Διξὰ, τριξὰ, pro διχὰ, τριχά. ‖ Ατ' τόπεω, pro αὐτόπου. ‖ Ἐν τῇσι ἀμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις. ac concursum omnino vocalium Iones amant. ‖ Ἄδρησε, pro ἄδρασε, quæ non solerent aufugere. ‖ Ἐπβατίων, pro ὀπαδατῶν. ‖ Ὁκόσον, ὅκου, κότε, pro ὁπόσον, ὅπου, πότε. ‖ Βουβάλιες, ὄφιες, pro βουβάλεις & ὄφεις. ‖ Ἐσωθέντες, pro ἠσωθέντες: & ἔσσονες, pro ἧσσονες. ‖ Ἀδαέες, pro ἀδαεῖς. ‖ Οἰκασι, pro ἐοίκασι. ‖ Κέρεα & γέρεα, pro κέρα & γέρα, contracto de κέρεα, elisō τ. ‖ Ἐστελάδατο, ἐστελμύοι ἦσαν. ‖ Κατερράφατο, κατερραμμύοι ἦσαν. ‖ Τερῆμα, pro τρῦμα, omisso υ. nisi magis est à verbo Ionico factū quod τρώειν illi dicunt. id est, τιτρώσκειν. ‖ Apud Homerum Ἐείκερες, pro ἐείκεσι positum volunt: Ἐουσέρματες ἵπποι. Herodotus Ατ' τοκέλεες pro αὐτοκέλευστοι. Contrà μάρτυρσι & Φύλακσι, Iones, pro μάρτυρες & Φύλακες. ‖ Ὄψεαι, pro ὄψῃ. quod Atticis est ὄψει. ‖ Ἀπικοίατο, pro ἀφίκοιντο. ‖ Ὁρμέατο, pro ὥρμηντο. ‖ Μανασέων, pro Μηνασῶν. Λᾶξις, pro λῆξις. ‖ Οῦ in οιο solutio, & οθα, ac οθον, ποιητικώτερον videtur. ‖ Τ' περσόϊον, λώϊον, pro ὑπερῷον, λῷον. ‖ Κεραδίη, pro καρδία. κερατεὸς, pro καρτερός: vt Homero Κεφάθος, pro Καρφάθος. ‖ Reduplicationes sunt Homericæ; Τετύκοντο, ἐκλέλαθον, πεπαγών. ‖ Herodotus Ἀραιρημύοι dixit pro ἠρημύοι. ‖ Ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. ‖ Ἀποθανάμυοι, pro ἀποθανούμυοι. ‖ Duplicationes consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur, sed sunt poeticæ, vt Ὅσσον φέρτερος εἰμι. Ὄφρ' εἰ τοι ἐν μεγάροισι. Ὅππότ' αἰὴρ ἐθέλει.

EX EODEM.

Ionicus est & articuli pleonasmus. vt, Τοὶς μὲν ἀνασήσειν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναείξοι, pro ἐναείξοι δέ. in quibus ὁ pronomen esse volunt, & significare αὐτὸς, Ionicè. Polymnia, εἰ μὲν τι ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τῷ μὲν ἔλεγλε οὐδὲν, ὁ δὲ τὸ εὐτυχέσατα ἐκλεγόμυος, *siquid inerat quod fraudi esset barbaro, eorum nihil memorabat, sed eligens maximè fausta.*

Est autem & aliorū pronominū hic vsus, εἰ ἦ τοῦτο ὑποδύνῃ σὸν ἐθελήσῃς, αὖ ἦ πάντως σράτευμα ἀνάξειν, pro ἀλλὰ πάντως ἀνάξεις. Et rursū, ἦ σέ γε, pro ἤ γε. Il. ρ,

Ὅστ' ἐπεὶ δρῦς κε κάμῃσι κυύας τ' ἀνδρας τ' ἐρεθίζων,
Οἵ τ' ἀμφ' αὐτὸν ἐόντες ὁμοκλέωσι βοῶν ἐκ πᾶσαν ἐλέσθαι,
Παίοντες ἐγχείῃσι· ὁ δὲ κρείων ἐρατίζων Γάνυται.

Ionum sunt anastrophæ. vt, ὄρνιθες ὣς. Il. β, οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι. Sic ὣ ἔπι, pro ἐφ' ᾧ. Et, βιοτῆς νυὶ μὲν αὐθερσπίης πέρι. Il. β, τότε δ' ἤδη ἔχεν κῆρ γαῖα μέλαινα. i. κατεῖχε.

Sunt & ἀποκοπαὶ Ionicæ verbi substātiui. vt, ἔνι pro ἔνεσι, μέτα pro μέτεσι. Hom. πάρ ἔμοί γε καὶ ἄλλοι, id est, πάρεισιν ἐμοί.

Cùm aliter, tum interpoſito ὦν dirimunt coniungenda. μέχρι μὲν ὧν τούτων. & βύβλῳ περὶ τὰ πόρεα ἐλίσσων, id eſt, περιελίσσων. & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. & κατά με ἐφάρμαξας, pro κατεφάρμαξάς ἐμέ. & εἶπε τῷ τις Βαβυλωνίων, pro τῷ Βαβυλωνίων ἑνός. Sic ὡς ἢ αὕτως, pro ὡσαύτως δέ. Iliad. β, καδδέ κεν ἀχωλιώ. & Il. ρ, --ἀπὸ ἢ μελιηδέα θυμὸν ἔλωμαι, pro κεἰ ἢ ἀχωλιῶ, & ἀφέλωμαι θυμόν. Il. α, ἐκ δ' ἔλον Ἀτρεΐδη. i. ἐξεῖλον δέ. Sic ὑπὸ δ' ἤρεον, pro ὑφήρεων. Polymn. ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, id eſt ἀπάγων.

Præpoſitiones abſolutè, quaſi aduerbialiter, ſæpe ponunt: μέχρι ἧς, τῆς στρατιῆς ἀπικομένης εἰς Σάρδις, poſtea verò, quum exercitus Sardis veniſſet. Sic, καὶ πρὸς ἀνεπιστήμονες ἦσαν, præterea Iliad. χ, Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔπι φρεσὶν ἐλέαιρε. Alibi, ἐν δ' αὐτὰς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν. Item, Λέβητα πρὸ ἧς εἵσατο καὶ τῆς. Herod. Polymnia, ἐν ἧ Ἀρτέμιδος ἱρὸν, *in illo littore eſt fanum Dianæ.*

Ionicum eſt caſum ad præpoſitionem referri quæ cum verbo adiuncto compoſita eſt. νι, ὅπῃ οἱ ἐνορώῃ, id eſt ὅ, τι ὁρῷτο ἐν αὐτῷ, *quid in ſe animaduerteret.* Il. β, -πόσ δ' αὖ ὅτι μέμφεαι, id eſt, ὅτι τίνος μέμφῃ. Et ὥμοισιν ἐπείη. i. εἴη ὅτι τῆς ὤμοις. Item Il. ν, Θρασυμήδεα Ἔκτορα εἶπε φίλῃσι. i. εἰς φίλῃ τὸν Ἔκτορα. Herod. Clione, τρία δὲ ἔτια ἐπανεβάλλετο τὸν Σαρδίων ἅλωσιν, id eſt, ἐπ' ἔτια τρία, *in tertium annum diſtulit Sardium expugnationem.* Idem, ἀπέζευε τῆς χώρης τῆς Ἀσσυρίης, id eſt ὤζευε ἀπὸ τῆς χώρης.

Singularis vſus infinitiui ἔμμεν, Ionicus eſt, hoc modo, καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν ἐλπὶ λόγῳ ποιησάμενος τὸ πρῶτον ἔμμεν, *vt hæc prima quidem cura eſſet.* Et, οὐδὲ ὁμολογήσομεν ἑκόντες ἔμμεν, *quod volentibus quidem nobis fiat.* Et, τὸ ἢ σύμπαν ἔμμεν, *In quo totum verteret* aut *Re ipſa.*

HERODOTI VOCABVLA IONIca, & quædam loquendi genera, illi cum Homero magna ex parte communia: necnon alia.

Collecta & Latinè reddita partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Henrico Stephano: litera C illius nomen, H huius nomen indicante. à quo & addita nũc fuerunt aliquibus Camerarii interpretationibus exempla.

HENRICVS STEPHANVS lectionis Herodoti studiosis.

SI vulgo receptum morem vsurpare, quàm meum tenere, maluissem, Ioach. Camerarii nomen silentio præteriissem: ac titulum huic opusculo præfixissem quo hanc recensionem pariter & interpretationem vocabulorũ, quæ quum Herodotus sibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum cæteris Ionibus, & nominatim cum ipso etiam Homero (ad pleraque quod attinet) communia, totam suscepissem & in me recepissem. Nec tamen magnum onus humeris meis imposuissem. quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea scripserat, meis infarciendo, eáque pro meis ostentando, magnum oneris leuamentum in promptu mihi fore animaduertebam. Præsertim verò quũ multo plures à me quã ab illo voces recenserentur & exponerentur, sub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam vsurpare, res fuisset quæ multorum exemplis defendi (si exempla malam defendere causam queunt) potuisset. Verùm ego non solùm, alienis tantummodo plumis se vestire, corniculæ in morẽ, sed etiam vel miscere suis alienas, atque id dissimulare, vix ingenui esse hominis, semper existimaui. Atque hoc & meus Thesaurus testari abundè potest. Quinetiam Paralipomena tantùm institutionis grammatices (aut saltem eorum partem) scribere malui, quàm meam institutionem grammatices ad tam multas aliorũ addendo, in aliena plurima manum iniicere, simúlque miseros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen sum nescius, reperiri quotidie qui multo maiori cum turpitudine plagiarij sint: id est, multo turpius & magis pudendum plagium committant, dum aliena, & quidem è multorum nonnunquam libris consarcinata, siue cõsuta, aut (sicui Græca vox magis placet) σιωρράμμένα (licet eorum nonnulli ne artem quidem talia consarcinandi, siue consuendi, siue τὸ συῤῥάπτειν, calleant) impudentissimo noui tituli libri, aut noui saltem nominis autoris, mendacio, pro suis obtrudentes, & obtrusa venditantes, fucum faciunt: etiamsi nulla futura sit quæ vel τοσοῦτον tam multis alienis οἰκεῖον (id est, de suo) insuisse dici possint.

Cæterùm, quamuis pauca illa quæ Camerarij sunt, ita meis inseruerim (appositio vbique eius nomine) vt intacta in illis omnia reliquerim, fuisse

tamen vbi eius interpretationi nonnullarum vocum aliquid adiicere, aut in eam non sine aliquo fortasse lectoris fructu inquirere potuerim, ostendam aliâs (deo fauente) in iis quibus Herodoti lectores, præsertimque eius valde studiosos, amplius iuuabo. Sed malui exemplorum alicubi adiectione, aut exempli, vbi Camer. nullum attulerat, contentus esse. Ne hoc quidem tacebo, me in quibusdam vocabulis exempla Homeri, in quibusdam Hippocratis, (quæ Erotiani, & Galeni lexicis, quum ea excudi, destinaueram) in nonnullis, vtriusque, attulisse.

Ἄγλη καὶ φέρειν, Ionicum est de hostilibus direptionibus. Herodot. φέρουσί τε καὶ ἄγουσι ἁρπάσαντες. Et rursum pag. 76, καὶ ἄγον δὴ ἤδη ἐς φερνὴν τοὺς βοηθοίκους ἅπαντας. Iliad. ε, οἷόν κ' ἠὲ φέρεσθαι Ἀχαιοὶ ἦκαν ἄγεσθαι. Neque me fugit, & apud Xenophontem & alios Atticos autores hanc figuram reperiri. nam & alia, quæ vt Ionica annotauimus, illi vsurparunt. vtriusque enim linguæ eadem (vt suprà diximus) origo fuit. C.

Ἀγινέειν vide in Ἀπαγινέειν. Pass. Ἀγινεόμενος actiua signif. *Adducens*, p. 452, ἀγινεόμενος γυναῖκας. H.

Ἀγορεύομαι, οῦμαι, *Concionor, Concionem habeo.* Vnde ἠγορόωντο, pag. 384. ἐγίνοντο ἀγοραί. καὶ δή κου σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο. Sic Hom. Il. σ, versu 1, οἱ δ' ἄρα τοὶ παρὰ νῆϊ κατ' ἠμαθοέσσαν ἰόντες ἥατο βουληφόροι ἠγορόωντο. Sed hîc est potius *Concilium habebant, Consultabant.* At quum dicit, ἀγορήσατο καὶ μετέστη, est *Concionem habuit.* Verbum autẽ Ἀγορεύω apud hunc (sicut apud Thuc. & Aristoph.) est, *In foro versor.* H.

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata, Contraria.* ἀγχίστροφα βουλεύομαι, p. 444. Propriè autem Ἀγχίστροφον q.d. Cõuersionem, id est, mutationem, propinquam habens, siue Mutationi propinquum. H.

Ἀγωνίδαται pro ἠγωνισμένοι εἰσὶ, sed passiua significat. pro *Decertati sunt*: pag. 595, πολλὰ μὲν γάρ τε καὶ δὴ ἔχοντες θεὸς ὑμέας ἡμῖν αἰνδρες Σπαρτῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, multa certamina decertata sunt. Sed perperam in Aldina & Germ. edit. ἀγῶνας pro ἀγῶνες scriptum est. H.

Ἀδαήες, *Ignari, Imperiti.* pag. 605, ἡμεῖς δὲ ἄπειροί τε εἰμὲν καὶ ἀδαήες τουτέων τῶν ἀνδρῶν. H.

Ab eodem pro Ἀδαὴς dicitur Ἀδαήμων, vt p. 549, ἀδαήμονα τῶν ἱερῶν. Quinetiã verbum Δεδάηκε, didicit. H.

Ἀδῆν & Ἀηδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀχιλῆϊ ἀγαμέμνονι ἡνδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελεν θνητὰς μοι ἀδῆν κακός. C. Vide Ἀπαδῆν & Ἔαδε.

Αἴμασιαὶ, *Septa.* Sed addit Herod. in primo, αἱμασιὴ λιθίνεων ὀπλέων. Odyss. σ, αἱμασιάς τε λέγων, *Septa struens.* C.

Αἴνη *Existimatio.* C.

Αἴχμη κακῶς ἐσηκέναι dicitur πρός τινα, ab Herodoto, rarissimo sed elegantissimo loquendi genere, lib. 7, p. 493, de Argiuis. ἐπειδὴ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἑστήκει, hoc sensu, *Quũ minimè secundum iis aduersus Lacedæmonios prælium fuisset.* Quam interpretationẽ etsi apertè præcedentia & sequentia cõfirmant, possit tamen ea & Eustathii testimonio comprobari: qui postquam dixit δόρυ nonnunquã significare πόλεμον, id est bellum, (veluti quũ aliquis vocatur δουρὶ κλυτὸς) itidémque vocem αἰχμὴ vsum istũ habere: vnde δορυάλωτος & αἰχμάλωτος significare pariter ὁ ἐν πολέμῳ ἁλούς: subiungit, λέγει δέ που ἡ Ἡρόδοτος πρὸς Ἰώνων, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἑστήκει πρὸς τοὺς δεῖνα, ἤγουν ἐδυσχώρησεν αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Additque, hoc ex consequenti esse dictum. ἀκολουθεῖ γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυστυχοῦσι, κακῶς αὐτοῖς ἐσάναι τὴν αἰχμήν. Cæterùm in compositione quoque nomen hoc pro bello vsitatum esse apud Iones sciendum est, quum videlicet appellant ὁμαιχμίην quod alii συμμαχίαν. vt p. 580, ὁμαιχμίην συνθέμενοι. Ab eadem voce est μεταίχμιος. vnde μεταίχμιον γῆν legimus, pag. 581, μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. H.

Ἀλίες, *Conferti.* Et Ἁλίζεσθαι ac Συναλίζεσθαι, *Colligi* seu *Congregari.* Et Ἀλίη, *Cœtus.* C. Exemplum verbi Ἁλίζεσθαι, p. 36, ἁλίζεσθαι τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν. Vtitur & Hippocr. hoc verbo Ἁλίζεσθαι. Inuenitur autem & actiuum Ἁλίζειν apud Herod. pag. 444, necnon cõpositum Συναλίζειν, p. 60. Ad nomen autem ἁλίες quod attinet, sciendum est, ἅλες quoque apud Hipp. exstare: atque alicubi ἅλες & πολλὸν copulari.

Ἀλεεινὴ χώρα, *Calida regio.* Et Ἀλέα, *Calor*, vt in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ à Valla redditur *Remediũ*, p. 586,

ὡς καὶ αὐτοὶ ἴωσι ἀλεωρίω δεήσοντες. Propriè autem ſonat *Euitatio, Declinatio, Effugium.* Ac redditur etiam *Leuamen,* & *Laxamentum,* necnon *Solatium.* Hippocr. ἐν φλεγμαίνουσι vtitur, Ἄνεσις γὰρ νόσου τινὰς καὶ μικρὸν παρέχει μεγάλην ἀλεωρίην.

Ἀλκὴ vt ab Homero, ita etiam ab Herodoto, quibuſdam loquẽdi generibus adhibetur: quorum vel frequentiſſimum eſt (niſi me memoria fallit) ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι. quo videtur ſignificari quod vulgò dicimus. *Se mettre en defenſe.* Hoc autem exiſtimatur dici à Liuio, Vim parare: veluti quum ſcribit, Alios vim parantes occidit. pag. 219, ἀνάπτι ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιούμενον πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο. Quibus verbis ſubiungit, ὁ μὲν δὴ αὐτέων φθάνει τὸ τόξα καταλόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὸν αἰχμὸν ἐτράπετο. (vbi obſerua ſimul eundem vſum verbi τρέπεσθαι cum alio accuſatiuo.) Eſtque πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι tãquã genus, at πρὸς αἰχμὸν τρέπεσθαι, velut ſpecies. Paulo poſt τῇ χερὶ χρῆσθαι hac in ſignif. vſurpat: ὁρέων δέ μιν ἐργὸν ἐπιὼν τὸ Γοβρύης εἴρετο ὅτι οὐ χρῆται τῇ χερί. Alioqui χερὶ χρῆσθαι reddi etiam poteſt *Manũ conſerere.* Fortaſſis tamen πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο eo in loco reddendum potius fuerit, *Vi agere cæperunt,* vel, *Vim moliti ſunt,* aut *Totis viribus obſiſtere cæperunt.* Nam illud *Vim parare,* minus eſt in quibuſdam locis quàm πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι. veluti quum in principio pag. 121, dicitur de Hercule, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον πάντας σφέας καταφονεῦσαι. H.

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicuius rei habeo, Contemno.* Vnde ἀλογήσας, pag. 238. Sic & compoſ. Καταλογέω: vnde καταλογέαντα, p. 237. H.

Ἁμαρτὰς pro ἁμαρτία, Peccatum. vt p. 76, in fine, ἀπέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. H.

Ἀμβώσας, ἀναβοήσας. C. Sic Ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι, pag. 40, in fine. H.

Ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, *Seipſos viceruntt.* C.

Ἀμφισβασία, *Diſceptatio,* vel *Diſſenſio.* C.

Ἀναγνώσκω, *Suadeo, Perſuadeo,* (quemadmodum πείθω vtrunque vſum habet) vt pag. 443, γόντα ἐπ' οἷσι αὐδρας ἀναγνώσκεις βασιλῆα γραπτεύεσθαι. vbi eſt potius *ſuades,* quàm *perſuades:* quamuis poſtea perſuaſerit. At p. 313, ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν: non ſolùm *ſuaſerunt,* ſed etiam *Perſuaſerunt.* Sic etiam p. 41, Ἵς σι αὐθρώπων ἀνέγνωσε, ſequente infinitiuo καταζῆναι. Itidem paſſ. Ἀναγνωσθεὶς, *perſuaſus,* in fine p. 311, ὁ δὲ, ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῷ γυναικείῳ, *Is autẽ, ab vxore perſuaſus, rem nefariam aduerſus filiam moliri cæpit.* At interpres malè ἀναγνωσθεὶς reddidit *deceptus.* Omnémque illi excuſationem præripit verbum πείθω, quod proximè præcedit, de eadem, πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν οὕτω. Quinetiam lib. 3, p. 210, actiuæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit ſignificationem idem interpres: τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης ὡς οἱ αὐτὸς πάντα παρέξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήιον θρόνον. ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes inſtructum quemadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet, in regium ſolium perducit.* Quum debuiſſet ita vertere, *Huic viro quum perſuaſiſſet magus Patizithes fore vt ipſe illi omnia effecta redderet.* Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contrà: quod tamen potius præ ſe ferre videtur altera interpretatio. Vt autem Ἀναγιγνώσκω ſic etiam Συγγιγνώσκω apud Herodotum à vulgari vſu diſcedit. Sed quid de Galeno & Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem, Ionica dialecto vtentẽ & ipſum, non πεῖσαι, id eſt, *Perſuadere,* ſed μεταπεῖσαι, (id eſt, *Diſſuadere,* vel *De ſententia deducere, A ſententia dimouere*) necnon μεταδιδάξαι exponentibus? καὶ οὐκ ἠδυνάμην (inquit Hippocr. lib. De artic.) αὐτοῖς ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μόλις, ὅτι τοῦδ' ἕνεκα τοιόνδε. Suſpicor, vnũ ex altero ſumpſiſſe, qui loco præpropere (vt fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantùm verborum recordatus ſit, αὐτοῖς ἀναγνῶναι: (ac non horum etiam quæ ſubiunguntur, ὅτι τοῦδ' ἕνεκα τοιόνδε.) ſimúlque præpoſitionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ vſum eum imaginatus ſit quem habet in aliis quibuſdam verbis, & nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipſum Herodotum.

Hoc etiã addo, perperã Galenũ, & Erotianũ ἀναγνῶναι, nõ ἀναγνῶσαι legiſſe apud Hippocratem: & quoſdã malè lectionem hanc in illam mutandam cenſuiſſe. Nam & hîc ex pag. 41 habes ἀνέγνωσε, & legitur itidem pag. 408. Eodémque modo exſtat ἀνέγνωσαν pag. 35. Sic autem & pag. 39, ἄλλον γνώσας: vbi repono ἀλλογνώσας.

Ἀναγκαίη pro ἀνάγκη. vt in fine pag. 5, μὴ μὲν ἀναγκαίη ἐνδεῖν. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι vide pag. 548, in fine, & quæ adſcripſi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀναισιμοῦσθαι. vt pag. 32, πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται, *Quinque dies inſumuntur.* ſiue *impenduntur.* H.

Ἀνακὼς ἔχειν, Φρονίζειν, ſeu ὀπιμελῶς ἔχειν. p. 567, πρόσθεν ἀνακὼς εἶχε. C.

Ἀναπλῶσαι pro ἀναπλῦσαι. C.

Ἀνάπυστον, *Quod innotuit, Patefactum, Palam factum.* Pag. 404, ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ ἀνάπυστα ἐγένετο ταῦτα. Sed malè in Ald. & Germ. edit. ἀνάπειστα. contrà verò rectè in iisdem, paulo antè, ἀνάπυστα γὰρ ὁμόλογα ταῦτα. H.

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod triste nobis accidit.* Pag. 483, ὅ,τι ἂν τοῖσι Ἀθηναίοισι τῶν τα ποιήσαντι τοὺς κήρυκας σφι ἥνεικε ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid aduersi illis contigerit.* Et ἀνεθέλητος συμφορὴ apud eundem, (sicut dicitur ἀβούλητος συμφορὰ) alibi ἄχαρις συμφορή. Quibus in locis vocabulum συμφορὰ ponitur tanquam μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένους. pag. 175 τοὺς εἰς πόλεμον ἀνειμένους. *bello deditos.* Sic paulo ante, ἀνέωντας ἐς τὸ μάχιμον. Sed ibi, sicut & in Ald. edit. malè ἀνέοντας. H.

Ἀνέλξαι, est Respõdere, vt de oraculis Latini dixere. λῶ μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλξαι μιν βασιλέα ἔσεσθαι τῶν Λυδῶν. Si oraculum responderit, ipsum regem Lydorum esse. Euterpe, αὐτῆισι ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωντας, vide in Ἀνειμένους.

Ἀντέω, ἀφ', *ex quo* λώτησε pro ἔτυχε. p. 149, καὶ ξεινίων λώτησε μεγάλων. quum præcedenti pag. dixisset, ξεινίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α, αὐτάσας dixit pro τυχών, siue ἀπολαύσας, aut μεταχών: vbi canit, Αἴ κέν πως ἐρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε πελείων Βούλεται αὐτάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Facit autem illud αὐτᾶν vt minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitiuo itidem iunctum, hoc in versu, Ἀλλὰ θεοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης Περσοπόλου, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς. vel περσοβόλους, vt alibi legitur. pro quo tamen malim περσοβόλοι. Suspicor autem priorē illum versum mutatum fuisse ab iis quibus insolens videbatur ille vsus participii ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic, Anthol. epigr. lib. 3. pag. 232, meæ editionis, Ἦν νέον ἡβήσαντα δι' ὁδρύλαντις ἐρασμή. H.

Ἀντίξοος, *Aduersarius, Hostis,* ἐναντίος, πολέμιος. In fine pag. 518, ἑλπόμενοι γὰρ οὐδένα σφι φανήσεσθαι αὐτίξοον, ἐνεκήρυσσον στρατῷ. Et adiectiuè, γνώμη αὐτίξοος, *Sententia contraria, Sententia repugnans,* p. 572. H.

Ἀντιούμενοι sunt Ionibus qui aliis ἐναντιούμενοι, siue ἐναντίοι. vt initio Melpomenes, καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς αὐτιουμένους. Paulo pòst, δέομαι γὰρ αὐτιουμένῳ σφι στρατιὴν οὐκ ὀλίγην. At verò alibi cum accus. personæ, sequente etiam præpositione ἐς, habente suum accusatiuum, pro *Occurrere seu obuiam venire hostiliter.* H.

Ἀντιπόλεμοι, *Hostes, Aduersarij,* πολέμιοι. p. 525. H.

Ἀνωσάμενοι, pag. 486, in fine, καὶ βασιλῆα μετάγε θεοὺς ἀνωσάμενοι. *Qui repulerunt,* pro ἀπωσάμενοι. nisi forte hoc ipsum reponendum sit. H.

Ἀξιώμενα, actiua signif. pro ἀξιοῦσαι. P. 92, πολλαὶ δὲ οὐκ ἀξιώμενα ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, *Quæ non dignantur, Quæ dedignantur.* Item pag. 445, ἀξιώμενος actiua itidem significatione. Verùm οὐκ ἀξιώμενος ibi non est *Dedignans*, sed *Dignum non iudicans sedere*, vel *rem se dignã*, aut, *Indignum se iudicans qui sederet.* Pag. sequente tamen voce actiua dixit ἀξιώσει, *Dignabitur.* H.

Ἀπαγινέειν significat *Exportare* siue *Deportare.* Ἀγινέειν, *Apportare:* & simpliciter ἄγειν. C. Frequens vsus horū verborum est pag. 225, 226, 227, 228.

Ἀπαδέειν, *Displicere:* vt Ἀδέειν, *Placere.* H.

Ἀπεμαπίσαι significat apud Herodotū, *Crepitum emisit.* Pag. 174 ὁ δὲ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου κατήμενος) ἐπάρας ἀπεμαπίσατο. C.

Ἀπεσώ, *Absentia,* (vt Democrito δίαισα, *Bona constitutio*) Pag. 620, ἐπαγχωμένους τῇ ἀπεσοῖ τῆς μάχης. C.

Ἀπὸ μὲν ἔθανε pro ἀπέθανε μὲν, pag. 559. Sic multa composita diuidit, inserta particula ὧν. vt ἀπ' ὧν ἔδωκαν pro ἀπέδωκαν: & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. H.

Ἀρδὶς, *Genus teli,* & (vt volunt) *Pharetra:* sed significat apud Herodotum *Ferrum* (vt opinor) *sagittæ.* C.

Ἄρθμιος, *Concors, Beneuolus, Amicus.* p. 472, in principio, μὴ ἐόντες ἄρθμιοι. Et pag. 587, Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων. At verò ἄρθμια substantiui vice fungitur, p. 411, τέως μὲν δὴ σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους, *concordia inter eos erat.* Item ἀρθμίη, *Concors, Amica.* p. 601. H.

Ἄρθεα de natura equæ posuit Herodotus. C.

Ἄση, *Molestia.* Et Ἀσᾶσθαι, *Molestia & dolore affici.* C. pag. 64, μηδεμίαν ἄσην ἀηδῆ τῷ πατρὶ παρεσχάλλῃ. vbi videri possit necesse minimè fuisse addere ἀηδῆ. Ab Hippocr. ἄση de certo quodam molestiæ genere dicitur: nimirū de stomachi fastidio, necnon de fastidio ciborum. Quinetiam de inquieta corporis iactatione quæ ægrotis contingit. Vnde & Ἀσώδεις hi vocantur. pro quo & Ἀσσώδεις gemino σ scribitur. Sic verò & Ἀσᾶσθαι apud eundem, non solùm Ἀσᾶσθαι. Vide Hippocr. lexicum.

Ἀσινὴς, *Illæsus, Incolumis.* Pag. 585, ἀπέπεμψαν ἀσινέα, passiua signif. Apud Hippocr. actiua etiam. vt ἀσινέες ῥήξιες, *innoxiæ.* Sic & aduerb. Ἀσινέως apud eundem, *Innoxiè.*

Ἀτὰρ, sicut & apud Homerum (cui Αὐτὰρ etiam in vsu est) pro *Autem*, vel *Sed.* Pag. 431 respondet particulæ μὲν, cui passim apud alios respondere solet δέ: ac interdum apud hunc quoque: vt p. 633.

Ἀτάσθαλα, *Nefaria, Nefanda, Scelesta.* pag. 617, & aliis plerisque locis. Necnon aliquis dicitur ἀτάσθαλος, vt pag. 633. Frequens est & Homero. H.

Ἀτέοντες, *Nihil curantes.* Est & Homerus similiter vsus. C.

Ἀτρεκέως, *Verè.* vel *Certò.* vt p. 23, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν. Sic pag. 175, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κεῖναι. Hoc aduerbium frequēs est apud Homerum etiam & Hippocratē: apud Homerū pro *Verè*, apud Hippocratem & pro *Certò, Exploratò:* & plerunque pro ἀκριβῶς, *Exactè.* vt in Prognost. οὐ δυνάτην ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. Sic & Ἀτρεκὴς pro *Exactus.* Extat etiam Ἀτρεκείη apud Herodotum, quo significatur *veritas.* Apud Hippocr. ἀτρεκείη scribitur: & ἀτρεκείη κεῖναι apud eum legitur pro eo quod attuli ex Herodoto ἀτρεκέως κεῖναι. H.

Ἄτρυτον πόνον, *Intolerabilem.* Pag. 607, ἔχον πόνον ἄτρυτον. C.

Αὐδάζειν, *Vocem emittere*, seu *Loqui.* C.

B

Βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς, *Vbi profundissimum est.* Itē de Istro ἴσος αὐτὸς ἑωυτῷ ῥέει. id est *Æquabili flumine fertur.* C.

Βάρις, in Euterpe, Nauigium AEgyptiacum. C.

Βαρυσυμφορώτατος αὐθρώπων, pag. 19, id est, βαρείας συμφορὰς αὐθρώπων μάλιστα παθών. vel βαρεῖαν συμφοράν. *Qui omnium hominum maximè graues calamitates est perpessus.* siue *grauem calamitatem.* Vel vna voce, *Miserrimus.* H.

Βασίλεια, *Regina.* Pag. 5, ὅπως ἡ βασίλεια καλέοι. At verò βασιλεία, cum accētu in penult. in lingua communi dicitur *regnum*: apud Herodotum βασιληίη. vt ibidē sequitur proximè βασιληίλιν. H.

Βεβωμβύα, id est, τεθόρυβται, *Celebria.* C. Vide Βῶσαι.

Βωηθεῖν pro βοηθεῖν, (id est *Auxiliari*) apud hunc scriptore, teste Eustathio: affertúrque & ab Hesychio. Legimus tamen & cū οη, vt βοηθησούντων, in fine pag. 69. H.

Βῶσαι pro βοῆσαι (vt proximè præcedit βωηθεῖν pro βοηθεῖν) *Clamare.* At in fine p. 68, μηδὲ ὀνόματι βῶσαι τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα, non malè, *neque nomine compellare suum maritum.* Sic Ἀναβῶσαι pro ἀναβοῆσαι. vnde ἀνέβωσεν p. 5, *exclamauit.* Sic alibi ἀμβώσας pro ἀναβοήσας & ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι. Passiuum autem particip. βεβωμβύα pro βεβομβύα habuisti paulo anté.

Γ

Γενέτωρ, *Progenitor*, in Vrania. Alioqui vulgo recepta significatione est *pater.* H.

Γένεα AEgyptiorum esse ait septē, pag. 174: & alios, sacerdotes, alios, pugnatores, alios, bubulcos vocari. *&c.* Vbi valla interpr. *Septem genera hominum.* Sed non minus placeret mihi *Septem ordines*, vel *Septem classes.* Sic alibi aliquot γένεα Persarum esse scribit. At verò pag. 23 legimus τῷ Δωριεῦ γένεος, & τῷ Ἰωνικοῦ. H.

Γνωσιμαχέειν interpretantur *Perpendere suas vires, quæ inferiores sint aduersariorum viribus.* Itáque posset accipi Thalia, εἰ μὴ νῦν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχησε, Significare videtur simpliciter, τῇ γνώσῃ μάχεσθαι. hoc est, *Mutare sentētiam, & perpendere.* Vrania, γνωσιμαχέετε μὴ ἐν ὑμῖσι ἡμῖν. At Polymnia, γνωσιμαχέοντες καὶ ἄλλα, καὶ ὅτι χώρῳ ἄρα εἶχον ἀνάρετον. C.

Δ

Δεῖπνα annotarunt ab Ionibus appellari Cœtus triginta hominum qui simul cibum caperent. Homero tamen δεῖπνον simpliciter cibum significat, atque etiam equorum pabulum. vt Νεῶν δ' ἔρχεθ' ὅτε δεῖπνον. & Εὖτ' ἂν ἰὰς ἵπποισιν δεῖπνον ὀρώρῃ.

Δένος, *Dedecus, Opprobrium.* Vnde & verbum Δενδάζω.

Δηλήσασθαι pro βλάψαι, apud hunc scriptorem, sicut apud Homerum: vt Eustathius quoque annotat in hunc illius poetæ locum, Il. α, Οὐδέ ποτ' ἐν φθίῃ ἐριβώλακι βωλιαούσῃ Καρπὸν ἐδηλήσαντ'. ἐπεσι, *&c.* Apud hunc legitur & δεδήληται, passiua signif. Hinc & Δήλησις apud Hippocratem: item Δηλητήρια φάρμακα, pernicioſa atque adeo lethifera. H.

Διὰ cum genitiuo, vsum habens diligenter notandum, hoc in loco, in fine p. 10, & principio pag. 11, θείης ἄξιον ἀπὸ πάντων τῶν ἐς Δελφοῖσι ἀναθημάτων, *inter omnia quæ sunt Delphis donaria.* H.

Διαβάλλειν, *Calumniari*, & *Insectari*, & *Fallere*, & *Verba dare.* C.

Δίαιταν

Διαιταν ποιέεσθαι, *Diuersari, Habitare, Commorari.* Sic pag.206, ἦ ὁ ἐξελαθεὶς ὑπ' αὐτοῦ πῶς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων ἄγγελον (ita enim interpungendum est, nō inter πῶς & δίαιταν, vt in Ald.&Germ. editione) id est, Vbi diuersabatur. seu, Apud quos domicilium habebat. At verò pag.619, circa finem, δίαιταν interpres reddidit *vitam:* de rege Persarum, ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω ὀϊζυρὴν ἔχοντας ἀπαρησόμενος. Sed malim, Cui quū talis sit ratio victus, siue, Qui quum tali victu vtatur.

Cum hoc autem vsu nominis δίαιτα, non cum illo, conuenit ille qui passim apud Hippocratem occurrit, quinetiam apud medicos eius posteros, qui ex eo sunt mutuati: nisi quòd multorum ægrotorū δίαιτα, cum illa regis Persarum comparata, planè est ὀϊζυρὴ (vt loquitur illic Pausanias) præsertim si verum est illud, Qui medicè viuit, miserè viuit.

Διασφὰξ, Crepido rupium. C.

Διαφέρειν τὸν αἰῶνα, *AEuum transigere,* seu *AEuum agitare.* Perinde ac si diceretur, Perdurare in vita. Apud Hippocr. διαφέρουσι exponitur etiam Morbum perferunt. Atque idem & voce pass. Διαφέρεσθαι vtitur pro *Durare:* si mendo carent exemplaria.

Διαχρῆσθαι pro simplici χρῆσθαι. vt pag. 385, εἰ ὀλιγανίη τι καὶ ἀπαξίη διαχρήσεσθε. In fine autem paginæ præcedentis dixerat, ἀγνωμοσύνῃ τι διεχρέωντο. Sic pag.217, οἵτε ψολόδμυοι καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ διαχρεώμενοι. At verò pag.473, cum eodem dativo vtitur & composito illo & simplici verbo, ὦ βασιλεῦ κότερα ἀληθείῃ χρήσομαι πρός σε, ἢ ἡδονῇ. Et sequitur, ὁ μὲν ἀληθείῃ χρῆσθαι ἐκέλευε. Paulo pòst, ἀληθείῃ διαχρήσασθαι. Et mox, τῇ (videlicet θεράτῃ) διαχρεωμένῃ ἡ Ἑλλάς. H.

Verùm alicubi pro *Interficere.* vt pag. 10. sed ibi διαχρεῶσι, non διαχρῆσθαι. Quin etiam compositū Καταχρῆσθαι vsum hunc apud illum habet, si bene memini: apud posteros quidem certè eum habere constat. H.

Διδόναι λόγον ἑωυτῷ, vide in Λόγος.

Δίκαιαι ὀργαὶ, *Quæ sunt iustæ magnitudinis.* Vtitur autem & lingua Gall. illa voce Lat. hac in signific. Apud Hippocratem δίκαιον exponitur δι' λόγον: quod non solùm rationi consentaneū, sed proportioni consentaneum, alicubi interpretandum esse videtur. Alioqui ἴσον etiam exponitur. Erotianus autem & quasdam exposit. affert quæ mihi violentæ videntur. H.

Δικαιοῦν sæpe pro ἀξιοῦν, sequente infinitiuo. Proprie autem sonat perinde ac si quis dicat, δίκαιον κρίνειν, id est, *iudicare rem esse iustam.* Pag.249, ὃς λαβεῖν μὲν δίδυμα οὐκ ἐδικαίου. vbi Valla, *recipienda non putauit:* sed malim, *recipere iustum esse non putauit.* Vel potius, *par esse non putauit.* H.

Δίφασιον. *Geminum:* seu *Duplex.* C:

Item plur. Δίφασια, *Duplicia.* vel *Bina.* aut *Duo.* Vt δίφασια τρώματα, *Duo vulnera.* Et δίφασιαι αἰτίαι. Et δίφασιαι εἰκόνες, 181. *Binæ imagines.* seu *bifariæ.* Suspicor autem ex hoc δίφασιος Latinos mutuatos esse suum Bifarius, itidémque Trifarius ex Τριφάσιος. Quod si ita sit, rectius scribentur per ph. H.

Δοξοῦσθαι, pro quo dictum postea fuit δοξάζεσθαι. pag.606, ἐπί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι, existimati estis. Et pag.573, ὁμοίως Θεμιστοκλέης ἐδόκεε τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι αὐτὸν πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατον αὐτά πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Vbi fortasse aliquis ἐδοξώθη vt ἐδόκεε scribendum putet. Sed quid si ἐδόκεε malè pro ἐδοξώθη scriptum est? & scribēdum est ἐδόκη, factum ex ἐδοκήθη, (vt antea βάσαν pro βοῆσαν, βεβωμμένα pro βεβοημμένα, atque alia huius ipsius familiæ habuimus) manente altero ἐδοξώθη, sine σ, vt ἐχρυσώθη absque litera illa scribitur? H.

Δουλότερος, Magis seruus. Et Δουλοτέρη, magis serua 438. H.

Δωτίναι, δῶρα, seu δόσις, *Munera, Largitiones.* Et ἔδωκε δωτίνην, *dono dedit.* Il.1, οἵ κέ ἑδωτίνησι θεὸν ὡς τιμήσουσι. Et Δωτινάζειν, Dona corrogare pag. 180. H.

E.

Ἔαδε, *Placuit:* ea signifi. qua dicitur Placuit ita facere. pro Visum est. P.307, Λακεδαιμονίοισι ἦ ἔαδε δίκεσθαι τοὺς Μινύας ἐπ' οἷσι ἤλπυσι αὐτοί. Sic alibi, ἐς τὸ σφι ἔαδε ὁμολογίῃ χρήσασθαι. Item ἐπέδεκε, circa principium Calliopes, pag. 585, sine infinitiuo, ἔτε οἱ καὶ τῶν τι ἐπέδεκε, Siue hæc illi placebant, Siue hæc sentiebat.

Ἔγκοτον in duobus Herodoti locis legi: sed alios præterea occurrere cupio in quibus hoc vocabulum legatur, antequam de eo dicere ausim quod suspicor. Vix enim in duobus illis ἔγκοτον pro κότον dictum esse, mihi persuadere possum. H.

Ἐγκυρεῖν vide in Κυρεῖν.

Ἐθέλει, pro εἴωθε, *Solet, Solitum eſt.* Pro quo & φιλέει dicitur. Vtrunque eodem loco habes, pag. 458. Quum autem videamus Herodotũ in priore quidem membro dicere φιλέει, in poſteriore autem, ἐθέλει: minimè dubium eſſe cuiquam debet quin ita ſit accipiendum. Ideóque Galenus, apud Hippocratem ita potius exponere debuit quàm verbo δύναται H.

Ἐκ. Præpoſitio hæc apud Herod. vſum quẽdã habet, qui nõ animaduerſus fecit vt huic loco abſurda interpretatio daretur, μαθεῖσα ἢ τὸ ποιῆσαι ἐκ τοῦ ἀνδρός. Malè enim intellectum fuit, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, pro τὸ ποιῆσαι ἐκ τοῦ ἀνδρός. id eſt, ὑπὸ τοῦ ἀνδρός: vt alibi docebo, ſimúlque alia huius vſus exempla proferam. H.

Ἑκαστέρω (pro quo perperam alicubi ἑκατέρω, quum poſitiuum ſit ἑκάς) *Longius, Remotius, Vlterius:* & Ἑκαστάτω, *Longiſſimè.* H.

Ἐκγίνεσθαι, *Licere, Facultatem eſſe.* Sic p. 246, τῷ, δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ γενέσθαι, οὐκ ἐξεγένετο. Non licuit, Facultas ei non fuit, Datum non eſt, ſiue, conceſſum. H.

Ἐκπαγλεόμενοι, *Admirantes.* vel potius *Valde admirantes, & ad ſtuporem uſque.* Pag. 605, ἐκπαγλεομένων ὡς οὔτε φεύγειν ἐκ πολέμου. Deriuatum ex Ἔκπαγλος. vnde & adſterb. Ἐκπάγλως, apud Homerum, necnon apud Hippocratem, nõ ſimpliciter *Mirum in modum*, ſed *Stupẽdum in modum.* Niſi quis *Ad ſtuporem uſque* malit dicere. H.

Ἐκπλαῆναι τῆς φρενῶν, *De ſtatu mentis deiectum eſſe.* Pag. 251, πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῆς φρενῶν; Alibi in propria ſignif. ἐκπλώσας, pag. 12, de Solone. Sic autem & Ἀναπλώσουσι, p. 138. vbi proximè præcedit & ἐκπλώοντες. Inuenitur tamẽ alicubi in hoc verbo, & apud hũc, diphthongus ου, more linguæ communis, non ω. ſed ex errore, vt opinor. Eorum locorum vnus eſt pag. 180, πρὸς ἀνέμους αὐτίους πλέειν.

Ἐκτῆσθαι, pro κεκτῆσθαι, vt apud Homerum. vnde ἐκτημένων, p. 781. Sic & Hom. Il. Ε, --οὐδ' ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκτῆσθαι δύναμόμενον πολίεσσιν. Vult tamen Euſtathius non minus Atticum eſſe quàm Ionicum. Quamuis autem hoc ex aliorum (vt credibile eſt) grammaticorum autoritate dicat, aut illi fides habenda non eſt, aut exemplaribus Ariſtophanis deneganda. Non ignoro alioqui Atticis cum Ionibus eſſe quædam communia. H.

Ἐλιννύειν, Acquieſcere. C.

Ἐλλάμψεσθαι, pro ἐλήψεσθαι. vt τῷ δόρατι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι αὐτός. de equitatu Crœſi. Quo (inquit) & ipſe Cyrus oppreſſum iri ſe verebatur. Et Melpom. καταλαμφθεὶς, pro καταληφθείς. à verbo λάμπεσθαι, quod ἀποδέχεσθαι id eſt, accipere, illis ſignificat. C.

Inuenitur & λάμψεται, p. 454. Quin etiam compoſitum φοιβόλαμπος pro φοιβόληπτος, p. 259. Cum hoc autem vſu huius verbi conuenit quod & pag. 284 legitur, νῦν δέ τε ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει. H.

Ἔμβολον, *Roſtrum in naui, & veluti clauſtrum regionis*, Et de portis, χαλκόδετ' ἔμβολα, Phœniſſis. C.

Ἐναγίζειν, vide in Καταγίζειν. H.

Ἐναρέες, Scythæ euirati & vates Scythici, quorum & Hippocrates meminit ἐν τῷ περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. ſed ibi ἀνανδρίας vocat. Aliqui annotarũt ἐναρέας eſſe *bellatores* apud Ionas. C.

Ἐνείκαι, eſt ἐνέγκαι. C.

Ἐννώσας, id eſt ἐννοήσας, *Quum intellexiſſet*, Clione. Et, ἐνέωτο, τὸν χειμῶνα παρεὶς, ἅμα τῷ ἦρι στρατεύειν, *in animo habebat.* Et, ἐνενώκασι, *Animaduerterunt.* C.

Ἔξεσις de dimiſſione ſeu amandatione vxoris. Vide Euſtathium, qui & vno verbo Ἀφεζύγιον exponit. H.

Ἐπαΐσας, *De quo auditum eſt aliquid.* vt pag. 150, ὡς ἐπαΐσας ἐγένετο τοῦτο ἐργασμένος. Poſtquam auditum fuit eum hoc feciſſe, vel Innotuit. Compertum fuit, ſiue Compertus eſt. Sic pag. 574, ἐπαΐσας ἐγένετο προδιδούς. H.

Ἐπί τι, pro ἐπὶ, vacante particula τι, paſſim. H.

Ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς, vide in Ξυρόν.

Ἐπὶ, cum genitiuo quoque Ad ſignificat. vt ἀποπλέοντας ἐπ' Αἰγύπτου. Quod & ipſum planè Atticum eſt. vt ἀπῆλθον ἐπὶ φυλῆς. Calliope, ἀπαλλάσσεσθαι ὀπὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος. H.

Hæc ipſa præpoſitio ὀπὶ cum datiuo interdum vbi potius moris eſt vti præpoſitione ὀπὸ cum ſuo genitiuo. vt pag. 7, καλέεται Γυγάδας ὀπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίη, quum potius dicendum videretur, ſequendo vulgarem ſermonis formam ὀπὸ τῆς τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίης. Imitati autem ſunt hunc præpoſitionis huius vſum quidam ex poſteris: quorum ideo loci mendi ſuſpecti fuerunt. Sic apud Arrianum ὀνομασθεῖσαν ὀπὶ μιᾶς τῶν ὀπαδῶν τῆς Κυβέλης νυμφῶν. At verò vbi hæc

præpoſitio genitiuo iuncta huic rei ſignificandæ adhibetur, ibi certum eſt mendoſum eſſe locum. H.

Ἐπιτηδεύειν, *Supellex*. C.

Ἐπίστασθαι non ſolùm pro *Scire*, *Nôſſe*: ſed alicubi & pro *Exiſtimare*. In quibuſdam autem Homeri & Hippocratis locis exponitur *δύνασθαι*, vbi tamen non video quid obſtet quominus ſignificationem ſuam retineat. H.

Ἐπίστιος, ἐφέστιος. Et Iupiter ὁ ἐπίστιος. C.

Ἐπιστρεφῶς, *Accuratè*, *Vehementer*. Item *Obliquè*, C.

Ἐπίτηξ, Vicina partui. C.

Adiuuat autem valde Hippocratem hic locus Herodoti: quum oſtendat legi perperam apud eum ὀπίτηξη, & ab aliis ἐπιτύξη, pro ὀπίτηξη, in hoc περὶ γυναικ. loco, φημὶ δὴ γυναῖκα, ἰὼ ὀπίτηξη. H.

Ἐπιφρεάζεσθαι, *Excogitare*, *Perſpicere*, *Animaduertere*: in fine Polymniæ, & in 3. pag. Terpſich. Et καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα, pag. 282, Quum animaduertiſſet illum hæc facere. H.

Ἔρχομαι φεύγων, Ἔρχομαι ἰθέων, Ἔρχομαι λέξων, & in præterito, ἦια λέξων, *Ingrediar exponere*. Virg. *Sic contrà eſt ingreſſa Venus*. C.

Ἑ'ς τὸ, ἕως, οὗ, Donec. C.

Ἑτέρωθι, ea forma qua alibi ἀπισθόν. Videtur autem datiuus illius nominis ὄπισθε, videlicet ὄπισθι, quod margini adſcriptũ eſt, vera eſſe lectio: & ὀπηνίη quod in ipſo textu eſt, ad illius expoſitionem poſitum, eò irrepſiſſe. H.

Ἑτμαίη, *Stercus*. C.

Ἑτ' τ' αὖ pro ἐπειδ' αὖ. C.

Ἑτέφνη, *Nox*. vt 601, ὡς δ' ἑτέφνη ἐγένετο. Itidémque Ἑτέφναι, *Noctes*. H.

Ἑταιρίσως, idem quod κεχαρισμένως. pag. 15. H.

Ἔφησε λέγων pro ἔφη, pag. 433, Sic ἔφασαν λέγοντες pro ἔφασαν, circa initium Calliopes. H.

Ἔχειν cum præpoſ. ὅπι. vt ἔχοντες ὅπι σφίσι, eo fortaſſe modo quo dicimus, *Ils en ont à moy*. item, *A qui en auez vous?* Vide inter Galliciſmos Ionicos. H.

Z

Ζόη, id eſt, βίος, *Vita*. Et Ζωὸς, *Viuus*. vt & Odyſſ. λ, Ζωὸς ἐών. Et Ζωάγρια, Odyſſ. ϑ. & Ζωγρεῖν, Iliad. ζ. C.

Quamuis autem ζόη eſſe Ionum dicatur, ab ipſo etiam Euſtathio, tamen & ζωὴ alicubi ſcriptum eſt: vt pag. 17 genitiuus ζωῆς. H.

Ζώνη, eſt Herodoto περιφυσιῶν ἱμάτιον, teſte Suida. H.

H

Ἤθεα, *Domicilia*, Id eſt, Ea loca in quibus vel homines vel animantes aliæ degere ſolent. C.

Ἠμαχθῆν, *Indignari*, *Offendi*. C. Vide περιημαχθῆν.

Θ

Θαλία, *Conuiuium lautum & opiparũ*. Si à θάλλω deriuatur, ſonabit quaſi quis dicat *Conuiuium florens*, vt in Theſauro ſcripſi: ſed addidi vocem *lætum*. Dixi enim poſſe videri reſpondere his duobus, δαὶς τεθαλυῖα, perinde acſi diceretur *Conuiuiũ lætum & quaſi florens*. Verùm apud Herodotum (vt & Bud. ſcribit) non tãtùm eſt Epulum ſed etiam *Dies feſtus*. Sic autem in iſto ſcriptoris huius loco in principio pag. 195, καὶ ἔστιν ἐν θαλίῃσι, Valla vſus eſt hac interpretatione, *& celebrando feſto operam dabant*. Non video tamen cur altera ſignificatio locum habere hic nõ poſſit. H.

Θοινίζειν, *Cibo*, *Paſco*. Factum ex θοίνη, ita vt ſonet quaſi quis dicat, θοίνην παρέχω, vel Εἰς θοίνην παρέχω. eodem modo quo ex δεῖπνον fit δειπνίζω. In Clione, pag 61, cũ accuſ. perſonæ & datiuo rei, πρὸς τὸ ἑωυτοῦ δεῖπνον τόμιν ἐκεῖνος αἰρξὶ τὸ παιδὸς θοίνησι. Vbi fortaſſe rectius τῷ quam τὸ poſt δεῖπνον ſcriberetur. Alioqui ſubaudiẽdum fuerit χρῆ. H.

Θοὸς, τὸ σπέρμα. C.

Θοῷ non θοὸς habet editio Baſilienſis Heruagii, vnde ſumpta hæc Camerarii fuerũt: ſed hunc tamẽ θοὸς ſcripſiſſe mihi perſuadeo. Nam illud θοῷ ne ſpeciem quidem vocabuli Græci præ ſe fert: at θοὸς ſignificans σπέρμα, id eſt, *ſemen* (ſed intellige *ſemen genitale*) legitur apud hunc noſtrum ſcriptorem, legitur apud Hippocratem. Apud hunc, vt p. 138, ἀποῤῥαίνοντες τὸ θοοῦ: apud Hippocratẽ, vt quum ſcribit libro De morbis ſecundo, πλείστοισι οἱ θοὸς πολὺς καὶ ὑγρός. Scio alioqui fuiſſe qui aliquantulum diſcriminis inter θοὸν & σπέρμα ponẽdum exiſtimarint. Obſeruandum eſt autem, non ſimpliciter σπέρμα, ſed σπέρμα παιδοποιὸν, ab Herodoto dici, pag. 405. H.

Θυμαλγὴς, *Animo dolorem afferens*. vt θυμαλγέα ἔπεα. pag. 61, *Verba dolorem animo afferentia*, vel *Aegritudinem alicui afferentia*, vt loquitur Terentius.

Possis & ita reddere, *Verba quæ animus ægre fert.* Quoniam autem Homerus quoque isto composito vtitur, (veluti quum θυμαλγὲς ἔπος & θυμαλγέα μῦθον dicit) possis, magis poeticè loquens, reddere, *Verba animum mordentia.* H.

Θυμὸς, vocabulum valde alioqui & apud cæteros vsitatum, quẽdam vsum habet qui apud cæteros vix occurrat, nisi ex eius imitatione. Iungit enim genitiuo: vt quum pag. prima dicit, ὠνέεσθαι τῆσι φορτίων τῆσι σφὶν ἐῶ θυμὸς μάλιστα. id est, quorum maximè (vel potissimùm) erat illis cupido.

Θύσανοι, id est κρωσσοὶ, *Bullæ aut simbriæ in clypeis & tunicis.* C.

Θύσσανοι geminato σ apud eum antea scriptum fuit: sed ne geminetur σ obstat quantitas syllabica, quum prima breuis sit apud poetas: etiamsi, licentia vtentes, in θυσσανόεις & θυσσανόεσσα producant, vt metrum possit ingredi. Tum autem & duplicatur illa litera in quibusdam exemplaribus. H.

I

Ἰθαγενὲς, *Germanum, Natiuum* οὐκ ἰθαγενέα σύμματά ἐστι, ἀλλὰ ὀρυκτὰ, Non sunt ostia natiua, sed fossilia. C.

Vsus est hoc vocabulo non solùm Homerus, sed Hippocrates quoque: sed vterque paulo alia signif. quàm in loco qui modò ex nostro scriptore allatus fuit. Legimus enim ὀδ. ξ,

— ἀλλά μοι ἴσον ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα.

vbi ἰθαγενέεσσιν sonat γνησίως: apud Hippocratem verò ἰθαγενὲς κύημα potest quidem fortasse exponi itidem γνήσιον, sed alia tamen ratione. Est enim cõceptus verus, & qui à falso, id est, à mola, distinguitur. Videndum an vocabula Genuinus & Germanus & hîc & illic habere locum possint. H.

Ἰθὺς & Ἰθὺ pro Εὐθὺς & Εὐθὺ, itidémque Ἰθεῖα pro Εὐθεῖα, sicut apud Homerũ & Hippocratem. Dici autem ab Herodoto ἐκ τῆς ἰθείας exponit ἐκ τῆ ἀσφαλοῦς & πρεμνῦ: hunc eius locum afferens, ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείας γραπτὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πίπτειν, ἅτε οἰδόντων ἐπὶ τῆσι ἀσφαγμάτων. Est enim reponenda apud Suidam hæc scriptura, οἰδόντων vna voce, pro illa quæ apud eum duas voces habet, οἱ δόντων. Vide plura super hoc loco in his verbis, Οἰδόντα πρήγματα. H.

Ἰκνεομένως, vnde οὐκ ἰκνεομένως & οὐκ ἰκνουμένως, *Non debitè.* & μᾶλλον τῆ ἰκνεομένω. *Magis quàm conueniret.* Hæc Camer. Exempla autem habes pag. 404, Φεὺ αὐτὸν οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύειν τῆσι Σπαρτιητέων. Paulo pòst, ἔτι οὐκ ἰκνουμένως βασιλεύοντα Σπάρτης. Quod autem & aliis in locis feci in Gallorum, & aliorum qui Gallici sermonis studiosi sunt gratiam, hîc quoque faciam, vt quàm bene conueniat hic aduerbii istius vsus cum eo quod Gallicè dicitur, ostendam. Quum enim aduerb. ἰκνουμένως, vel potius ἰκνεομένως, (hanc enim lectionem præfero) à verbo ἰκνέομαι originem habeat, quod est *venire*, Gallicè *venir*: animaduertendum est ista verba, οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύει, posse ita nostro illo sermone exprimi, *Il ne luy vient pas de regner.* Est autem *vient* à Latino *venit*, (litera i ex fine ad principium trãseunte) Ionicè, οὐκ ἰκνέεται. perinde ac siquis diceret, οὐκ ἰκνέεται εἰς αὐτὸν τὸ βασιλεύειν, pro illis, οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύει. Alioqui & his verbis hoc exprimeret sermo noster, *Il ne luy touche pas de regner.*

Alterius autem generis loquendi, Μᾶλλον τῆ ἰκνεομένου, exemplum tibi suppeditat pagina 411, ὁμιλέοντα μᾶλλον τῆ ἰκνεομένου. quum antea pro μᾶλλον ἢ ἰκνεομένου dixisset μεζόνως: vtens his verbis, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. Nam qui aliquid facit μᾶλλον ἢ ἰκνεομένου, id est, magis quàm cõuenit, siue magis quàm par est, is dici potest illud πιέειν μεζόνως, quod Ionicum est pro μειζόνως. q. d. maiorem in modum quàm oporteat. Sed Valla malè hunc locum vertit, non secus quàm si verba illa μᾶλλον τῆ ἰκνεομένου non ad ὁμιλέειν sed ad ἀκρητοποτεῖν, siue ad ἀκρητοποσίῃ (vt ibi legimus) referrentur.

Addam & hoc, Hippocratem quoque illo aduerbio vsum esse & quidem alicubi significare apud illum Quantum par est, Quantum satis est. vt quum dicit, χάλα πίνειν ἰκνεομένως. Apud eundem ἐν τῷ ἰκνεομένῳ χρόνῳ, Debito tempore, Conueniẽti tempore, Suo tempore. Miror autẽ afferri ex illo loco scripturam ἰκνουμένως: è loco libri De fract. ἐν τῷ ἰκνουμένῳ χρόνῳ, & dici, ἰκνούμενον χρόνον non minus quàm ἰκνεόμενον, in vsu esse. quasi verò illam quoque scripturã Græca lingua possit admittere, ac non iubeat nos vel ἰκνουμένῳ vel ἰκνεομένῳ dicere. Cæterùm huius generis loquẽdi aptum habemus hoc quoque exemplum, προγηράσκειν τῆ χρόνῳ τῆ ἰκνουμένου, Senescere ante debitum tẽpus. Et quasi quis dicat, Ante legitimum tempus. Alioqui & simpliciter, Ante tempus, dici potest. Poetæ autem dicerent e-

tiam (vt opinor) Ante ſuum tempus. Ex eodem affertur & hoc, φοιτίδες οὐχ ἱκνεύμεθα (ſed malo ἱκνεόμεθα) pro curis intempeſtiuis. at verò illud, ἐν τῷ ἱκνεομένῳ χρόνῳ, apud Herodotum etiam exſtat.

Ἱστορέειν & Ἱστορέεσθαι ſæpe apud hunc ſcriptorem occurrunt, præſertimque illa vox actiua. Eſt autem Ἱστορέειν, *interrogare, Sciſcitari, Percontari, Inquirere*: & Ἱστορέεσθαι, *Interrogari, Inquiri*. Pag. 108, Ἱστορέων αὐτοὺς ὦν τινα δυνάμιν ἔχοι ὁ Νεῖλος τὰ ἐμπ. πιφυκέναι τῷ ἄλλων ποταμῷ. Et paulo pòſt, ταῦτά τε δὴ τὰ λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι ἱσόρεον. Sic pag. 26, μὴ ᾖ, εἴτε ἱσορέοντι, εἴτε καὶ οὔ, φοάζει τῇ ἑωυτῆς μητρί. Dicit matri ſiue percontanti ſiue nō. Sed Valla longè ἱσορέειν hic eſſe putauit Enuntiare, ideóque alienum ab hoc loco ſenſum cōmentus eſt: vt tibi patebit ex collatione verborum eius cum iis quæ margini adſcripta ſunt. At verò paſſ. vox ἱσορέεσθαι pag. 10 legitur, ſed ita vt actiuam potius ſignific. habere videatur. H.

K

Καὶ δὴ frequens eſt apud hunc, in narrationis velut incremento: vt quum Latinè dicitur Atque etiam, vel Tum, vel Tū etiam, & ſimiliter. C.

Κάρτα, πάνυ, admodum. C.

Aliquando & præfixo articulo dicit τὸ κάρτα, ſiue τὸκάρτα. Euſtathius tamen in librum ιωτα Iliadis, non Ionum ſed Dorum eſſe dicit articuli pleonaſmū ante aduerbia. H.

Καταγίζειν, vt καταγίζειν τινὲλ, *Igni cōſecrare*. Item, *Immolare & ſacrificare*, Clione & Melpomene. Et Ἐναγίζειν, *Inferias mittere*: Euterpe, ὡς ἤγγοί ἐναγίζουσι. C.

Illi autē Καταγίζειν addēdum eſt Καταγάζειν: ſi quidem emendatè ſcriptum eſt καταγιαζομένου, pag. 93. Sed (verum vt fatear) ſuſpicione apud me ſcriptura hæc non caret: præſertim quum & Erotianus, ſuo in Hippocratem lexico, Ἐναγίζειν, non Ἐναγιάζειν, ſcribat, exponens, τοῖς κατοιχομένοις ἢ τοῖς καταχθονίοις θύειν. ſicut Heſychius, χοὰς ἀποφέρειν, vel θύειν τοῖς κατοιχομένοις. Sed magis priorem probo expoſitionem quàm poſteriorem: & in poſteriore placet quòd κατοιχομένοις tātùm dixerit, non autem cum Erotiano, ἢ τοῖς καταχθονίοις: quoniam hoc de diis inferis dici ſolet. Non ſolùm autem *Inferias mittere* dixerunt Latini, ſed etiam *Inferias ferre*, & *Inferias dare*. At *Inferias facere* (vt etiam exponitur) me legere haud memini. H.

Καταδόξαι vſurpat vt alii καταγνῶναι. H.

Καταπεύξεσθαι interpretantur, *Gratè habituros aut impunè laturos eſſe*. ἀπὸ τῆς πευκῆς deducto vocabulo. vt Thalia: οἱ καταπεύξεσθαι, de iis qui Crœſum conſeruaſſent. Et non minus in fine eiuſdem libri, & Polym. Sed Terpſich. poſſe ita accipi videtur vt ſit à verbo ἰκάθαι Ionico, & ſignificet, *Progredi longius* aut *effugere*, ſimiléve aliquid. C.

Καταφοάζομαι, vide in Ἐπιφοάζομαι. H.

Κατέδησαν φῶκαι ἑωυτάς, metaphora reſpōdente ei quam habet ἀπέλυσαν. H.

Κατηλογέοντο vide in Ἀλογήσας.

Κείρειν apud Herodotum, Vaſtare, Populari, veluti quum dicit, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον. Et ἔκειρε τοὺς χώρους. itidémque paſſiuè, ἐκείρετο ἡ Ἀττική. Quem verbi huius vſū ſumpſit Herodotus ex Homero, vtente non ſolùm ſimplici, ſed & compoſito Κατακείρειν: vt Odyſſ. χ, —ὅτι μοι κατακέκειρται οἶκον, *Depræda bamini domum, Spoliabatis domum*. Herodoti autem exemplo vſurparunt etiam Thucyd. & Plato. H.

Κερᾴζειν, *Diripere, Sternere*. Pag. 148, ἀλλὰ καὶ οἰκία τῶν ξείνου κερᾴσας ἥκεις. Et Homer. --- ὅτι περ Τρῶας κερᾴζει καὶ ἄλλους. C.

Κῆ, vt πῆ, item Κη ſine accentu, quum eſt particula ὡδαπληρωματική, id eſt expletiua. Exemplum illius exſtat pag. 15, σκοπέειν ἔχει πάντος χρήματος τὸν τελευτὸν κῆ ἀποβήσεται. At huius exemplū cùm alii plerique præbent loci, tum hic, p. 299, σαόους ὡς ἐξήκοντα μάλιστά κη. H.

Κληδὼν & Κληδὼν, *Rumor, Fama, Omē*. χαῖρε ᾗ κληδόνι. Odyſſ. υ. C.

Κνυζημάτων, Euterpe, *Vagitus puerilis*: ſignificatio πεποιημένως, vt videtur Cam. Quamuis autem ita legatur in edit. illa Baſilienſi, puto tamen Cam. ſcripſiſſe πεποιημένη, non πεποιημένως. aut ita, πεποιημένως (vt videtur) facta. vel potius huic vocabulo data. Vel tale quid.

Κόσμος, τάξις, id eſt, *Ordo, Ratio*. κόσμον τόνδε ὁ Δηϊόκης πρῶτος ἔθετο καταστησάμενος, *Hanc rationem primus inſtituit*, vel, *Ita res regni ordinauit*. Item, ἔφυγον οἴδεϊ κόσμῳ, *de effuſa fuga*. Inde Homerica, κοσμήτορε λαῶν. &, αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἄμ' ἠγαθέῃσιν ἕκαστα. C.

Κουρίδιος ab Herodoto (ſicut & ab Homero ante illum) dicta fuit vxor, quam duxit dum adhuc eſſet κούρη, id eſt *virgo*, & quidem *iuuencula*, ſiue *iuuenilem ætatē non excedens*. Sic in Clione p. 64, Γαμέσ-

οι δ' ἔκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουρίδιους γυναῖκας. Sed ab Homero terminatione alia κουριδίη dicitur. Sic Il. ν, οἳ μεῦ κουριδίῃ ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ μάψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες. Sic Iliad. τ, --Ἀχιλῆος Θείοιο Κουριδίῃ ἄλοχον θήσειν. Verùm & Κουρίδιος πόσις (id eſt maritus) viciſſim ab Homero dicitur. H.

Κυρεῖν, cum genit. τυγχάνειν, ſiue τυχεῖν. Item Κυρῆσαι. vt pag. 24, circa finẽ, ἐδέετό τε τῆ δήμου Φυλακῆς ἑνὸς ἐκ τοῦ αὐτὸ κυρῆσαι. *aliquam cuſtodiam ab illo conſequi*, vel *obtinere*. Hinc & Κυρήσας, pro τυχών.

Apud Hippocratem participio iungitur, eo modo quo ἔτυχε vel τυγχάνει plerũque illi iungi videmus. Legimus enim apud illũ, Ἢν μήπω κυρήσῃ τὸ σῶμα τεθνεὸς, id eſt, *nequedum corpus mortuum fuerit*. Vbi alioqui τύχῃ dici potuiſſet.

Ἐγκυρεῖν itidem pro ἐντυχεῖν, vt in extrema pag. 518, ἐνεκύρησαν στρατῷ, *inciderunt in exercitum*.

Exſtat verò & aliud compoſitum apud Hippocratem, videlicet Συγκυρεῖν: vt in libro De morb. συγκυρήσαι ὥστε μιχθῆναι μεθύοντα. ſed hoc eſt pro συμβήσεται, id eſt, *eueniet*.

Κώμῳ χρῆσθαι, *Comeſſationem exercere*, vel potius *comeſſationes*. in Clione, pag. 9, πότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ χρῆσθαι ἐς ἀλλήλους. vbi interpres vertit, *Et interſe comeſſationibus vterẽtur*. Ab hoc nomine eſt Κωμάζειν. At verò κῶμος, quod frequẽs eſt a pud Hippocratem, quamuis cõſequi illas τοὺς κωμάζοντας compotationes plerunque videamus, mirũ tamen eſt ſi Galenus κωμάζειν prius eſſe quàm κῶμος, & hoc ex illo deduci putauit. Nec enim rationi & artis graminatices legibus cõſentaneum magis puto κῶμος quàm κῶμον ex illo deducere: id eſt, non minus præpoſterè illud quàm hoc poſſe fieri.

Κῶς, & Κως enclitice, pro πῶς & πως enclitico, paſſim apud hunc ſcriptorẽ, præſertímque hoc poſterius: vt in extrema pag. 249, καί κως τῶν τι πιεῦντας ἐλάνθανον.

A

Λαβέειν, vnde Διαλαβέειν, pag. 54. Et Δελάβηκε, p. 284, νυῦ δεῖ ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε. Paulo antè, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει. legitur & λάβοι, cùm alibi, tum p. 51.

Λαμπάς, *Parma*, aut *Pelta*. C.

Λαύρα, *Angiportum*. vt & Odyſſ. χ. C.

Λέσχη, *Sermo*, *Colloquium*. In Euterpe, pag. 113, ἀπικέσθαι ἐς λέσχην τοῦ Νείλου, mentionem factam dicit Nili. Et Calliope, ἠνομήνης λέσχης, verba quum fierent. Et Ἔλλεσχα: vt οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔστιν ἔλλεσχα, ἀλλὰ τὰ οἰκήια, *non de Ionum malis ſed de ſuis fabulabuntur*. Et Περιλλεσχήνυτος, *Celebris*. Et apud Heſiod. λέσχη, locus publicus, de fabulis & colloquio vulgi, vt apparet, *dictus*. Odyſſ. σ, Οὐκ ἐθέλεις εὕδειν παρὰ νηῒ γαληνίῳ ἐς δόμον ἐλθών, Ἠέ που ἐς λέσχην. C.

Λῃΐζεσθαι, *Rapere*. C.

Λιπαρείη τε καὶ ἀρετῇ, *Conſtantia* (ſeu *tolerantia*) *& fortitudine*. Λιπαρίστε μένοντες, *durate*, Calliope. Et Euterpe, ἐπεί τε λιπαρέειν τὸν Ἡρακλέα, *quum Hercules perſeueraret in flagitando*. C.

Λόγος, etiam *fabulam*, id eſt, μῦθον, ſignificat. vt Clione, ἔλεξέ σφι λόγον. Et, Αἴσωπος λογοποιός. & Ἑκαταῖος λογοποιός, Euterpe. C.

Λόγον ἑωυτῷ διδόναι, *Reputare aliquid*, ſeu *Secum perpendere*. C.

Λωβᾶσθαι, *Fædare*, eo modo quo dicitur à Virgilio, *Fædauit vultus*, de facie mutilata. Sic enim apud noſtrum ſcriptorem Zopyrus ſeipſum λωβᾶται, pag. 138. Atque vt hic legimus ἑωυτὸν λωβᾶται (additis etiam his duobus verbis, λώβην ἀνήκεστον) ſic paulo pòſt, ἑωυτὸν λωβᾶται. Ac paruo interuallo ſequitur λελωβημένον ſignif. paſſiua. Apud Homerum Il. β, Ἦ ῥά νύ μ' Ἀτρεΐδης νῦν ὕστατα λωβήσαιτο, Nunc poſtremum me iniuria affeciſſes. *vel*, contumelia.

Λωβᾶσθαι etiam inuenitur, & quidem apud Hippocratem. Ac ſignificationem paſſiuam habet λωβῶνται in hoc eius loco, αἷς πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβῶνται. vbi redditur, Probro & dedecore afficiuntur.

M

Μελεδωνὸς, *Curator*, vel *Curatrix*, *Cui cura rei alicuius demandata eſt*, *Præfectus alicui rei*, *ſeu alicui negotio*. Pag. 128, μελεδωνοὶ δὲ τοῦδε δέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἐκέστων, καὶ ἔρσενες καὶ θήλεαι, τῆσι Αἰγυπτίων. Paulo pòſt, τῇ μελεδωνῷ θηρίων. Item, τῆσι οἰκηίων μελεδωνὸν, pag. 210. quod repetitur & pag. ſeq.

Sed & ipſum verbum Μελεδαίνειν habes pag. 570, Μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν, videlicet, τοὺς νοσέοντας. H.

Μέμονα, ſequẽte infinitiuo, *fert animus hoc facere*, *Animatus ſum ad hoc faciẽdum*. In Eratone. pag. 411, μὴ ταῦτα μεμονέναι μιν ποιεῖσθαι. Sic Homerus Il. σ, --μάλιστα δ' ἐμὸς φαίδιμος Ἕκτωρ Ἐλκέμεναι μέμονεν. Sic autem dicitur μεμαὼς cum eodem infinitiuo, & ad eandẽ rem ſignificandã, paulo antè, Ἑλκέμεναι μεμαώς.

Μεταδόξαι dicitur, *Qui mutauit ſen-*

tentiam, ſeu *quem pœnituit*. H.

Μεταίχμιος γῆ, vide in Αἰχμή.

Μετεξέτεροι, id eſt, ἐνίοι. Pag. 116. τοὺς μετεξέτεροι καλέουσι. C.

Μῆνις, κότος & ἔγκοτος, *Vehemens ira*. C.

Μῆχος pro μηχανή. vt p. 180, τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ ἦεν μῆχος. Eſtque reponendum hoc ipſum verbum & pag. 309, verſu tertio à fine. Vtitur & Homerus: vt Il. β, --οὐδέ τι μῆχος Εὑρέσθαι δυνάμεσθα. Vt autem μῆχος pro μηχανὴ ab hoc ſcriptore dicitur, ita viciſſim πάθη pro πάθος.

Μὶν dicunt αὐτόν. C.

Μύδρος, *Candens maſſa*. vt μύδρον σιδήρεον. vel λίθος διάπυρος: vt ille philoſophus dixit ſolem eſſe μύδρον, Anaxagoras Clazomenius, Ion. C.

Μυσίλλειν, *Diſſecare*. Hom. μισυλλόν τ' ἄρ' ἔπειτα. In Clione, διαμυσίλας κῆ μέρεα τὸ ἱερήϊον, *ſecta in partes victima*. C.

N

Νεωχμοῦν, *Nouare*, id eſt, νεωτερίζειν. C.

Νόμος, vt communiter, *legem* ſignificat: vt, Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοις κελεύσασι, νόμους ποίησε. Et, *Mores* ac *inſtituta*: quæ & νόμιμα: vt Thalia, οὕτω νομίζουσι πολὺ ἢ καλλίστους τοὺς ἑωυτῶν νόμους ἔχεσθαι. In Melpom. ξεινικοῖσι γὰρ νομηίοισι καὶ οὗτοι αὐτῶς χρᾶσθαι φεύγουσι. *Et conſuetudinem ac morem*. Εἰ δ' ἐξαπαλᾶν τοὺς εὖ ποιοῦντας νόμος ἐστὶν οἷσι, in Clione. Significat & *Paſcua*: vt apud Homer. quoque, ἐπεί κε νομῶ μεγάωσι. Et *regio*: vt νομὸς Θηβαίοις μυρίοστος. Et Claſſis: vt νομοὶ Φόρκυν, in Thalia. Atque hæ poſteriores duæ ſignificationes ſũt acuti nominis. Eſt & *modorum* appellatio: vt de Arione, νόμον τὸν ὄρθιον διεξελθεῖν, quos apparet acutos fuiſſe, & concini ſolitos voce altiore. Ἐν χερσὶν νόμῳ, ſignificat, *In conflictu, Conſertis manibus*. C.

Νυν, particula ἀναπληρωματική, id eſt, expletiua; paſſim apud hunc ſcriptorem, poſt μὲν. Ac ſtatim initio primæ mu ſæ, Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. Sæpe autem his particulis μὲν νυν reſpondet δὲ in altero membro. vt pag. 181, circa finem. H.

Ξ

Ξεινίη & φιλίη & ὁμηχμίη συνθήκη & διαλύσασθαι, Hoſpitii amicitiæque & belli coniunctionem & diſſolutionem ſignificat. C.

Ξυρὸν, *Nouacula*. Adhibetur autem hoc nomen cuidam loquendi generi, quo vtitur pag. 384, ὅτι ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῶν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ ἐλευθερίοισι ἢ δούλοισι. Exſtat idem loquendi genus (quod prouerbiale fuiſſe videtur) apud Homerum: niſi quòd ἵεται eſt apud eum, non ἔχεται. Iliad. κ,

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ὅτι ξυροῦ ἵεται ἀκμὴ Ἢ μέλαν λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

In quo prouerbiali genere loquendi exponendo vſurpari ſolet vox Diſcrimẽ: quæ tamen vtrique parti conuenire non poteſt. neque enim dicet aliquis ſibi imminere diſcrimen de tuenda vita, vt dicet diſcrimẽ de amittenda: neque diſcrimen de libertate ſubeunda, vt diſcrimen de ſubeunda ſeruitute. Hoc conſtat, eos dici ὅτι ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἵεσθαι, vel, ὅτι ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἔχεσθαι dici τὰ πρήγματα eorũ qui ab ipſo temporis articulo velut opprimũtur, quo vel proſperã vel aduerſam fortunam experiuntur. Nec aliunde videtur petitum hoc loquendi genus (quanuis alii ſecus ſentiant) quàm ab iis quæ aciei cultri ſeu gladii admota, leui manus impulſu amputari poſſunt. Atque ita pertinebit ad id quod prouerbialiter itidem dicitur, *Sub cultro eſſe*. Vnde apud Horatium, *Et me ſub cultro liquit*. H.

O

Οἰδέοντα πρήγματα, vel οἰδαίνοντα, ad verbum, *Res tumentes*, de iis quæ adhuc ſunt turbulentæ, ſiue quæ nondum ſunt compoſitæ: quaſi quis dicat, quarũ tumor nondum reſedit. In Thalia, pag. 239, ἅτε οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων. quod malè reddit interpres, *Vtique rebus nondum ſatis fundatis*. Sic autem & p. 218, vbi Ald. & Germ. editiones οἰδόντων habent pro οἰδεόντων. qui error eſt apud Suidam quoque. Sed illo in loco interpres ea verba præterit: ego in margini adſcripta ibi interpretatione reddidi, *rebus flagrantibus*.

Οἰχόμεος, pro ᾠχετο. Et Il. β, ὅτι σφῶϊ συνοχωκότε. C.

Ὅκως pro ὅπως. quomodo. vt pag. 234, ὅκως μὲν γνόμενος. & paulo antè, ὅκως θαλασσεύσεται τὰ ἐπίπλοα. Sed alium etiam vſum habet iſtud vocabulum, qui non datur illi ὅπως. vt in Clione, pag. 5, ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθεν, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. vbi redditur *quum* vel *quoties vocaret*. Sic ὅκως ὕοι, *quum* vel *quoties plueret*. Atque ita plurimis in locis vtitur. H.

Ὁλοιτρόχος, ſubaudito nomine πέτρος, Saxi quoddam genus eſt, in hoſtes proiici vel potius deuolui ſoliti: quod à rotunditate nomen iſtud habere quidã crediderunt. Xenophon ad ὁλοιτρόχους addidit πέτρους. Homerus autem Il. ν, quadriſyllabè, ὁλοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης, vbi ſubauditur πέτρος. Quidã tenui ſpiritu hanc vocem ſcribunt, tanquã ita dicatur quaſi

ὅλεθρος ἐν τῷ ξύλῳ. Fusius de hac voce disseritur in meo Thesauro Græcæ linguæ. H.

Ὄνομαι, *Vitupero*, vel *Contemno*, *Pro vili habeo*. vt pag. 175, ἵνα μὴ ὦ Κορίνθιοι ὄνονται τοὺς χαλκέας. vbi interpres contrario sensu dixit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*. Sic apud Hom. ὄνοτο. Il. υ, & Od. ξ. Et ὄνοντο, Od. φ.

Ὅτι interdum pro διὰ τί. vt pag. 220, εἰ ἔρετο ὅτι οὐ χρῆται τῇ χειρί. Sic pag. 108, circa finem, καὶ ὅτι αὖθις ἀποπνεύσας μοῦνος πάντων ποταμῷ οὐ παρέχεται. H.

Ὅτι τάχος, pro ὅτι τάχιστα, *Quamcelerrimè*, *Quamcitissimè*. Vel, *Primo quoque tempore*, pag. 586, in fine. H.

Ὅτι μὴ significat εἰ μή, *Nisi*, *Praterquam*, & similia. C.

Οὐδαμοί, id est, οὐδένες. C.

Π

Παραγκτᾶσθαι, *Introducere*. C.

Παραμέμνημαι alicubi poni videtur pro simplici μέμνημαι, sicut pro hoc ponitur quibusdam in locis compositum ἐπιμέμνημαι, vel ἐπιμνήσθην. H.

Πάρεξ, *Præterquam*. C.

Παρέχει μοι, sequente infinitiuo pro ἔξεστί μοι, *Licet mihi*, *Penes me est*, *In me situm est*. pag. 247. H.

Παρδών, pag. 17, οὔτε γυνὰξ δειλίῃ μοι παρδών. Et paulo pòst, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀνέχαρε παρδών τοι. Vtrobique pro ἐνδών positum quidam existimarunt. H.

Παχέες, *Diuites*, *Opulenti*, pag. 415, Αἰγινητέων οἱ παχέες, vbi interpr. vertit *proceres*. Nam sæpe hi sunt ex illorum numero. H.

Περιημεκτέω, οῦ, idem cum simplici Ἡμεκτέω significare videtur: videlicet AEgrè ferre, Grauiter ferre, Indignari: atque adeo magnam indignationẽ præ se ferre: quod fit querendo, siue quiritando: Vnde factum est vt pag. 212, περιημεκτήσας, τῇ ἀπάσῃ συμφορῇ reddiderim, De tota calamitate questus. Sed pag. 567, absque vllo casu ponitur περιημέκτεον. Apud Suidã & Περιμεμεκτήσας (non περιημεκτήσας) & Περιημέκτεον, non περιημέκτεον. At vero illius περιημεκτεῖν plura tibi exempla Thesaurus meus suppeditabit.

Περιλεχθέντος, vide in Λέχη.

Πέριξ, *Circum*: vt Arboribus clausi circum. *vel* Circa: vt Corpora multa virûm circa. C.

Πεπόμφαι σιλίη, id est ὀπλώμφαι. πέσσειν enim *Coquere & Conficere*. vt Homero quoque, metaphoricè, γέρα πεπέμφθαι. C.

Πίσωος, id est, πεποιθώς, *Fretus*: vt & Hom. ἠνορέῃ πίσωνοι καὶ κάρτεϊ χερῶν. Sed & Eurip. Oreste, θαρσῶ τε πίσωος καὶ μαθεῖν παῤῥησίαν. C.

Πολέμια, alicubi pro πολεμικά. H.

Πρῆγμα, *Subitò*. Pag. 549, καὶ πρῆγμα τι φωνῆς ἀκούειν. C.

Σ

Σαγάρεις, *Secures*, aut *Bipennes*, aut aliud barbarici teli genus. Ita Cam er. siquidem fides habenda est illi Basilienſi editioni: ac non potius credendum est illum σαγάρεις scripsisse. H.

Σαρκάζειν, *Tondere* significat seu *Vellere*. vt Melpom. Σαρκάσας βοὸς τελαμῶνι. Atque id & Hippocrati significat verbũ, ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, α'. C.

Σακκέω, *Excolo*, in Melpom. pag. 263, τῶν ἐπεὰν ψήκτῃσι πέσῃ, σακκέουσι ἱματίοισι. vbi tamen interpr. verbo *exprimunt*, non verbo *excolant*, vsus est. Sed Eustathius, vel potius Dionysius apud Eustathium, ex hoc nostro historico Herodoto affert etiã χρήματ' ὑποσακιζόμενοι. Quinetiam ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ esse ait τὸ παρακλίνειν καὶ ὑφαιρεῖσθαι (subaudiendum autem puto τῆς ὁδοῦ cum hoc verbo ὑφαιρεῖσθαι) atque addit, in hac significatione respici fortasse ad saccum qui paulatim euacuatur. Alioqui σακίζειν dicuntur etiã saccularii fures, siue sacculorum fures: quum Hesychius σακίζειν exponat, τὸ ἐκκενῶσαι διὰ κλοπῆς τοὺς σάκους. Sed apud illum & in verbo & in nomine litera σ geminatur (sicut & in σακκέουσι apud Herodotum: quum AElius Dionysius σάκκος etiam non σάκκος ab Atticis scriptũ fuisse testetur.

Σπέρχειν, *Aduersari* & *offendi*. Et Σπερχθεὶς, *Perturbatus*. C.

Συγγινώσκω (vt admonui in Ἀναγινώσκω) à vulgari vsu & ipsum discedit apud Herodotum: qui duobus modis eo vtitur. Pag. 444, νεῦ μοὶ τι συγγνοὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. vbi συγγνοὺς est, *Postquam mecum reputaui hanc rem*. vel, *consideraui*, *seu perpendi*. Sic in fine pag. 255, μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο. Sic & pag. quæ eam sequitur. (Talem autem vsum esse verbi συμφρονεῖν, in meo linguæ Græcæ Thesauro docui.) Aliter in fine pag. 270, vbi infinitiuo iungitur, ἔφρξης δέ οἱ οὐ συγγνώσκων λέγειν ἀληθέα. q. d. *Non assentiens ipsi vera dicere*, ipsum videlicet. Q. d. Non conscius ipsi veritatis. In hoc tamen loco pag. 365, συγγνώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς, magis propriè reddi potest, *Conscii nobis sumus*. Quinetiã voce passiua vtitur alicubi hac in signif. vt, ἐόντες συγγνωσκόμενοι εἶναι,

κ᾽ τῆτο ἔξειν. Vbi autem dicit, οὔτε συνεγινώσκοντο, ἤσαν τε αὐθαδέστεροι, signif. *Nõ agnoscebant culpam.* H.

Συμψήσας interpretantur συντρίψας, Clione. Significat autem correptionẽ.C.

Συναλίζω, vide in Ἁλίσις.

Συναμωρέειν, *Vastare, Perdere.* Et Συνάμωρος, *Noxius.* C. Sed scribitur etiam Συναμωρέειν. H.

Συννοίῃ ἐχόμενος, pag.41, *Cogitabundus.* Vel, *Quum in attenta cogitatione versaretur.* H.

Συρμαΐζειν, *Purgare* τῇ συρμαίῃ: quam alii potionem, alii herbam aut radicem, alii succum quempiam fuisse putauerunt. C.

Συσπεύδω ἐνί, sequente infinitiuo, pag.44, *Studio meo & opera aliquẽ adiuuo ad aliquid efficiendum*, vel, *Studium meum alicui ad aliquid præsto.* At verò Ἐπισπεύδω & Ἀπασπεύδω alibi in locis vicinis ceu contraria ponuntur. H.

Σφι pro σφίσι ponunt. C.

Σχοινοτενὲς, *Rectum.* C.

T

Τάρσους καλάμων, Clione, interpretantur *Areolas arundineas, super quibus lateres arescerent.* Sunt & ταρσοὶ πλοίων. Et remigia ταρσῶν habent appellationem. Nominantur etiam ταρσοὶ in volucribus. C.

Τέλειον, *Perfectum, Confirmatum, Euidens.* δι᾽ ὄψιν ὀνείρου οὐ τελείως. Et, τὰ τέλεα τῆς στρατιῆς, *grandes oues.* C.

Τέλη, *Impensæ, & Ordines.* C.

Τέῳ interrog. vt pag.55, τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατειργάσαο; *Qua morte interfeciſti?* Eodem modo τοῖσι ὅμμασι, principio pagina 17. H.

Τετεύχθαι, *Afflictum esse.* C.

Τὸ, *passim* pro ὃ, id est *quod* relatiuum, Sic pag. 21, εἰδωλον τὸ λέγουσι ἔτι. Et paulo ante, τῷ ὀπισθόμβρος τὸ οὔνομα. pro οὗ, *cuius nomen quamuis sciam.* Sic alibi ἐν τῷ pro ἐν ᾧ, *in quo.* Pluralis autem genitiuus τῶν, quum est articulus præpositiuus, interdum voculam ἵς interiectam habet inter nomẽ cum quo iũctus est. vt pag.21, τῶν τὶς Δελφῶν, pro ἵς τῶν Δελφῶν. vel potius τῶν Δελφῶν ἵς.

Τριφάσιον, *Triplex*: vt διφάσιον, *Duplex.* C.

Τῷ ἐόντι χρησάμβρος, Veritate vsus, Eo quod res erat. Et τῷ ὄντι γε, Reuera. Et κατὰ τὸ ἐὸν, Secundum veritatem. C.

Τῶν ἰδμὼν, pro ὧν ἴσμεν, *Quæ comperta aut cognita sunt.* vsitata parenthesis Herodoto. C.

Τωὐτὸ, id est τὸ αὐτὸ, similitudinem & æqualitatem & coniunctionem significat. κατὰ τωὐτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, *idem ipsum quod Græci memorant.* Χῖοι μὲν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τωὐτὸ διαλέγονται, *eadẽ lingua vtuntur.* Item τωὐτὸ φρονήσαντες, de consensione & concordia, in Clione. Et in Polym. συλλεγομένων ἐς τωὐτὸ, quum conuenissent. C.

T

Τρυφὴ, Petulãtia & lasciuia: vt de equis, Clione: de mulis, Melpom. C.

Τυφεὸς, id est ὑφεὸς, *Sanus.* C.

Τυφοθόσκειν, Supersilire, vt pag. 129, ἐπαφοθόσκοντες τοὺς αὐθεφόρους. Apud eundem legimus & Καταφοθόσκω. apud Homerum autẽ & Ἀποφοθόσκω & Ἐπιφοθόσκω legimus.

Τυφλὸν ἄθημον vsum quendam apud Herodotum habet multorum auribus valde mirum futurum. Ponitur enim pro *Communico*: ea in signif. qua dicimur consiliũ nostrum alicui vel cum aliquo communicare, (vtriusque enim exempla inueniuntur) & qua Cicero dicit, *De societate multa inter se communicarẽt.* Pag. 338, circa finem, νυνὶ ὦν, ὁπποίῳ δὴ πρήγματα μεγάλα κατεργάσασθαι, ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ἐπαφήσωμεν. *Nunc igitur quum res magnas aggredi in animo habeã, fac omnino ad me accedas, vt tecum de iis cõmunicem.* sed alterum verbum multo aptius mihi videtur. Interpr. reddidit Aperiam. Sic pag.438, διὸ ὑμέας ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὰ νοέω πρήσσειν ἐπαφήσωμεν ὑμῖν. Quinetiam pag. 4, τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ ἀπορρηθέντα τῆς πρηγμάτων ἐπαφήπτο. Vtitur verò & activa voce ἐπαφήσω eadem in signif. vt videbis pag. 251, & 341. H.

Φ

Φάλαρα, Ornamenta equorum. C.

Φάρμακα, *Colores.* Clione, στομαχώδεες λιθισμοὶ εἰσὶ φαρμάκοισι, nitent coloribus. Et Φαρμακόειν, *Tingere.* C.

Φάρσος, *Portio.* C.

Φερέγγυος, ἀνεπίμβρος, *Sufficiens.* C.

Φρενήρης, *Mentis compos.* C.

Φῶρ, *Fur.* C.

X

Χρεὸ χρῆσθαι, seu τῇ χρεὸ, Vide in Ἁλιά.

Χρᾶν, *Respondere*, id est, Oraculum reddere. ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, responsum Pythia hoc reddidit. Et, χρησάντων τῶν θεῶν,

Clione, *Quum oraculum redditum mihi sit.* Inde & Χρησήριον : sed hoc communius. C.

Χρῆμα. vt, συὸς μέγα χρῆμα. Et, τυφανὶς χρῆμα σφαλερόν. Et, χρῆμα πολλὸν νεῶν. Et, χρῆμα χιμῶνος ἀφόρητον. C.

Ψ

Ψῆνες, Quæ in caprificis beſtiolæ naſcuntur. C.

Ὦ'ργην ἔχειν, *Reſpectum habere*, aut *curam.* Et, οὐδεμίαν ὤρην ἔσχε, *Nihil momenti attulerit*, vel, *Nihil retulerit.* C.

HENRICVS STEPHANVS lectionis Herodoti ſtudioſis.

QVANTA ſit variis in rebus Gallicæ linguæ cum Græca conuenientia, & quàm multa Græcorum loquendi genera in Gallicũ ſermonem ita verti poſſint vt verbum verbo reddatur, (quum Latina contrà Græcis nullo modo reſpondeant) ante multos annos docui, in Gallico libro cui titulus eſt, *De la conformité du langage Francois auec le Grec:* id eſt, De conformitate (ſi ita loqui licet) Gallici ſermonis cum Græco: at quum primam Herodoti editionem dedi, vel hunc vnum argumento meo non parum exemplorum ſuppeditare animaduerti. Quum autẽ ea illi editioni præfixiſſem, ne in hac quidem prætermittenda, ſed potius cum aliquo auctario exhibenda cenſui.

IONISMI GALLICI, ſiue IONICI GALliciſmi, qui apud Herodotum leguntur.

Ἀπεβαλλέεις πὼ κεφαλὼ, Tu perdras la teſte. P. 550

Καμβύσεα ἔπνξε ἡ ἀληθείη τὴν λόγον, Cela luy touche le cœur. 212

Τὰ μὲν ἄνω, κάτω ἅπτω, τὰ δὲ κάτω, ἄνω, Ie mettray ce que deſſus, deſſous. id eſt, Ie renuerſeray tout l'ordre qui y eſt eſtabli. 183

Οὐκ ὀρθῶς σιωυπὸ πρήσσετε, Vous ne vous gouuernez pas bien. 177

Κόσμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτός ἐστι ὁ καταστησάμενος, Il fut le premier qui eſtablit ceſt ordre. 47

Μωρίην πολλὴ λέγειν, C'eſt vne grande folie de dire cela. 68

Ἔρχομαι φράσων, Ie vien à dire. Vtitur autem illo genere loquendi frequẽtiſſimè: ſed mutato interdũ partic. φράσων in λέξων, aut ἐρέων. 89

Σωπέχεσθαι, S'attacher, de conſerẽtibus manus.

Ἵνα ἴδω τί κοτε καὶ λέξει, pour voir qu'il dira. 147

Ἔλαβε τὸν μισθὸν, Il a receu ſon ſalaire, vel ſon payement. de eo qui punitus fuit pro meritis: ſeu, poena quam meruit affectus fuit. 189

Ὡς ἔρχεται οἶνον ἀπίκεσθαι. Quand il uient au uin, pro Quand il uient à parler du uin. 192

Τὸν πρῶτα ὑπαγόρευσον εἰπεῖν, Qui a donné charge de dire ceci. 212

Ἀπήνεικε Καμβύσεα, Il emporta Cambyſes. vt dicitur, Ceſte maladie l'emporta. Alibi, λοιμὸς ἀπολαβὼν ἀπήνεικε. 213

Ἐπεὶ τε ἦλθε ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμιον ὑποφαίνεσθαι, Quand il uint à Darius de dire ſa ſentence. 216

Ἐπῆκε ἑωυτὸν δεῖ κεφαλὴν φέρεσθαι ὑπὸ τὸ πύργου κάτω, Il ſe laiſſa tomber. etiam de eo qui præcipitem ſe dederit. 218

Θυμὸν ἔχε ἀγαθὸν, Ayez bon courage. 223

Προσφέρει Δαρείῳ λόγον τοιόνδε, Porta ceſte parole à Darius. 242

Ἔσαν ἐν φυλακῇσι, Ils eſtoyent ſur leurs gardes. 250

Γενῶναι τὸ θέλει τὸ δῶρον λέγειν. vt dicimus, Que veut dire cela? pro, Quid hoc ſibi vult? 302

Ἔδοσάν σφεας αὐτοὺς Ἀσσυρίῃ τῇ Ἀγχίπλου βασιλεῖ, vt dicimus, Ils ſe donnerent à un tel prince. 313

Εἰ ὑμῖν φίλον ἐστὶ, S'il vous pluſt. quum rogamus vt aliquid fiat. 336

Οὔτι τι χρῆμα ἐποίησας; Qu'a ce nous faict? cũ increpatione. 337

Ἐκ νέης, De nouueau, pro Deintegro, Rurſ. 378

Ἀταξίη, Deſordre. 385

Οὐκ ἀπέδοσαν πὼ ὁμοίως, Ils n'ont pas rendu la pareille, vel, Ils ne rendirent pas. 387

Τρίτῳ ἔτεϊ πυνθάνου, Il y a trois ans de ceci. pro Trois ans depuis ceci. 394

Ἐπὶ σφέας ἔχοντας. vt dicitur, A qui en auez-vous? pro A qui en voulez-vous? 397

Ἐς τὸν ἐπιέσται ἔχειν, A qui il uient, pro A qui il appartient. Huc pertinent quæ de aduerbio ἐπιτομέως dixi in recenſione vocab. Herodoti. 401

Τοῦτο ἀπέρρηξε τὸ ἔπος, Il ietta ce propos. 406

Καὶ τοῦτο οὐκ ἔστι ἄλλως εἰπεῖν, On ne le peut dire autrement. id eſt, On ne le peut nier. 427

Οὐκ ἔλασσον ἐφάνησαν τὴν λόγῳ ὧτε μάχεσθαι, Ils n'en uindrent pas à ces termes. 440

Τὰς πρὸ ἡμέρας, Ces iours paſſez, p Nuper. 445

Νομίζων Ξέρξεα ὑποδέξειν λέγοντα οὐδέν. vt Gall. Ce n'eſt rien dict. 446

Ῥῆγμα αἰ εἴη μοῦνον, ſequẽte infinitiuo, On n'auroit autre choſe à faire que, &c. 483

Πρῶτον χρημάτων πάντων, Deuãt toutes choſes. 489

Εὐ ἐξόκω συμβαλλόμενος, vt à nobis dicitur, Ie trouue par mon compte. 508

Διεξόδοι βυλεύμασι, vt dicimus, Diſcours. 524

Ἀριθμὸν ποιέεσθαι, Faire le compte. 530

Ἦν δὲ ἔφερε πὼ ἀληθείην πᾶσαν. Tale eſt in noſtro ſermone, On luy apporta toute la uerité du faict. 556

Φέρει καὶ ἐς πᾶσαν πὼ Ἑλλάδα, Il emporte à toute la Grece. 581

Ἐξέφαρτον πᾶν τὸ ἐὸν, Ils ſceurent tout ce qui en eſtoit. 588

Ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαι, vt Gall. Iuſtes, id eſt, De iuſte meſure. Iuſtæ menſuræ.

Δέσποτα, aliquot in locis ad regem: vt illi dicimus Sire: pro quo ſcribi Cyre, poſtularet deriuatio à voce κύριε (id eſt, domine) quæ poſtea depraua ta fuit in κύρε.

HENRICVS STEPHANVS lectionis Herodoti ſtudioſis.

DIVTIVS in locupletanda illa vocum Herodoti recenſione (cui & Ioniſmos Gallicos, ſiue Ionicos Galliciſmos, tanquã corollariũ, ſubiunxi) immorari volebam: vt iſta editio, quamuis ὑγιέα, magnũ hac etiã in parte πρόσθημα haberet: ſed non, ſine aliqua iactura tua, eáque fortaſſe non leui, poterã. Nec enim ad ediſſerenda alia, quibus te ad lectionem Herodoti magis ac magis inſtructum reddam, ſatis temporis ſuperfuiſſet. Ea autem quæ ſint, ne præfari quidem volo, ne vel tantillum temporis illa mihi præfatiuncula detrahat.

Rationi autem cõſentaneum mihi videtur vt à quibuſdam illius recenſionis locis initium ſumam, ſuper quibus habeo quod te moneã. Primus erit vbi vocabulum ἀτέοντες Camerarius interpretatur *Nihil curantes*, addens, Homerum ſimiliter eſſe vſum. Nam ἀτέοντα quidem legimus apud Homer. Il. υ, ſed pro βεβλαμμένον, (videlicet εἰς τὰς φρένας, ſiue τὴν φρένα. vnde dicitur aliquis voce compoſita βλαψίφρων) ab ἄτη. Pro illo igitur ἀτέοντα, ego vel ἀτέοντα (fuit autẽ facilis lapſus ex ἀλέοντα in ἀτέοντα) vel ἀλίζοντα reponendum cenſeo. Illud tamen mihi nullum lexicum ſed memoria diu ſolicitata ſuppeditauit. Recordatus ſum enim me legiſſe (apud Theognin, ni fallor) hunc verſum,

Παῖς τις πλούσιον αἰδέα λίει, ἀτίει ἢ πενιχρόν.

At verò ἀλίζων, pro καταφρονῶν apud Homerum exſtat Iliad. υ. Quòd ſi etiam incidiſſet Camer. in aliquem Herodoti locum vbi vox ἀτέοντες vſum illum haberet, eam pro mendoſa habendam eſſe, ex iis quæ dixi conſtat.

Fuerunt alioqui vocabula quædam inter illa quæ idem recenſuit, in quorum ſcriptura ab editione Baſilienſi diſcedere non dubitaui, quum manifeſtus eſſe error videretur. Sed tamen, ne meo ſtare iudicio neceſſe habeas, hæc ſunt, αἰγινέων, mutatum in ἀγινέων: & ὀμαρέη, in ὀμαρείη: necnon ϑοῦλ', (quod barbarum potius quàm Græcum videri poterat) mutatum in ϑυεός. Item χῆνες in ψῆνες, de beſtiolis quæ in caprificis naſcuntur. Monui autem & de nomine αὐγήρεες, tanquam ſuſpecto, pro σαυλέρεες: quod apud Herodotum legitur.

SED hinc ad alia venio, quæ ſcrupulum iniicere cuipiam poſſint circa interpretationem. Ex his eſt ὀμαρείη, quod ille interpretatus eſt ſtercus: quum potius vẽtris exoneratio ſignificetur: ſicut & ἀποπατος (quo illud exponitur) hoc ſonat.

In vocabuli Ἐπιστροφέως interpretatione dubitari poteſt de illa voce Latina Obliquè, poſita inter haſce duas Accuratè & Vehemẽter: & ſuſpicatus ſum primo aſpectu, Obnixè eum ſcripſiſſe: ſed quũ poſtea cogitaui, Suidam teſtari, Herodotũ eſſe vſũ pro ἀπατητικῶς, id eſt Fallaciter, Deceptoriè (ſi & hac vti voce licet) Fraudulenter, illud Obliquè retinendum, & tantùm ſedem ei ſuam mutandã cenſui.

In voce χρῆμα locos aliquot, tanquam eiuſdem rei exempla, affert, quum tamen non eundem in omnibus illis locis vſum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorũ, quæ proponit, primũ ei eſt hic locus, ἀνὸς μέγα χρῆμα: ſecundum, iſte, πυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν: tertium, χρῆμα πολλὸν νεῶν: quartum, χρῆμα χιμῶνος ἀφόρητον. atqui in illo ſecundo loco vbi dicitur, πυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν, non idem eſt vſus vocabuli χρῆμα, qui in cæteris tribus: adeo vt hic χρῆμα in πρᾶγμα mutando, dici queat eodem ſenſu πυραννὶς, πρᾶγμα σφαλερόν: at in cæteris illis locis vbi genitiuus iungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem huius loquendi generis nullam ille expoſitionem addit, ideóque lector eam ſe à me expectare non immeritò dicturus eſt, oro vt meum Theſaurum conſulere, & ita vicariam operam illum mihi præſtare, malit: ſimúlque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phraſin repræſentare, aut ſaltem ad eam alludere, voluerit. Simul autem inde diſces, nõ minus Atticis quàm Ionibus vſitatum illud loquendi genus fuiſſe, quũ & Ariſtophanes eo vtatur. Ac ſunt certè & alia plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ paruo interuallo ſequuntur (pauca enim tantùm verba interiecta ſunt, quibus vox ψῆνες exponitur: pro qua perperam ſcriptum eſſe χῆνες in editione Baſiliéſi, paulo antè dixi) poſtquam ὦρλω ἔχειν, interpretatus eſt Reſpectum habere aut curam: ſubiungit, Et, οὐδεμίη ὥρη ἔστω, Nihil momenti attulerit. Quæ tamen interpretatio conuenire loco non poteſt. Sunt enim verba illa ex hoc paginæ 251, loco, τῆς σεωυτοῦ γραπτῆς τῆς οὐδεμίη ὥρη ἔστω ἀπολυμβήνης. Sonant autē hæc, Cuius amiſſionem nemo curabit, vel, De cuius amiſſione nihil penſi cuiquam erit.

Sed nec ad verbi γνωμαχέειν interpretationem non ſatis attentionis attuliſſe videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Theſauro de verbo illo dicuntur.

VENIO nunc ad aliud cuius mentionem obiter tantùm feci in illa ipſa recēſione (ne, ſi forte diutius differam obliuiſcar. Id autem eſt de vocabulo ἔγκοτος. Dixi enim me vix perſuadere mihi poſſe, ἔγκοτον in duobus quos legiſſem Herodoti locis, pro κότον poſitum eſſe. Ideo autem à me dictum hoc eſt, quòd vocem hanc pro adiectiuo tantùm nomine habeam, & nihilomagis ſubſtantiuum eſſe nomen poſſe exiſtimem quàm ἔγκυκλον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmāt autē mihi hanc opinionem quatuor noſtri ſcriptoris loci: quorum primus ſit hic, δεινὸν πινά σφι ἔγκοτον ἀμὰ τὸν ἀστικλωσμὸν ἔχων. Secundus autem hic, ἀπὲρ πινὰ ἔγκοτον εἶχε. Tertius ſit iſte, ἔγκοτον σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, conſiderare te iubebo in duobus locis ſequi participium ἔχων, in vno ipſum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico ſcriptam ab Herodoto fuiſſe præpoſitionem ἐν ſeorſum ab illis duabus ſyllabis quæ ſunt ſecūda & tertia in voce ἔγκοτον, & illàm præpoſitionem per tmeſin à participio & alibi à verbo ſeparaſſe, remanēte in medio voce κότον. vt perinde ſit acſi ſcriptū eſſet, δεινὸν ἐνὰ σφι ἐν κότον ἔχων, pro δεινὸν πινά σφι κότον ἐνέχων. Item. ἀπὲρ ἐνὰ κότον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco, κότον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc ſuſpicionem, vel potius ſententiam (omnino enim illud mihi perſuadeo) adducit? Locus ille qui ſupereſt ex iis quos me allaturum promiſeram. Is legitur in Clione, pag. 56, Ἀγνάγης ἦ, κρύπτων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Eſſe enim ſcribendum ἐνεῖχε, vt habet poſterior hæc editio, non ἐνέχε, vt in priore legebatur, (Aldinam & Baſilienſem perperam ſequente) luce clarius eſt. Quomodo enim ab ἐνέχω eſſe ἐνέχε poſſit? Iam verò & abſque adiectione dici ἐνέχειν νινί, Theſaurus meus docebit. Ac meminit certè huius vſus verbi ἐνέχειν Euſtathius quoque: ſcribit enim, ἐνέχειν apud Homerum in Odyſſea eſſe κῆρ νινὸς ἔχειν: atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odyſſeæ locus eſt hic, ex libro τ,

Δαιμονίη, τί μοι ὦδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ;

Vbi poſtquam dixit idem ſcholiaſtes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idē eſſe quod κατ' ἐμοῦ ἔχεις, & præpoſitione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibuſdam docuit, tandem ſubiungit, ſimile verbo ἐνέχειν eſſe hoc ἐπέχειν. Hoc tantùm ſupereſt nunc vt videamus an Herodotus libenter tali tmeſi vtatur ſeu dialecto ſeu diæreſi qualem haberet illa quam apud eum repono ſcriptura. Sed præter vnum quod habemus in eodem ſcholiaſtæ loco huius figuræ exemplum ex hiſtorico, ὅτι σφίσιν ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc eſſe dictum ἀμαλελυμβύως ſcribit: & alicubi διαρημβύως eadem de re dicit) alia paſſim apud eum occurrunt. vt αὐάτ' ἔδραμον, pro αὐτέδραμον: & ἀπὸ μὲν ἔθανε, pro ἀπέθανε: & καβὰ μὲν ἔκτεινε, pro κατέκτεινε. Ac (vt de alia dialyſi loquar quæ illi vel potius dialecto illi eſt peculiaris) interiicitur & vocula ὧν. vt ἀπ' ὧν ἔδωκαν: & κατ' ὧν ἐκάλυψε. pro κατεκάλυψε. Hæc autē quū ita ſint, non immeritò (vt opinor) vocabulum illud ἔγκοτος, quatenus quidem ſubſtantiui, non adiectiui tantùm, ſedem obtinebat, è Græcæ linguæ finibus procul amandatur. Nec mirum eſt tamē tam multis doctis viris & in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctiſſimo & huius linguæ peritiſſimo, (ſcribit enim Μιῶις, Κότος, Ἔγκοτος, Vehemens ira) non mihi tantùm, vocem illam fucum feciſſe, quum & Græcis lexicographis fecerit: ac potiſſimùm Suidæ: qui eo etiam magis eſt reprehendendus quòd ex hoc epigrammatis loco, — Ὃς φθόνος αἰὲν Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει, colligat, ἔγκοτος οὐδ' ἡ ὀπὶ μόνος ὀργή; & non animaduertat, ἔγκοτος vt adiectiuum, iungi cum ſubſtantiuo φθόνος.

Libet autem eadem opera & de quibuſdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto afferantur, vt ſcripta ſunt in typographicis editionibus, ſuſpicione tamen haud carent, præſertim veteris libri autoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his eſt verbum ἀλαφθορίης, in hoc paginæ 41 loco, πόλιν τε τὴν σὴν ἀλαπάζει, καὶ χρήματα τὰ σὰ ἀλαφθορίης. Quamuis enim primo aſpectu videri poſſit verbum iſtud ἀλαφθορίης admitti poſſe (vt ex nomine ἀλαφθορεὺς factum) tamen Herodoti ſeculo in vſu fuiſſe, vix credibile eſt. Huc autem accedit quòd in vet. exempl. non ἀλαφθορίης ſed ἀλαφορίης legitur. Quòd ſi ſiquis aliud exemplum afferat eodem è ſcriptore, videlicet, ἀλαφθορώμενος ὑπὸ κυνῶν: is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non ἀλαφθορώμενος, ſed ἀλαφορώμενος legi. Hunc autem verbi iſtius vſum exprimere videtur voluiſſe Horatius Latino illi omnino reſpondente, quum dixit, *Pòſt inſepulta membra different lupi.*

Sic autem, quum ὑπολήμιος apud hunc ſcriptorem habeamus pag. 50, vbi ſcriptum eſt, ὑπολήμενος ἢ τῷ μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, non dubito quin vet. exempl. ſequi oporteat, ex quibus annotatum eſt ὑπαρήμενος pro ὑπολήμενος, in eo qui hunc non magno interuallo ſequitur, ἰδὼν δὲ τοῦτο, καὶ ὑπολήμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hîc quàm illic ὑπαρήμενος ſcriptum erat: ſed quum hîc ex vet. exempl. adſcriptum margini inuenirem ὑπερήμενος, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hîc fuit non dubito quin & priore faciendum loco fuerit, ſcribendo, ὑπαρήμενος ἢ τῷ μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Haud enim dubito quin haud aliunde quàm ex incuria contigerit vt illi etiam præcedenti loco appoſita ex iiſdem veteribus libris illa lectionis diuerſitas non eſſet, eo in libro (ſcriptus autem & ipſe erat, ſed minus vetuſtatem præ ſe ferens) quem poſterior in margine ſibi appoſitum habebat. At editio Aldina in priore quidem loco ὑπολήμενος, at in poſteriore ὑπαρήμενος nobis exhibet. Eſtque & hoc ſciendum, fuiſſe repertum exemplar, quod viciſſim pro illo ὑπαρήμενος haberet idem illud ὑπολήμιος, quod nõ longo interuallo præceſſerat. Quorſum tam multa? vt oſtendam, quàm veriſimile ſit quædã vocabula, præſertímque verba, ob ſignificationẽ quæ pleriſq; lectoribus inſolẽs videbatur, ab eorũ aliquo (nimirũ eo qui cæteris audacior erat) mutata in alia fuiſſe, hunc etiã apud ſcriptorem. Sed quis (dices) verbo ὑπαρίεσθαι ita vnquam vſus eſt? nimirũ ſignificare volens, cõmunicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus vt ſimul eius ſuper eo cõſilium audire cupiamus. Ipſemet Herodotus (inquã) ita eſt alibi vſus, nõ vno in loco. E duobus ſaltẽ vnus quidem p. 216 exſtat, ἐπεί τε ἢ ὑμῖν αἰαφέρεν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπαρίεσθε, ἢ ποιέωμεν σύμβουλον, &c. Vbi interpres non omnino malè vertit, *Sed quoniam ſtatuiſtis ad plures referendum, & me adhibendum.* Dicẽs autem, non omnino malè hunc locum ab eo eſſe redditum, hoc addo, dummodo verba iſta quibus vtitur, *& me adhibendum*, rectè intelligantur. Significare enim voluit, *& me adhibendum in conſilium.* Alioqui non dubium eſt quin potius, *& mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus eſt hic, ex pag. 251, εἰ μὲν τοι ὑπαρίεσθαι τὰ ἔμελλον ποιήσειν, οὐκ ἂν μὲ παρεῖδες νεῦ δ' ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλλόμενος, ἔπεξα. Vbi interpres tandem animaduertit quod alibi animaduertere non potuerat: videlicet ὑπαρίεσθαι (nam hîc voce actiua vtitur, quum potius paſſiuæ vſum hunc dare ſoleat) eſſe quod Latini *communicare* dicunt. Vt autẽ minus mirer iſtum verbi ὑπαρίεσθαι vſum non tantùm nouum & mirum viſum fuiſſe, ſed etiam mendi ſuſpectam ſcripturam habuiſſe, hoc facit, quòd verbum quoque αἰαίρεσθαι quum apud quendam hiſtoricum ſignificationem iſtam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum & ὑπαρίεσθαι hunc vulgo vſum habet. Iam verò & quum apud Appianum αἰαίρεσθαι τὸ κοινὸν σῶμα, ſonaret *reuocare*, ſeu *retractare*, interpres *differre* reddidit, vt in Annotationibus admonui. Verùm, vt ad mentionem diuerſitatis lectionum redeam, ſciendum eſt, ſicut in præcedente loco pro ὑπαρήμενος ſcriptum in quibuſdam fuiſſe dixi ὑπολήμενος, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex vno manuſcripto codice habemus, & eam quidem valde miram, videlicet ὑπαίρεσθε: quam ſi loco huic accommodare lector velit, valde ſuum ingenium, & quidem fruſtra, fatiget.

Sunt verò & alii loci in quibus contigisse idem videmus. Nec dubito quin eorum sit è numero iste, è pag. 368, καὶ ἀφαπλώσαντος τὸν βίον &. Suspicor enim è lectoribus quempiam, cui insolens valde hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam ἀφαπλώσαντος in hanc quam margini adscriptam vides, ἀφαπλέξαντος, mutasse. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla eiusmodi, & quæ quũ in aliis tãtùm scriptoribus versato, mira & plusquam mira videri queant, esse tamen suspecta non debeant. Ad hoc quidem certè ἀφαπλώσαντος quod attinet, talem eius vsum apud hunc ipsum animaduertisse mihi videor: quòd si tamen nullũ aliud apud eũ exstaret huius phrasis exemplũ, saltè non minus admitti posse quiuis concesserit quàm quod alibi apud eũ legitur, videlicet p. 151, πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῆς φρενὸς, σεωυτὸν ἀφαφηίεας; Nam (vt dixi in recensione & interpretatione vocum Herodoti) ἐκπλώσαι τῆς φρενὸς est De statu mentis deiectum esse: si quidem ad illud ἐξέπλωσας respiciamus. Alioqui, si præsentis significatio alicubi huic aoristo detur, significat De statu mẽtis deiici. vel breuius, De mente exire. vel, è mente. Aut elegantius, E potestate mentis exire. Quòd si verbum verbo reddatur, E mente enauigare. nam ἐκπλώσαι τῆς φρενὸς, quid aliud est? Est autem ἐκπλώσαι pro ἐκπλῶσαι. nec dubito quin pro illo ἀφαπλώσαντος Herodotus ἀφαπλώσαντος itidem scripserit. Sed de hac apud illum scripturæ inconstantia dicendum in sequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præsertim ad scripturam quod attinet) & ita quidem vt modò hoc modò illud verbum iis esse adhibitum videamus, nõ sine dissensione exemplarium. Horum vnum est ἀεικίῃ δεῖσαι ἕω cum accusatiuo personæ, & interdum τῇχόος δεῖσαι ἕω. Nam & δείσειν huic loquendi generi adhibetur. Ac pag. 54 legimus quidem, τὸν τῦδε παῖδα ἀεικίῃ τοιῇδε δεῖσαι ἕω, in Aldina etiam editione: sed paulo antè, vbi habes itidẽ τῇχόος κάρτα δείσαι, in Aldina legitur δείσειν. at δείσαι è vet. exempl. est sumptum. Sed tamen initio libri 182 occurrit, δείσαντας πρότερον καὶ ὑπὸ Παιόνων τῇχόος. quod est à δείσημαι. Quinetiam pag. 148 habemus ἅτε πολεμίους δείδιεσθαι.

Ac sunt è diuersis lectionibus nonnullæ quæ haud vno in loco annotantur. vt νομῴοισι pro νόμοισι. nam vt in hoc paginæ 229 loco, νόμοισι ἢ τοιοῖσδε λέγονται χρᾶσθαι, habes ex vet. cod. νομῴοισι pro νόμοισι. sic & alibi hæc diuersa lectio in iisdem libris se offert.

Sunt denique & lectiones nonnullæ margini adscriptæ, quæ germanæ esse videntur: quum illæ quæ in textu sunt, videãtur esse vocabula quæ margini expositionis loco adscriptæ à quopiam fuerant. Exemplum nobis suggerit pagina 39. vbi pro ὕβριν margini adscriptum est ὑβρεῖ. nam illud ὕβριν fuisse adscriptum margini, ad exponendum illud ὑβρεῖ, & ex margine (vt fit) in contextum irrepsisse verisimile est.

Sunt verò & nonnullæ lectiones, quæ quamuis meritò suspectæ esse videantur, tamen eadem illa vocabula non vno in loco leguntur. Ex his est verbum πρηνῆναι pro καταρρηνῆναι.

Sunt denique & quædam ex illis lectionibus quæ quum per se nullo admitti modo queant, si aliquantum adiuuentur (hoc autem fit aliquid in illis emendãdo) dignæ sunt quæ magis aut saltem non minus quàm quæ in textu sunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo fauente) exemplis planum faciam.

VT autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit à me emendata Vallæ interpretatio, quàm in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum maioris huius accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen insigne exemplum occurret, pag. 5. nam ibi si Vallæ interpretationem sequeris, & totum locum attentè considerabis, Herodotum sibi non constare, sed apertè sibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri historia de Cãdaule malè merito de vxoris suæ pulchritudine, μαθοῦσα ἢ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀντέφωνεν αἰσχυνθεῖσα· οὔτε ἔδοξε μαθέειν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc vt didicit à viro quid actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque visa est percepisse.* Quid (respondebunt hîc plerique) peccatũ à Valla dici potest? Nonne μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, significat id quod apud

cum legitur *vt didicit à viro*. siue, *vt didicit ex viro*. Certè, μαθοῦσα ὁκ τοῦ ἀνδρὸς, non aliud significare potest: sed dico repugnare hoc prorsus illi tam bellæ dissimulationi ipsius, quæ his etiam verbis describitur, οὔτι ἔδοξε μαθεῖν; & quam quū in ea permansisset, sequutus est is quem ex ea sperabat exitus. Sed quæ tamen alia loci illius excogitari interpretatio potest? Aliam nihilominus excogitandam esse aio: nec tamen aliam (meo quidam iudicio) excogitari posse quàm hanc quæ à me margini est adscripta, *Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat*. Sed tu (dices fortasse) ita interpretando, præpositionem ὁκ cum ποιῆσαι iungis, perinde acsi dictum esset ποιῆσαι ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Atque planè nouum in Græca lingua hoc esse arbitror. At ego, quidquid tibi & plurimis fortasse aliis in ea nouū est, mihi nouum esse nego: atque adeo talis vsus præpositionis huius exempla tibi iam nunc duo, duobus è locis, cedo. Vnus est, ex pagina in vltimo versu, ἅπτοι οἱ κεχαλκεύμενοι ὀξέι αἰτὸ ἐδωρήθη. Alter autem legitur pag. 54, non procul ab initio, οὐ γὰρ δὴ ἐπίστατο τὸ πρόσταγμα ὁκ τοῦ Κύρου. Animaduerti autem & Dionem, Herodoti imitatione, aliquoties hac præpositione ita esse vsum. Iam considera lector quantum errorem inducat interdum ignoratus tam paruæ particulæ extraordinarius (vt ita dicam) vsus. Sed libet obiter & aliud de iis quæ in eodem sequuntur loco addere. Quum igitur hæc subiungātur, οὔτι ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, & hæc ita vertantur à Valla, *neque præ pudore exclamauit*, quasi pudor efficere debuerit vt exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, esse video mēte Herodoti, ita eam expressi, *neque exclamauit, vtpote pudore retenta*. Quinetiam, vt lectori hanc esse mentem Herodoti subindicarem, inter ἀνέβωσεν & αἰσχυνθεῖσα, interpunctionē posui. Illa autem verba, οὔτι ἔδοξε μαθεῖν, quæ vertit, *neque visa est percepisse*, maluissem vt vertisset, *neque visa est animaduertisse*: aut neque *præ se tulit animaduertisse*: vt habes margini à me cum præcedentibus adscriptum.

Alia exemplā maioris in hac posteriori editione accurationis (& quidem nōnulla haud minus fortasse insignia) circa emendationes interpretationis Vallæ, ipsemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, inuenies: atque in iisdem plurimarum eius emendationum, margini adscriptarū (quarum pleraſque & prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi mouere possent, reddetur. Simul verò & de quibusdam quæ in ipsa Herodoti dictione (vulgo textum vocamus) vel emendata sunt, vel videntur emendanda; in illis differetur. De emendationibus autem loquor siue iis quas iam prior editio exhibuit, siue iis quas ista nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris autoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam raro absque duorum saltem consensu id facere sum ausus) verùm & vnus interdum locus ex collatione cū aliis. Sic enim pag. 19, ἐς Ἄβας pro ἐς Σάβας, alio è loco: & in fine pag. 117, pro τῆσι repositum τῇ Ἴσι fuit, alio itidem è loco. Dicitur autem Ἴσι pro Ἴσιδι. Verùm & quædam (ac non paucæ fortasse) emendationes coniecturales in illis annotationibus proponentur: & quidem nonnullæ quæ noua etiā vocabula Herodoto dabunt: (noua voco quæ antea apud illum non comparebant in illis quæ vsquam comparebant exemplaribus) ex quibus sunt ἀλλογνώσας & διαπεσσομένου. sed de illo quidem ἀλλογνώσας vix vlla dubitatio relinquitur: at de hoc διαπεσσομένου relinqui mihi dubitationem fateor. Reponetur autem hoc διαπεσσομένου pro διατασσόμενον, quod legitur pag. 24, adiunctum participio ἐκπεμπόμενον interposito particulæ καὶ vinculo. Iam verò & ex Plutarcho atque aliis qui locos huius scriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero est Eustathius suis tum in Homerum tum in Dionysii de situ orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipso interprete Valla nonnullæ emendationes sumētur: quarum tales sunt nonnullæ vt quod in nostra lectione affirmatur, id lectio eius neget, aut vice versa.

Qvod verò ad eam scripturæ inconstantiam attinet, de qua me verba facturum promisi, (vnde nimirum fit vt eadem vocabula non vbique eam literæ aut literarum mutationem habeant quam dialectus Ionica poscit aut poscere videtur) eam inconstantiam non Herodoto sed librariis, dialecti qua ille vtitur, sæpe obliuiscentibus, imputandam esse aio: aut certè nonnullis qui alicubi vocū quæ Ionicè scriptæ erant scripturam à lingua communi receptam margini ap-

posuissent. Vt enim à mētione verbi ἐκπλεῦσαι (quod sermonis huius occasionē mihi præbuit) initiū sumam, quis credat Herodotū ita inconstantē fuisse vt modò πλεῦσαι, aut ἐκπλεῦσαι, aut ἐστοπλεῦσαι, modò πλεῦσαι, vel ἐκπλεῦσαι vel ἐστοπλεῦσαι diceret? Atque, vt de hac ipsa litera ω loqui pergā, in eiusdē formæ vocabulis, aut etiam iisdē, modò literam illam ω, modò ο habemus. haud enim χρέωντες tantùm, sed χρέοντες etiam legitur: itidémque ὀρέωντες & ὀρέοντες. illud, pag. 252: hoc, pag. 300. Ac scimus tamen à Corintho scribi, Iones ὁράω pro ὁράω, itidémque ἐχρέοντο pro ἐχρέωντο dicere. Quinetiā modò hæc litera α, modò η, in vno eodēq; verbo occurrit. nam & χρῶνται & χρῆνται legitur. Sic ἐχρᾶτο & ἐχρῆτο. Ac quamuis θυήσασθαι & θυήσεται pro θυάσασθαι & θυάσεται scriptum sit, cùm alibi cùm pag. 4, itidémq; θυησάμενος, nō θυασάμενος, p. 24, ité alibi ἀξιοθήητον pro ἀξιοθήατον: quúmque in his non alia sit mutatio quàm literæ α in η, tamen ἐθηήτο, non ἐθηᾶτο, alicubi nostris se oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, vt in mentione mutationis literæ α in aliam maneam, quamuis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodémque modo alicubi εὐφρεγάθεας pro εὐφρεγέθεας legamus: tamen & μέγαθος locis aliquot scriptum est: vt pag. 25. Sic etiam τάμνω dicit, pro τέμνω, vocali α locum vocalis ε tribuens: sed ne hæc quidem mutatio vbique fit.

A vocali α vt veniam ad ε, quum hæc Ionico more auferri à principio quorúdam vocabulorum dicatur, & ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum sit: tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud scriptorem sæpe occurrit. Sic non solùm ὤεον pro ἐώεον, sed etiam hoc ipsum ἐώρων apud eum legimus. Ac ne ἑρτὴ quidem pro ἑορτὴ constanter scriptum est. Vtque loquar de iis quoque locis vbi contrà inseritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, sciēdum est, non μηχανεώμενος tantùm sed μηχανώμενος etiam, itidémque μηχανεῶντα, legi.

Ab ε ad η transiens, mutari quidem & hanc vocalem η dico in aliam, Ionico more: sed ne hîc quidem constantiam seruari. nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto assignata sit, non minus tamen νεὸς, vel νέα seu νέας, quàm νῆα seu νῆας apud eum esse scriptum videmus. Ac pro ἤσαν & ἠσαθῆναι legimus ἔσαν & ἐσαθῆναι multis quidem in locis, (in quorum vno ita est allucinatus Valla interpres, vt pag. 446, ex genitiuo plurali ἐσόνων, dicto pro ἠσόνων, fecerit gentem quæ Hessones diceretur) sed non tamen in omnibus. Quúmque pro οἰκεῖος scribi debeat οἰκήϊος, tamē & illud interdū occurrit. Sic etiam μαντεῖον pro μαντήϊον: nec solū αἰχμεχείη, sed & αἰχμήη. Atque adeo p. 266, ἀσφαλείης, nō ἀσφαλήης, legitur.

Ad vocalem ι quod attinet, alicubi nec in ipsa lex Ionicæ dialecti seruatur. Nā haud tantùm ἐμεῦ sed ἐμοῦ quoque apud eum habemus. Ac initio Terpsichores πεοκλήσιος, pro πεοκλήσιος, vt alibi κτησίεως. Ac, quum ι sæpe ab Ionibus inseratur, veluti quum ξεῖνος pro ξένος dicitur, in omnibus tamen eiusmodi vocabulis id factum non videmus. Quumque vicissim in multis detrahatur ι, veluti in ἀπηδέος (item in ἔων, in ἐώθεσαν, atque aliis) tamen & ἀπιηδέα legitur. Et alicubi αὐίεις, alicubi αὐῖες legitur. Vocalē ο plerique loci habēt in pronominibus ἐμέο & σέο, sed illam (tanta est scripturæ inconstantia) eadē pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, eius locum occupantibus ἐμεῦ & σεῦ. Eodémque modo participii ποιεόμενος locum sæpe à ποιεύμενος occupari, idémque in aliis huiusmodi participiis, quinetiam in ipsis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ nō minus habet & ipsa quod queratur. Quum enim quodā suo iure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coalescere, in plerisque vocabulis, è quorū numero est οὔνομα pro ὄνομα, (quod idem iuris cum ὀνομαίνω & ὀνομάζω, communicat:) en tibi nihilominus ὀνομάζων, non οὐνομάζων, pag. 18.

Nec melior est vocalis ω, quàm aliarum cōditio: quum eam ex verbo πλεύω, superueniens ι sæpe expellat, vt dictum est: nec ζωὴ semper, sed plerunque ζόη, scribatur.

In vltima vocali vltimus sit meus hoc de genere inconstantiæ, qua leges Ionismi violantur, sermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura supereſſe dicenda video) donec non solùm has lectiones διαφασίας (vt Herodoti vocabulo vtar) proferre, sed de iis iudicium ferre vacet. Vale.

LYON 1897

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ Ἁλικαρνασσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ἢ ἱστορίων βίβλοι θ', ἐπιγεγραμμέναι Μοῦσαι.

HERODOTI Halicarnassei historia: siue Historiarum libri nouem, Musarum nominibus inscripti.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ, ἐπιγεγραμμένη ΚΛΕΙΩ.

LIBER PRIMVS, qui inscribitur CLIO.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ Ἁλικαρνασσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστά, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησάν ἀλλήλοισι. Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. τούτους γὰρ ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χῶρον τὸν καὶ νῦν οἰκέουσι, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι. ἀπαγινέοντας δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. ἦν δὲ τὰ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον τοῦ περ ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο, διατίθεσθαι τὸν φόρτον. πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπ' ἧς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι σχεδὸν πάντων, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναῖκας, ἄλλας τε πολλάς, καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγατέρα. τὸ δὲ οἱ οὔνομα εἶναι κατὰ τὠυτὸ τοῖσι Ἕλλησι λέγουσι, Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου. ταύτας στάσας κατὰ πρύμνην τοῦ νηός, ὠνέεσθαι τῶν φορτίων τὸ σφὶν ἦν θυμὸς μάλιστα· καὶ τοὺς Φοίνικας διακελευσαμένους ὁρμῆσαι ἐπ' αὐτάς. τὰς μὲν δὴ πλείστας τῶν γυναικῶν ἀποφυγέειν, τῇσι δὲ Ἰοῦν σὺν ἄλλῃσι ἁρπαθῆναι. ἐσβαλομένους δὲ ἐς τὴν νέα, οἴχεσθαι ἀποπλέοντας ἐπ' Αἰγύπτου. οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέ-

HERODOTI Halicarnassei historiæ explicatio hæc est: vt neque ea quæ gestasunt, ex rebus humanis obliterentur, neque ingentia & admiranda opera vel à Græcis edita vel à barbaris, gloria fraudentur, cùm alia, tum verò qua de re isti inter se belligerauerunt. Persarum eximii memorant dissensionum autores extitisse Phœnices, qui à mari quod rubrum vocatur, in hoc nostrum proficiscentes, & hanc incolentes regionem quam nunc quoque incolunt, longinquis cōtinuò nauigationibus incubuerunt: faciendísque AEgyptiarum & Assyriarum mercium vecturis, cùm in alias plagas, tum etiam Argos peruenerunt. Argos etenim ea tēpestate omnibus ciuitatibus regionis quæ nūc Græcia nominatur, antecellebat. Hucporro appulsos Phœnices mercimonia exposuisse: & quinto sextóve quā appulissent die, cūctis fere diuēditis, fœminas ad mare venisse cū alias multas, tū verò regis filiā, cui nomen esset idem quod Græci tradūt, Io filiam Inachi. Dúmque hæ fœminæ puppi nauis assistentes ea mercarētur quæ cuiusque auiditas maximè ferebat, in eas Phœnices sese adhortatos impetum fecisse: & ipsarū plerisque aufugientibus, Io cū aliis aliquot raptam fuisse: eísque in nauē impositis Phœnices in AEgyptum vela fecisse. Hunc itaque in modū Io in AEgyptum peruenisse me-

a.b.c.d.e. Historiæ editio. *Totum hoc principiū posset ita reddi*, Hæc est historia ab Herodoto Halic. edita: vt nec ea quæ facta sunt, ex hominū memoria temporis longinquitate deleātur, neque magnorum & admirandorū facinorū, quæ partim Græci partim barbari ediderūt, famae extinguatur, cùm circa alia *quæ de ijs cognitu digna sunt*, tū verò *circa hoc*, quænā belli inter eos causa fuerit. Persarum quidē certè sermones memorant diss. *Legit autem hic interpres* λόγιοι *pro* λόγοι.

f Profecti, & positis sedibus in ea regione quā, &c.

ἐπολέμησαν

morant Persæ, non quemadmodum [a] Græci: & hoc iniuriarum principiũ extitisse. Post hæc Græcorum quosdam, quorũ nomina non possunt dicere, Tyrum appulsos, filiam regis rapuisse Europam: (fuerunt autem isti Cretenses) [b] illisque par pari repensum. Verùm postea Græcos secundæ iniuriæ autores extitisse. longa enim naue [c] in ora Colchidis & ad Phasim fluuium, quum cætera transegissent quorum gratia venerant, illinc rapuisse filiam regis Medeam. Ad quam reposcẽdam, pœnásque de raptu petendas, quum rex Colchorum caduceatorem misisset, Græcos respõdisse, vt illi de rapta Io Argiua pœnas sibi nõ dedissent, ita ne se quidem illis daturos. Secũda dehinc ætate, ferunt, Alexandro Priami filio, quum ista audisset, cupidinem incessisse vxoris sibi per rapinam è Græcia comparãdæ, certum habenti omnino se pœnas non pensurum, quas nec illi pependissent. Ita quum is Helenam rapuisset, visum esse Græcis, primùm missis illuc nunciis & Helenam repetere, & pœnas de raptu petere. Illos verò [d] tergiuersantes mentionem fecisse de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dedissent, nec rapinam reposcentibus reddidissent, quomodo vellent ab aliis sibi pœnas dari. Hactenus igitur inter eos mutuis solis rapinis actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, Græcos præcipuè autores extitisse, qui priores in Asiam quàm ipsi in Europam copias ducere incepissent. Se quidẽ sentire iniuriorum virorum factũ esse rapere fœminas: amentium verò, raptis vlciscendis operam dare; prudentium autẽ, [e] pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ, nisi voluissent, haud dubiè raptæ non fuissent. [f] Eóque suarum fœminarum ex Asia raptarum Persæ negant vllã se habuisse rationem: Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia ingẽtem comparasse classem, deinde in Asiam profectos, imperium Priami euertisse: atque ex eo tempore semper existimasse

a Phœnices. *Sed alteram lect. sequuntur.*

b Et ista quidem pari compẽsatione inter eos esse facta.

c Æam Colchicam aduectos.

d Medeæ raptũ ipsis obiecisse, ista prætexendo, quũ nec ipsi pœnas, &c.

e Raptas nihil curare.

f Se itaque Asianos raptarũ mulierum nullam rationem habuisse dicunt Persę: Gr.

A γοισι Πέρσαι, οὐκ ὡς Ἕλληνες· κλὴ τὸν ἀδικημάτων τοῦτο ἄρξαι τοιῶτον. μετὰ δὲ ταῦτα, Ἑλλήνων ἅμα (οὐ γὰρ ἔχοισι τοιῶμαι ἀπηγήσασθαι) φασὶ τὴς Φοινίκης ἐς Τύρον τοὺς χόρτας, ἁρπάσαι τὴ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. (εἰκὸς δὴ αὐ ἤτοι Κρῆτες) ταῦτα δὴ ἴσα σφι τοῖς ἴσα γενέσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηὶ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φάσιν ποταμόν, ἐνθεῦτεν, ἄλλα τε ἐξελθόντας τοῦ εἵνεκεν ἀπίκοντο, ἁρπάσαι τὴν βασιλέος τὴν θυγατέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχων βασιλέα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέειν τε δίκας τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα· τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς· οὐδὲ ὦν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι. δευτέρῃ δὲ λέγοισι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκόότα ταῦτα, ἐθελῆσαί οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δι' ἁρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, βπιστάμενον πολλῶν ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὐ γὰρ ἐκείνους διδόναι. οὕτω δὴ ἁρπάσαντος αὐτὸν Ἑλένην, ζώσιν Ἕλληνι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν τε Ἑλένην, καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν. τοὺς δὲ, προφερομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν· ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκ δόντες ἀπαιτεόντων, βουλοίατό σφι πρὸ ἄλλων δίκας γενέσθαι; μέχρι μὲν ὦν τούτων, ἁρπαγὰς μούνας εἶναι πρὸς ἀλλήλων· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, Ἕλληνας δὴ μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. πρότερος γὰρ ἄρξαι στρατεύσαντας ἐς τὴν Ἀσίην, ἢ σφέας ἐς τὴν Εὐρώπην. δικαιοῦν μὲν νέειν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον νομίζειν εἶναι· τὸ δ' ἁρπαθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι μωφρέειν, ἀνοήτων· τὸ δὲ μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπαθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλεατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. σφέας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης λέγοισι Πέρσαι ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι. Ἕλληνας δὲ Λακεδαιμονίης εἵνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν σπευδαγεῖραι, καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ἀσίην, τὴν Πριάμου δύναμιν κατελεῖν· [1] ἀπὸ τούτου τ' αἰεὶ ἡγήσασθαι τὸ

1 Φοίνικες

1 μὲν δὴ

2

1 πρὸς θεσπεσμένους

1 κατὰ τοῦτο αἰεὶ

Ἑλλωικὴν σφίσιν εἶ) πολέμιον. τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειοῦνται ⓐ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλλωικὸν ἡγέωνται κεχωρίσθαι. οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου ἁλώσιος δυσμενέσι σφίσι ἐοῦσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπιδρομῆς τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας. περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσιν οὔτε Φοίνικες. οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσιν ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἄργεϊ ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νηός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα, αἰδεομένη τοὺς τοκέας, οὕτω δὴ ἑκοῦσα τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς μὴ καταδηλος γένηται. ταῦτα μέν νυν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσι. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων ὡς οὕτως ἢ ἄλλως πως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῆγμα ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ὁμοίως μικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα αὐτὸς ἐπεξιών. τὰ γὰρ πάλαι μεγάλα ἐόντα, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ ἐπ' ἐμεῦ ἐόντα μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρά. τὴν ἀνθρωπήϊνην ὦν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν ὠυτῷ μνήσομαι, ὅτι μὴ ἐσομένη ἀμφοτέρων ὁμοίως.

Κροῖσος ἐὼν Λυδὸς μὲν τὸ γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω· τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ, ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων, ἔξιὴ πρὸς Βορέω ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. οὗτος ὁ Κροῖσος, βαρβάρων ὢν τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, τοὺς μὲν καταστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγήν, τοὺς δὲ, φίλους προσεποιήσατο. καταστρέψατο μὲν Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ· φίλους δὲ προσεποιήσατο Λακεδαιμονίους. πρὸ δὲ τῆς Κύρου ἀρχῆς πάντες Ἕλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι. τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰωνίην ἀπικόμενον, Κροίσου ἐὸν πρεσβύτερον, οὐ κατεστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγή. ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω προσῆλθε, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸν οἶκον τὸν Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. ἦν Κανδαύλης, τοῖσι

A sibi hostes esse Græcos. Siquidem Asiã & barbaras gẽtes quæ illam incolunt, [a] putant Persæ sibi necessitudine coniunctas, Europam verò & Græcos à se esse diſiũctos. Hũc in modũ Persæ rem gestã esse memorant, & Ilii excidium sibi discordiæ cũ Græcis extitisse principium comperiũt. Cum quibus non cõsentiunt de Io Phœnices, quam negant se in AEgyptum abduxisse raptu vsos, sed eã apud Argos cum nauclero nauis ipsorum rem habuisse: & quũ se grauidam esse comperisset, veritam parentes, [b] sic voluntariã cũ Phœnicib[9] nauigasse, ne detegeretur. Et hæc quidem Persæ Phœnicésque referunt: ego verò, vtrum sic gesta sint nécne, [c] non pluribus persequar. Cæterùm quem ipse noui primùm cœpisse inferre Græcis iniuriam, [d] hũc indicabo, longius oratione pergens, tã paruas vrbes ciuitatésque cõmemorando quàm magnas. Nam quæ olim magnæ erãt, earũ permultæ factæ sũt paruæ: rursus, quæ mea memoria magnæ fuerunt, prius fuerãt paruæ. Igitur quum sciam humanam felicitatem nequaquã in eodẽ tenore perstare, [e] vtriusque fortunæ mẽtionem habebo.

a *Vel*, in necessitudinem suam recipiunt: cum Europa verò & Græcis nullam sibi societatem intercedere existimant. *Vel*, nihil sibi esse commune.

b Tum demum vltro cum Ph.

c Dicere non constituí. *Q. d.* nõ me comparo ad dicendum.

d Hunc vbi indicauerim, vlterius progrediar, tam p.

e De vtriusque ment.

Croesvs genere quidem fuit Lydus, patre autem Alyatte: earum verò nationum [f] tyrannus quæ intra Halym amnẽ sunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra vẽtum Aquilonem, in mare quod vocãt Euxinum euoluitur. Hic Crœsus, è barbaris quos cognitos habem[9], primus Græcorũ [g] alios ad tributũ pendendum adegit, alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidem Iones, AEoles, & qui sunt in Asia Dores: amicos autem sibi fecit Lacedæmonios, quum ante eius imperium vniuersi Græci liberi fuissent. Nam Cimmeriorũ aduersus Ioniam expeditio, vetustior illa quidem Crœso extitit, non tamẽ [h] vrbes expugnauit, sed per incursiones prædas abegit. Cæterùm principatus quum esset Heraclidarum, ad genus Crœsi, qui vocabantur Mermnadæ, sic peruenit: Candavles, is quẽ

f Regnator. *Vel* rex. *aut*, dominator. *Sic & alijs in locis.*

g *Vel*, Alios subactos, *siue* [subiugatos] pendere sibi tributum coegit.

h Vrbes subiugauit. *Vel*, pati iugum coegit.

Græci Myrſilum nominant, Sardiũ fuit [a] tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriũdus. Siquidem Heraclidarum primus, Sardium rex extitit Argõ, Nini filius, Beli nepos, Alcæi pronepos: nouiſſimus, Candaules Myrſi filius: quũ ante Argonẽ qui in ea regione regnauerant, fuiſſent oriundi à Lydo Atyis filio, à quo totus is populus cognominatus eſt Lydius, quum Meon antea vocaretur. Ab his [b] ſuccedentes Heraclidæ, imperium ex oraculo adepti ſunt, Iardanæ ancilla & Hercule geniti: idque per quingentos & quinque annos, duas & viginti virorũ ætates, tenuerunt, filius patri deinceps ſuccedens, vſque ad Cãdaulem Myrſi filium. Hic igitur Cãdaules vxorem adamabat, eámque præ amore arbitrabatur omnium fœminarũ eſſe pulcherrimã. Hoc ita eſſe ſibi perſuadens, apud Gygem, Daſcyli filium, ex ſatellitibus ſuis (erat enim is maximè ipſi acceptus, [c] eóque miniſtro in rebus magis arduis vtebatur) ſpeciem vxoris ſupra modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore (neceſſe nanque erat ei malè euenire) inquit his verbis, Gyges, [d] neque enim videris mihi fidem habere referenti de cõiugis ſpecie: (quòd magis incredulæ ſunt hominibus aures quàm oculi) fac illam conſpicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quémnam, inquit, here ſermonem profers haudquaquam ſanum, qui me iubes inſpicere heram meam nudã? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Iam olim hominibus ſunt honeſta excogitata, [e] vnde diſcere debemus: ex quibus hoc vnum eſt, Quæ ſua ſint, quéque inſpicere debere: Ego verò tibi fidem habeo, illam eſſe fœminarum omniũ ſpecioſiſſimã, téque oro ne me ores illicita. Atque hęc dicendo Gyges repugnabat, pertimeſcẽs nequid ſibi ex ea re mali cõtingeret. Cui viciſſim ille his verbis, Fidens, inquit, eſto Gyges: caue timeas aut me, tãquam hoc te ſermone tentantem, aut vxorem meam, nequid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim [f] ſic ego machinabor, vt illa ne

a *Subſtitue eandem interpretationem quam paulo ante.*

b Autem educati Heracl.

c Eique res magis ſerias communicabat) ſpec.

d Quia non videris m.

e Vnde diſcere oportet. *Q.d. Iã clim compertum fuit quænam honeſtais eſſent conſentanea, & inde nobis petenda diſciplina eſt. Vnum autem eorum eſt,*

f Tali artificio vtar, vt

A Ἕλληνες Μυρσίλον καλέουσι, τύραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Ἀλκαίου τοῦ Ἡρακλέος. Ἄργων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρῶτος Ἡρακλειδέων, βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων· Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου, ὕστατος. οἱ δὲ πρότερον Ἄργωνος βασιλεύσαντες τούτης τῆς χώρης, ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος· ἀπὸ τευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον Μῆων καλεόμενος. ἀπὸ δὲ τούτων δὲ Ἡρακλεΐδαι ὀπίσω ἀφίκοντες, ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίου, ἐκ δούλης τε τῆς Ἰαρδάνου γενόμενοι καὶ Ἡρακλέος· ἄρξαντες ὅπως δύο καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν, μέχρι Κανδαύλεω τοῦ Μύρσου. οὗτος δὴ ὦν ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός· ἐρασθεὶς δὲ, ἐνόμιζέ οἱ εἶναι γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην. ὥστε δὲ τοῦτο νομίζων· ἦν γὰρ οἱ τῶν αἰχμοφόρων Γύγης ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα· τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ κατυδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ἐπέτρεπε ὁ Κανδαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπαινέων. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος (χρεὼν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς) ἔλεγε τοῖσδε Γύγην τοιάδε, Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός· (ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν) ποίεε ὅκως ἐκείνην θηήσεαι γυμνήν. ὁρῦ, μέγα ἀμβώσας, εἶπε, Δέσποτα, τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, κελεύων με δεσποίνην τὴν ἐμὴν θηήσασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. ἐν τοῖσιν ἓν τόδε ἔστι, ἵνα σκοπέειν τις τὰ ἑωυτοῦ. ἐγὼ δὲ πείθομαί σε ἐκείνην θηήσεσθαι γυμνὴν πασέων γυναικῶν καλλίστην· καὶ σέο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀτόμων. ὁρμώμενος δὴ ἐνθεῦτεν ἔλεγον τοιαῦτα, ἀπεμάχετο, ἀρρωδέων μή τι ἐξ αὐτέων γένηται κακόν. ὁ δὲ ἀμείβετο τοιάδε, Θάρσει Γύγη, καὶ μὴ φοβέο μήτε ἐμὲ, ὡς σέο πειρώμενον λόγον τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν ἐμὴν, μή τί τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω

[a] Σαρδίων τύραννος
[b] ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος
[c] ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν
[d] ἐνόμιζέ οἱ εἶναι γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην
[e] τὰ κατυδαιέστερα τῶν πρηγμάτων
[f] ἐπέτρεπε ὁ Κανδαύλης
[g] ἐξεύρηται
[h] ἵνα σκοπέειν τις τὰ ἑωυτοῦ
[i] ἀρρωδέων μή τι ἐξ αὐτέων γένηται κακόν
[j] ἀμείβετο τοιάδε
[k] πειρώμενον λόγον τόνδε

» τως ὥστε μηδὲ μαθεῖν μὲν ὀφθεῖσθαι ὑπὸ A deprehẽdere quidem possit se abs
» σεῦ. ἐγὼ γάρ σε ἐς ὃ οἴκημα ὅτ' τῷ κοιμώ- te fuisse inspectam. Te nãque se-
» μεθα, ὅπισθε τῆς αὐλοιχομένης θύρης θήσω. cũdum fores cubiculi in quo cu-
» μετ' ἐμὲ εἰσελθόντα, πρέσας καὶ ἡ γυνὴ ἡ bamus, quũ apertæ fuerint, col-
τῷ κοίτην. » ἐμὴ ἐς "κοιτῶνα. κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς εἰσό- locabo. Vbi ergo fuero ingressus,
» δου θρόνος· ὃπ' τοῦτον τῶν ἱματίων κατ' ἓν ἕ- aderit & vxor mea in cubiculum:
» κασον ἐκδυόμενα φήσει, καὶ κατ' ἡσυχίαν iuxta cuius introitum sella posita
» πολλὴν πρέξῃ τοι θεώμενα θαῦμα. ἐπειὰ δὲ ἀπὸ est, super quã vestes illa, vt quam-
» τοῦ θρόνου στείχῃ ὃπ' τὸν βωμὸν, κατ' ἀριστερὸν que exuet, reponet, sese per mul-
» αὐτῆς γλύφῃ, σοὶ μελέτω ὅ σ' ἀθυμοῦντα ὄκως μή tum otium spectãdam præbens:
» σε ὄψεται ἰόντα διὰ τῶν θυρέων. ὁ μὲν δὴ, B quæ quum à sella cubitum per-
ὡς οὐκ ἠδυνάμην διαφυγέειν, ἕτοιμος. get, [a] ostendens inuicem terga, a Et ei fuetis à
ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ ἐδόκεεν ὥρη τῆς κοίτης tergo, curæ ti.
τῆ), ἤγαγε Ⓦ Γύγεα ἐς ὃ οἴκημα· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα πρῶτα καὶ ἡ γυνή. ἐσελθοῦσαν δὲ καὶ πρῶτα τὰ εἵματα ἐδήσατο ὁ Γύγης· ὡς δὲ κατ' ἐμοῦ ἐγίνετο, ἰοῦσης τῆς γυναικὸς ἐς τὸν κοίτιον, ὑπερδὺς ἐχώρεεν ἔξω. καὶ ἡ γυνὴ "ὁρᾷ μιν ἐξιόντα. μαθοῦσα δὲ ὃ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσεν, αἰσχυνθεῖσα, οὔτε ἔδοξε μαθεῖν, ἐν νόῳ ἔχουσα τίσασθαι Ⓦ Κανδαύλεα. τῶνδε γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, μέγιστον δὲ καὶ τῶνδε τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνόν, "αἰσχύνη μεγάλη φέρει. τότε μὲν δὴ οὕτως, σιγῇ δηλώσασα, ἡσυχίην εἶχε· ὡς δὲ ἡμέρη πάλιξα ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τοὺς μάλιστα ἐώσα πιστοὺς ἐόντας ἑωυτῇ, ἑτοίμους ποιησαμένη, ἐκάλεε τὸν Γύγεα. ὁ δὲ, σαφὲς δοκέων αὐτῷ τῶν παρεόντων ὑπίσασθαι, ἦλθε καλεόμενος. ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθεν, ὅκως ἡ βασιλέα καλέοι, φοιτᾶν. ὡς δὲ ὁ Γύγης ἀπίκετο, ἔλεγέν οἱ γυνὴ τάδε, Νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν πρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἵρεσιν, ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι. ἢ γὰρ Κανδαύλεα ἀποκτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν βασιλήιην ἔχε τὴν Λυδῶν, ἢ αὐτόν σε αὐτίκα οὕτως ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ, τὰ λοιπὰ ἴδῃς τὰ μή σε δεῖ. ἀλλ' ἦτοι κείνόν γε τὸν ταῦτα "βουλεύσαντα δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σε τὸν ἐμὲ γυμνὴν θησάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα. ὁ δὲ Γύγης τέως μὲν ἀπεθώμαζε τὰ λεγόμενα· μετὰ δὲ, ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίην ἐν δεινῇ ἀμηχανίῃ τοιαύτην αἵρεσιν. οὐκων δὴ ἔπειθεν, ἀλλ' ἐώσα ἀναγκαίῳ ἀληθέος utrum eligendi. Vbi non persuadet, sed vtique propositam sibi necessita-

b *Vel*, Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat, neque exclamauit, vtpote pudore retenta, neque præ se tulit animaduertisse.

c Nunc quũ duæ viæ in tua sint potestate, G.

d Posthac videas quæ te videre nõ decet.

tem cernit aut interimendi herũ, aut per alios pereundi, elegit vt ipſe ſuperesſet: atque ita percontans illam, inquit, Quandoquidẽ me adigis inuitum ad herũ meũ occidẽdum, age, audiam quo pacto illum adoriemur. Excipiens illa, Ex eo, inquit, loco adoriẽdus erit vnde ille me nudam oſtendit. in ſopitum autem impetus dabitur. Poſteaquam igitur inſidias inſtruxerũt, & nox aduenit, Gyges [a] nihil cunctatus eſt: quippe cui nulla deuitandi facultas eſſet, ſed neceſſe aut perire, aut Cãdaulem perimere. mulierem in thalamum ſequitur, quẽ illa, dato pugione, ſubter eaſdem fores occulit. Vnde poſtmodum iſte procedens, quieſcẽtem Candaulem obtruncat, vxoréque eius & regno potitus eſt. [b] Cuius *rei* meminit & Archilochus Parius, qui per idem tempus fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autẽ regnum Gyges & in eo fuit confirmatus ex Delphico oraculo. nam quum Lydi indigno animo ferrent Cãdaulis caſum, atque in armis eſſent, conuenit inter hos ac factionem Gygianam, vt, ſi oraculum reſpondiſſet hunc eſſe regem Lydorum, ipſe regnaret: ſinminus, principatum Heraclidis reſtitueret. Accepto igitur oraculo Gyges ita regnauit. [c] Sed demũ Pythia loquuta, Heraclidarum vltionem in atnepotem Gygis eſſe venturã. quod carmen neque Lydi neque ipſorum reges vllius momẽti fecerunt, priuſquam exitu cõprobatum eſt. Hunc in modum obtinuere tyrannidem Mermnadæ, ſublatis Heraclidis. Gyges, [d] tyrãnide occupata, Delphos donaria miſit non pauca, [e] vbi quæ ex argento donata viſuntur, eorum pleraque iſtius ſunt. Et præter argentum, immenſam vim auri dedicauit: poſuitque cùm alia, tũ verò (quod præcipua mentione dignum eſt) pateras aureas, numero ſex, pondo triginta talẽtorum: quæ in Corinthiorum theſauro collocata ſunt. licet is theſaurus (ſi vera loqui volumus) non Corinthii populi ſit, ſed Cypſeli Eetionis filii. Ita Gyges, barbarorum quos ipſi nouimus pri-

a Vt qui non dimitteretur, nec vllam effugiendi facultatem haberet, ſed cui neceſſe eſſet aut per.

b Cuius, *videlicet Gygis*, mem.

c Sed id demum tamen Pythia erat loquuta,

d regno occupato.

e Sed cũ alia plurima ex argento Delphis ſunt ab eo poſita, tum verò etiam præter arg.

τῷ ἀπιπύναι,

τῷ ὁπλοισι

τῷ δημοσίῃ τῷ δόσι

τοῦ ἀπιπύναι, ἢ τὸν δεσπότεα ἀποκτεῖναι, ἢ αὐτὸν ὑπ' ἀλλων ἀπόλλυσθαι. αἱρέεται αὐτὸς σωθῆναι. ἐπηρώτα δὴ λέγων τάδε, Ἐπεί με ἀναγκάζεις δεσπότεα τὸν ἐμὸν κτείνειν, σὺκ ἐθέλοντα, φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσωμεν αὐτῷ. ἡ δ', Ἐκ τοῦ αὐτοῦ μοὶ χωρίου ἡ ὁρμὴ ἔσται ὀθνηίου καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξατο γυμνήν· ὑπνωμένῳ δ' ἡ ἐπιχείρησις ἔσται. Ὡς ἤρτυσάν τε τὴν ἐπιβουλὴν, νυκτὸς γινομένης, (οὐ γὰρ μετίετο ὁ Γύγης, οὐδὲ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμία, ἀλλ' ἔδεε ἢ αὐτὸν ἀπολωλέναι, ἢ Κανδαύλεα) εἵπετο ἐς τὸν θάλαμον τῇ γυναικί. καί μιν ἐκείνη, ἐγχειρίδιον δοῦσα, κατακρύπτει ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. καὶ μετὰ ταῦτα, αἰσθομένου Κανδαύλεω, ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην Γύγης· τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἰαμβοποιὸς, ἐν ἰάμβῳ τετραμέτρῳ ἐμνήσθη. ἔσχε δὴ τὴν βασιληίην, καὶ ἐκρατύνθη οὐκ τῷ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίῳ. ὡς γὰρ δὴ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος, καὶ ἔνοπλοι ἦσαν, συνέβησαν ἐς τωὐτὸ οἵ τε τοῦ Γύγεω στρατιῶται καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοὶ, ἢν μὲν δὴ ὁ χρηστήριον αἰνέῃ μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν, πρῶτα βασιλεύειν· ἢν δὲ μὴ, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν. αἰνῆσαι τε δὴ τὸ χρηστήριον, καὶ ἐβασίλευσεν οὕτω Γύγης. τοσόνδε μέντοι εἶπεν ἡ Πυθίη, ὡς Ἡρακλείδῃσι τίσις ἥξει ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. τούτου τοῦ ἔπεος Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πρὶν δὴ ἐπετελέσθη. τὴν μέν δὴ τυραννίδα οὕτως ἔσχον οἱ Μερμνάδαι, ἀπὸ Ἡρακλείδας ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψε ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα· ἀλλ' ὅσα μέν ἐστι χρυσέου ἀργύρεου ἀναθήματα ἐστὶν οἱ πλεῦνα ἐν Δελφοῖσι πάντες δὲ τοῦ ἀργύρεου, χρυσὸν ἀπλετον ἀνέθηκε, ἄλλον τε, καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστί, κρητῆρες οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀναχάσται. ἑστᾶσι δὲ οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, σταθμὸν ἔχοντες τεσσεράκοντα τάλαντα. ἀληθέϊ δὲ λόγῳ χρεωμένῳ, οὐ Κορινθίων τοῦ δήμου ἐστὶν ὁ θησαυρὸς, ἀλλὰ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος. οὕτω δὴ ὁ Γύγης, πρῶτος

βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδρυμα, ἐς Δελφοὺς ἀνέθηκεν ἀναθήματα, μετὰ Μίδεω τοῦ Γορδίεω, τὸν Φρυγίης βασιλῆα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μίδης τοῦτον βασιληίων θρόνον, ἐς τὸν προσκατίζων ἐδίκαζεν, ἐόντα ἀξιοθέητον. κεῖται δὲ ὁ θρόνος ὅπου ἐνθαῦτα περ οἱ τοῦ Γύγεω κρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος τὸ οὔνομα ἀνέθηκεν, ὡνομασμένος Δελφῶν καλέεται Γυγάδας, ὅτι τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην. ἐστρατεύσατο μὲν νυν καὶ οὗτος ἐπὶ Μίλητόν τε καὶ ἐπὶ Σμύρνην, καὶ Κολοφῶνος ὅδ' ἄρξε εἶλεν. ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυοῖν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα. τοῦτον μὲν πρήσσομεν, πρόσω ὅτι μνησθέντες.

Ἄρδυος δὲ τοῦ Γύγεω καὶ Γύγεω βασιλεύσαντος μνήμην ποιήσομαι. οὗτος δὲ Πριηνέας τε εἶλε, ἐς Μίλητόν τε ἐστράτευσε. ὅτε τούτου τε τυραννεύοντος Σαρδίων, Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν νομάδων ἐξαναστάντες, ἀπίκοντο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἷλον. Ἄρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἐνὸς δέοντα πεντήκοντα ἔτεα, ἐξεδέξατο Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος, καὶ ἐβασίλευσε ἔτεα δυώδεκα. Σαδυάττεω δέ, Ἀλυάττης. τοῦτον δὲ Κυαξάρης τε τοῦ Δηιόκεω ἀπόγονος ἐπολέμησε, καὶ Μήδοισι. Κιμμερίους τε ἐκ τῆς Ἀσίης ἐξήλασε· Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷλε, ἐς Κλαζομενὰς τε ἐστράτευσε. ἀπὸ μὲν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ πρὸς πολλοὺς μεγάλως. ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδέξατο ἐὼν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀξιαπηγητότατα τάδε· ἐπολέμησε Μιλησίοισι, τοῦτον δὲ ἐδέξατο πόλεμον παρὰ τοῦ πατρός. ἐπελαύνων γὰρ ἐπολιόρκησε τὴν Μίλητον ὧδε τῷ τρόπῳ τοιῷδε· ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἀδρὸς, τηνικαῦτα ἐστράτευε τὴν στρατιήν. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικείου τε καὶ ἀνδρείου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῆς ἀγροῦ οὔτε κατέβαλλεν, οὔτε ἐνεπίμπρη, οὔτε θύρας κατέαττε, ἔα δὲ καὶ χωρίς ἑστάναι· ὁ δὲ πατέων τε δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὅκως ἀφανὲς φθείρειεν, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. τῆς γὰρ θαλάσσης κρατέοντες Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε πρὸς ἔργον μὴ εἰ ἐργόντων τῇ στρατιῇ. τὰ δὲ οἰ-

mus, munera apud Delphos posuit, secundum Midam Gordii filium, Phrygiæ regem. Nã & Midas obtulit regiam sellam, in qua sedens iura solitus dicere erat, rẽ spectaculo dignam: [a] quod tribunal eodem quo Gyges obtulit loco, vocitatur à Delphis Gygadas, eius *videlicet* qui obtulit cognomine. Is igitur postquam imperio potitus est, arma intulit Mileto & Smyrnæ, vrbémque Colophonem vi cepit. Nec aliud vllum præclarum facinus ab eo gestum est, quũ duodequadraginta annos regnauerit. Et hunc quidẽ nos, his duntaxat de eo commemoratis, missum facimus.

a Quæ sella eodem loco posita est quo Gygis pateræ: vocatúrque à Delphis hoc aurum & argentum à Gyge oblatum, Gygæum, eius *videl.*

Ardyis autem eius filii faciemus mẽtionem, qui post Gygem regnauit. Hic Prienenses expugnauit, & Miletum inuasit: quo [b] Sardium tyrannidem obtinente, Cimmerii à Scythis Nomadibus eiecti è sedibus suis, in Asiam transierunt, Sardísque præter arcem ceperunt. Quum autem vndequinquaginta regnasset annos, successit Sadyattes Ardyis filius, regnauítque annis duodecim. Sadyattæ successit Alyattes, qui cum Cyaxare Deiocis nepote bellauit & Medis: Cimmeriósque exegit ex Asia, Smyrnam etiam à Colophone conditam cepit, & Clazomenas inuasit. [c] Vnde nõ quemadmodum optabat discessit, sed vehementer euentu frustratus. Alia quoque opera, quum in imperio fuit, dignissima memoratu edidit, quæ hæc sunt. Bello quod gessit cum Milesiis, à patre traditum, hac ratione Miletum illuc transgressus obsidebat: Dum fruges in regione erant adultæ, tunc exercitum immittebat, procedens in expeditionem ad cantum fistularum, fidiúmque, ac tibiæ tã muliebris quàm virilis. Quúm que in in agrum Milesium peruenerat, non ædificia quæ in agris erant, diruere, non incendere, non fores effringere, sed incolumes esse passim sinere: arboribus modò fructibúsque regionis peruastatis, rursus se recipiebat. Nam Milesii mare obtinebant, vt opus nõ esset hosti illic considere. Ædificia

b Sardiũm regno potiente,

c Vnde nõ cum eo quem optabat exitu discessit,

autem idcirco Lydus non excidebat, vt [a] & Milesii habẽtes vnde procederent, humum fererẽt colerẽntque: & quum hoc illi fecissent, ipse cum exercitu ingressus haberet aliquid quod popularetur. Hæc faciens, vndecim oppugnauit annis: per quos [b] duo ingentia vulnera accepere Milesii: vnum, in Limeneio (quod est ipsorum regionis) pugna cõmissa, alterum in campo Mæandri. Horum vndecim annorum sex adhuc apud Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Milesiam tunc inuaserat, & idem bellum conflauerat: quinque reliquis eius filius Alyattes, bellum quod à patre acceperat (vt à me superius cõmemoratum est) intentius administrauit: in quo bello Milesios nulli ex Ioniis subleuauerunt, præter Chios, qui soli fuere auxilio: reddentes vicem [c] quòd aliquando Milesii Chiis bello quod cum Erythræis gerebant, auxilia tulissent. Duodecimo autẽ anno incensis ab exercitu segetibus, hoc rei fieri contigit: Segetes vt erant incensæ, [d] valido vigente vento, celerrimè peruaserunt Mineruæ tẽplum, cognomine Assesiæ, quo incendio templum deflagrauit. [e] Neque vllius momenti ea res in præsentia habita est: sed quum post exercitus reditum Sardis Alyattes decubuisset, diuturniúsq; ægrotaret, Delphos misit ad deum de sua valetudine scisciratum, siue alieno siue suopte consilio ad mittendum inductus. Nunciis autẽ, quũ Delphos peruenissent, se reddituram responsum Pythia negauit, priusquam templũ Mineruæ reparassent, quod in terra Milesiorum apud Assesum concremassẽt. Ita actũ esse ego [f] Delphis accepi: sed Milesii his illa addunt, Periãdrum, Cypseli filium, quum audisset oraculum Alyatti redditum, misisse nuncium ad Thrasybulum, tunc [g] Milesiorũ tyrannum (cuius in primis erat familiaris) admonitũ vt aliquid prospiciẽdo sibi cõsuleret in præsens. Et Milesii quidem ita id gestum memorãt. Alyattes autem, vbi hæc ipsi nũciata fũt, cõfestim

a Vt postea prodeuntes Milesii possent terram serere & colere: & quum, &c.

b Duas ingentes clades acc.

c Quòd antea Milesii cum Chiis bellum aduersus Erythræos gessissent.

d Vi venti adactæ, celerr.

e Neque res hęc eo ipso tempore cõsideratu digna visa est:

f Ego ex Delphis audiui.

g Milesiorũ regem (quocum illi hospitalis amicitia summa intercedebat) adm.

Ἀλυάττης δὲ, ὡς οἱ τῶν Μιλησίων ἐδέξατο τοὺς ἀγγέλους, αὐτίκα

ἔπεμπε κήρυκας ἐς Μίλητον, βουλόμενος σπονδὰς ποιήσασθαι Θρασυβούλῳ τε καὶ Μιλησίοισι χρόνον ὅσον αὐτῷ τὸν νηὸν οἰκοδομῇ. ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἰών· Θρασύβουλος δὲ σαφέως προπεπυσμένος πάντα λόγον, καὶ εἰδὼς τὰ Ἀλυάττης μέλλοι ποιήσειν, μηχανᾶται τοιόνδε· ὅσος ἦν ἐν τῷ ἀστει σῖτος καὶ ἐωυτοῦ καὶ ἰδιωτικός, τοῦτον ἅπαντα σταναγαγὼν ἐς τὴν ἀγορὴν, προεῖπε Μιλησίοισι, ἐπεὰν αὐτὸς σημήνῃ, τότε πίνειν τε πρὸς ἀλλήλους καὶ κώμῳ χρᾶσθαι ἐς ἀλλήλους. Ταῦτα δὲ ἐποίεε τε καὶ προηγόρευε Θρασύβουλος, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως αὐτὴ ὁ κήρυξ ὁ Σαρδιήιος, ἰδών τε σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον, καὶ τοὺς αὐθρώπους ἐν εὐπαθείῃσι ἐόντας, ἀγγείλῃ Ἀλυάττῃ. τὰ δὴ καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ δὴ ἰδών τε ἐκεῖνα ὁ κήρυξ, καὶ εἰπὼν πρὸς Θρασύβουλον τὰς ἐντολὰς τοῦ Λυδοῦ, ἀπῆλθε ἐς τὰς Σάρδις, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο ἡ διαλλαγή. ἐλπίζων γὰρ ὁ Ἀλυάττης σιτοδείην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ, ἤκουε τοῦ κήρυκος νοστήσαντος ἐκ τῆς Μιλήτου τοὐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. μετὰ δέ, ἢ τε διαλλαγὴ σφι ἐγένετο, ἐπ' ᾧτε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι καὶ συμμάχους· καὶ δύο τε αὐτῷ ἐνοικοδομήσατο τῇ Ἀθηναίῃ ἐνηοδόμησεν ὁ Ἀλυάττης ἐν τῇ Ἀσησῷ, αὐτός τε ἐκ τῆς νούσου ἀνέζη. καὶ τὰ μὲν πρὸς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Ἀλυάττῃ ὧδε εἶχε.

Περίανδρος δὲ ὁ Κυψέλου παῖς, τῷ ὁ τῶν Θρασυβούλῳ ὑποθήκην μαντήιον μηνύσας. ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου, τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δὲ σφι Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θῶυμα μέγιστον παρασχεῖν. Ἀρίονα Μηθυμναῖον ὑπὲρ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθυραμβοποιὸν, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ· τοῦτον Ἀρίονα λέγουσι, τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην· ἐκπερασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι. ὁρμᾶσθαι δὲ μιν ἐκ Τάραντος,

intra se Veneri, si ea nocte secum coiret Amasis, (hoc enim ipsius fuisse machinamentum aduersus illud malum) statuam Cyrenas se illi missuram. Concepto autem voto, coiit statim cum ea Amasis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat: ac postmodū eam perquàm valde dilexit. Et Ladice votum deæ persoluit, facta statua Cyrenásque missa, quæ ad meam vsque memoriam incolumis erat, extra vrbem Cyrenensem posita. Hāc Ladicen Cābyses, posteaquam AEgypto potitus est, cognito quænam esset, Cyrenas illæsam remisit. Donauit item Amasis dona quæ misit in Græciam: Cyrenas quidem, statuam Mineruæ inauratam, & sui imaginem pictura [a]adumbratam: Lindum autē, duo lapidea Mineruæ simulacra, & thoracem lineum spectaculo dignum: Samum verò, Iunoni bifarias sui imagines, quæ magno in templo erectæ erant post ianuas, ad meā vsque ætatem. Samum quidem, propter hospitium quod inter ipsum erat & Polycratem AEacis filium: Lindum autem, nullius hospitii gratia, sed quia templum quod Lindi est, Mineruæ feruntur extruxisse Danai filiæ, [b]postquam agnitæ sunt quum filios AEgypti fugerent. Hæc quidem donaria dedicauit Amasis, primúsque mortalium Cyprum cepit, tributariámque fecit prouinciam.

a Ad viuum expressam.

b Eò appulsæ quum f.

HERODOTI Halicarnaſſei hiſtoriarum liber tertius, qui inſcribitur, THALIA.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ Ἁλικαρνασσέως ἱστορίων τρίτη, ἐπιγραφομένη ΘΑΛΕΙΑ.

ADVERSVS A hunc Amaſin CAMBYSES Cyri filius, cõparato cùm ex aliis quib. imperabat, tũ ex Græcis Ionibus AEoliſbúſque, exercitu, bellum mouit ob hãc cauſam: Miſſo in AEgyptum [a] legato, Cambyſes petiit ab Amaſi filiam, & petiit cõſilio cuiuſdam AEgyptii, qui Amaſi erat infenſus quòd ſe potiſſimùm ex omnib[o] AEgypti medicis Amaſis ab vxore & liberis abſtraxiſſet, amandando in Perſas, quo tempore Cyrus ad Amaſin miſerat petitum ocularium medicum, omnium qui in AEgypto eſſent præſtantiſſimum. Ob id infenſus Amaſi ille AEgyptius, inſtitit ſuadere Cambyſi vt ab Amaſi filiã peteret: vt ille aut mœrore afficeretur data filia, aut nõ data, Cambyſi redderetur inuiſus. [b] Amaſis eam nec dare audebat, nec abnuere. nam & Cambyſem intelligebat non habiturũ illam vxoris loco, ſed pellicis: & Perſarum potẽtiam grauabatur horrebátque. Hæc reputans, ita ſibi faciẽdum ſtatuit: Erat Apriæ ſuperioris regis filia, nomine [c] Nitetis, vnica domi relicta, grandis atque ſpecioſa. Hanc puellam Amaſis veſtitu pariter & auro exornatam, pro ſua in Perſas dimittit. Quam quum poſt aliquãtum tempus Cambyſes ſalutaſſet, filiam Amaſis appellans, ipſa ad eum, Rem, inquit, rex, ignoras, ab Amaſi eluſus, qui me ornatu comptam tranſmiſit, tradens

a Caduceatore. *Sic alibi* κήρυκα *rectè Vertit* caduceatorem, *non* legatum.

b Amaſis, quum Perſ. potentiam grauaretur atque exhorreſceret, nec dare nec abnuere audebat. nam & Camb.

c Nitetis, valde procera & formoſa, ſola ex ea familia relicta.

ΕΠΙ τοῦτον δὴ τὸν Ἄμασιν Καμβύσης ὁ Κύρου ἐστρατεύετο, ἄγων καὶ ἄλλους τῶν ἤρχε, καὶ Ἑλλήνων Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, δι' αἰτίην τοιήνδε. πέμψας Καμβύσης ἐς Αἴγυπτον κήρυκα, αἴτεε Ἄμασιν θυγατέρα. αἴτεε δὲ ἐκ βουλῆς ἀνδρὸς Αἰγυπτίου, ὃς μεμφόμενος Ἄμασιν, ἔπρηξε ταῦτα, ὅτι μιν ἐξ ἀπάντων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἰητρῶν ἀποσπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων, ἔκδοτον ἐποίησε ἐς Πέρσας, ὅτε Κῦρος πέμψας τῶδε Ἄμασιν αἴτεε, ἰητρὸν ὀφθαλμῶν ὃς εἴη ἄριστος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ. ταῦτα δὴ ὁπλισάμενος ὁ Αἰγύπτιος, ἐνῆγε τῇ συμβουλίῃ, κελεύων αἰτέειν Καμβύσεα Ἄμασιν θυγατέρα· ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῷτο, ἢ μὴ δοὺς, Καμβύσῃ ἀπέχθοιτο. ὁ δὲ Ἄμασις τῇ δυνάμει τῶν Περσέων ἀχθόμενος καὶ δεδοικὼς, οὐκ εἶχε οὔτε δοὺς, οὔτε ἀρνήσασθαι. εὖ γὰρ ἠπίστατο ὅτι οὐχ ὡς γυναῖκά μιν ἔμελλε Καμβύσης ἕξειν, ἀλλ' ὡς παλλακήν. ταῦτα δὴ ἐκλογιζόμενος, ἐποίησε ταῦτα· ἦν Ἀπρίεω τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέος θυγάτηρ κάρτα μεγάλη τε καὶ εὐειδὴς, μούνη δὲ οἴκου λελειμμένη. οὔνομα δὲ οἱ ἦν Νίτητις. ταύτην δὴ τὴν παῖδα ὁ Ἄμασις κοσμήσας ἐσθῆτι τε χρυσῷ, ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα. μετὰ δὲ χρόνον ὡς μιν ἠσπάζετο, παρόδεν οἰωμάζων, λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ παῖς, Ὦ βασιλεῦ, οὐ μανθάνεις, ὃς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψε, ὡς

συμβουλῇ.

ἑωϋτοῦ θυγατέρα δίδοις, ἐοῦσαν τῇ ἀλη- A
θηίῃ Ἀπρίεω· καὶ ἐκεῖνος ἐόντα ἑωϋτοῦ δε-
σπότεα, μετ' Αἰγυπτίων ἐπαναστὰς ἐφό-
» νευσε. τοῦτο δὴ ὁ ἔπος καὶ αὐτὴ ἡ αἰτίη ἐγ-
» γενομένη ἤγαγε Καμβύσεα τὸν Κύρου, με-
» γάλως θυμωθέντα, ἐπ' Αἴγυπτον. ὥστε μὲν
» νυν λέγουσι Πέρσαι. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκειοῦν-
ται Καμβύσεα· φάμενοί μιν ἐκ ταύτης δὴ
τῆς Ἀπρίεω θυγατρὸς ἔμμεναι. Κύρον γὰρ
εἰ) τὸν πέμψαντα τῷδε Ἄμασιν ἐπὶ τὸν
θυγατέρα, ἀλλ' οὐ Καμβύσεα. λέγοντες ὄ B
ταῦτα, οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. οὐ μέντοι τοῦτό
λελήθασι αὐτούς (εἰ γάρ τινες ἄλλοι τὰ Περ-
σέων νόμιμα ὀρθῶς ἐπιστέαται, καὶ Αἰγύ-
πτιοι) ὅτι πρῶτα μὲν νόθον οὐ σφι νόμος ἐστὶ
βασιλεῦσαι, γνησίου παρεόντος· αὖθις δὲ, ὅτι
Κασσανδάνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρὸς ἦν
παῖς Καμβύσης, ἀνδρὸς Ἀχαιμενίδεω, ἀλλ'
οὐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτίης. ἀλλὰ παραπέ-
ποιθασι τὸν λόγον, πρὸς ποιθυμένοι τῇ Κύρου
οἰκίῃ συγγενέες εἶναι). καὶ ταῦτα μὲν ὧδε ἔχει. C
λέγεται δὲ καὶ ὧδε λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθα-
νός· ὡς τῶν Περσίδων γυναικῶν ἐσελθοῦσά
τις παρὰ τὴν Κύρου γυναῖκας, ὡς εἶδε τὴν
Κασσανδάνην παρεστεῶσαν τέκνα τε καὶ
μεγάλα, πολλῷ ἐχρήσατο τῷ ἐπαίνῳ, ὑπερ-
θωϋμάζουσα. ἡ δὲ Κασσανδάνη, ἐοῦσα τοῦ
103 » Κύρου γυνὴ, εἶπε τάδε· Τοιῶνδε μέντοι ἐμὲ
» παίδων μητέρα ἐοῦσαν Κῦρος οὐκ ἀτιμίην
» ἔχει· τὴν δ' ἀπ' Αἰγύπτου ὀπίκτητον, οὐ
» μιῇ πίδακι. τὴν μὲν ἀξιομάχεα, τῇ Νιτῆτι D
εἰπεῖν ταῦτα. τὴν δὲ οἱ παίδων καὶ πρεσβύ-
» τερον εἰπεῖν Καμβύσεα, Τοιγάρ, ὦ μῆτερ,
» ἐπεὰν ἐγὼ γένωμαι ἀνὴρ, Αἰγύπτου τὰ μὲν
» ἄνω, κάτω ποιέω· τὰ δὲ κάτω, ἄνω. ταῦτα
εἰπεῖν αὐτὸν ἔτεα ὡς δεκά κου γενόμενα, καὶ
ταῖς γυναιξὶ ἐν θωϋμασμῷ γενέσθαι· τὸν δὲ,
διαμνημονεύοντα, οὕτω δὴ, ἐπεί τε ἀνδρώθη,
καὶ ἔσχε τὴν βασιληίην, ποιήσασθαι τὴν ἐπ'
Αἴγυπτον στρατιήν. σὺν δὲ καὶ ἄλλό
ὑπερβάσιος τι τοιόνδε πρῆγμα γενέσθαι ἐς τὴν στράτευ- E
σιν ταύτην. ἦν τῶν ὑπασπιστέων Ἄμασις
ἀνὴρ γένος μὲν Ἁλικαρνησσεύς, οὔνομα δὲ οἱ
Φάνης, καὶ γνώμην ἱκανὸς, καὶ τὰ πολέμια
ἄλκιμος. οὗτος ὁ Φάνης μεμφόμενός κου τι
Ἄμασι, ἐκδιδρήσκει πλοίῳ ἐξ Αἰγύπτου,

tibi pro ſua, quum reuera ſim Apriæ filia, quem ille dominum ſuum cum AEgyptiis rebellans interemit. [a] Hic ſermo extitit cauſa quæ Cambyſem Cyri filiũ vehementer indignatum induceret aduerſus AEgyptum. Atque ita quidem memorant Perſæ. AEgyptii autem Cambyſem ſuum vendicant, aſſerẽtes ex hac Apriæ filia illum eſſe genitum. Cyrum enim fuiſſe qui ad Amaſin miſerit ſuper filia, non Cambyſem. Quod quum dicunt non rectè dicunt: etſi eos hoc non latet. nam ſiqui alii, profectò & AEgyptii rectè norunt mores Perſarum: [b] apud quos illud in primis nefas eſt, illegitimum obtinere regnum, ſi adſit legitimus. Præterea Caſſandanes filius erat Cambyſes, Pharnaſpe viro Achæmenida genitæ, non mulieris AEgyptiæ. Sed AEgyptii [c] rem geſtam tranſferunt, fingentes ſibi cum Cyri familia intercedere cognationem. & hæc quidem ita ſe habent. Cæterùm ille ſermo mihi non probatur, quo dicitur mulierem quãdam Perſidem ad vxores Cyri introgreſſam, quum liberos Caſſandanes aſſiſtentes forma ac ſtatura egregia conſpicaretur, ſupramodum admirabundam magnis tuliſſe illam laudibus: eíque Caſſandanem (quæ Cyri eſſet vxor) ita dixiſſe, Me, quæ talium filiorum ſum mater, Cyrus contemptui habet, præponens quandam ex AEgypto ancillam. Videlicet infenſam Niteti iſta dixiſſe: & ei maximum natu filiorum Cambyſem ſubieciſſe, Ego verò tibi mater, quum in virilem ætatem adoleuero, ſumma AEgypti reddã ima, & ima, ſumma. idque dixiſſe circiter decem natum annos, admirantibus mulieribus. Et quum in virilem adoleuiſſet ætatem, & regnum obtinuiſſet, huius rei memorẽ, AEgypto bellũ intuliſſe. Acceſſit huc & aliud quiddã, ad hanc ſumendã expeditiõnẽ. Erat quidã auxiliariorũ Amaſis, nomine Phanes, genere Halicarnaſſeus, vir cõſilio prçſtãs, & in re bellica ſtrenuꝰ. hic Phanes neſcio quid Amaſi ſuccẽſes, nauigio profugit ex AEgypto,

a Hic ſermo & hæc cauſa vel accaſio interueniẽs Camb. Cyri fil. veh. ſtomachatũ aduerſus AEgyptum impulit.

b Primùm quidem per legẽ non licere vt illegitimus regnum obtineat, quum legitimus adeſt: deinde, Caſſand. filium fuiſſe Cambyſem, Phar.

c Rem ita narrant vt inuertant.

volens in colloquutionem venire Cambysis. Eũ Amasis (quòd inter auxiliares nõ parui momẽti esset, quódque de rebus AEgypti nonnihil compertissimũ haberet) insequi statuit, adhibita diligentia assequendi. Itaque ad hominem insequendum mittit cum triremi eunuchorũ fidissimum, qui Phanem assequutus in Lycia cepit, sed non reduxit in AEgyptum, [a] ab illo prudentia superatus. Nam Phanes inebriatis custodibus abiit in Persas, Cãbysémque molientem aduersus AEgyptum expeditionẽ, & quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentem, adiit. Eique cùm alias Amasis res exposuit, tum verò quæ ad trãsmittẽdum pertinebant, suadens, ad regem Arabum mitteret oratum vt sibi tutum præberet trãsitum. Hâc enim duntaxat patet ingressus in AEgyptum. Nam à Phœnice [b] vsque ad montes Cadytis, quæ est vrbs eorum Assyriorum qui nunc Palæstini vocantur: ab vrbe Cadyti nõ minore (vt mea fert opinio) quàm Sardis, emporia secundum mare vsque ad vrbem Ienysum, Arabicæ ditionis sunt. Ab vrbe Ienyso rursus Syriacæ, vsque ad lacum Serbonidis, iuxta quem Casius mons pertingit ad mare. A Serbonidis lacu in quo Typhó fertur occultatus, deinceps iam AEgyptus est. Hoc tamen intercapedinis quod est inter vrbem Ienysum & mõtem Casium & lacum Serbonidis, nõ exiguus tractus est, sed itineris instar trium dierum, vehemẽter aridus. Verùm quod pauci eorum qui in AEgyptum nauigãt, notum habent, hoc dicere institui. Ex omni Græcia, & præterea ex Phœnice, portatur in AEgyptum bis quotannis [c] vas fictile vini plenum: & tamen ibi ne vnum quidem numero (vt sic dicam) vas vinarium fictile aspici [d] vacuum potest. Vbinam (dicat aliquis) hæc vasa consumuntur? hoc quoque ego depromã. Præfecti prouinciarum necesse habẽt ex sua quisque vrbe colligere vasa testacea quæ Memphin portẽtentur: eadem è Memphi alii aqua impleta portare in hæc arida Syriæ loca.

a Phanes enim eum astutia circumuenit. Nam inebriat. custod.

b Vsque ad fines Cadytis, quæ est vrbs eorum Assyriorum qui Palæst.

c *Vel, Amphora vini plena. sic & in sequẽtibus. Vel potius, Amphora vini plena, & sit positus singul. pro plurals.*

d *Vox respõdens huic in textu Gr. nõ habetur: sed ex παίδων, quod ibi legitur factum fuit παυὸν, id est, Vacuum.*

A βουλόμενος Καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐς λόγους. οἷα δὲ ἐόντα αὐτὸν ἐν τοῖσι ὑπηκόοισι λόγου οὐ μικροῦ, ὑπεμάθησάν τε καὶ ταῦτα Αἰγυπτίων ἀπεκέατο, μεταδιώκει ὁ Ἄμασις, ναυσὶ ταύτῃσι πιθόμενος ἐλεῖν. μεταδιώκει δὲ, τὸν βίνουχον τῶν πιστοτάτων ἀποστείλας τεκμήρεται κατ' αὐτὸν, ὃς αἱρέει μὲν τὸν Λυκίη, ἑλὼν δὲ, οὐκ ἀνήγαγε ἐς Αἴγυπτον. σοφίῃ γὰρ μιν παρῆλθε ὁ Φάνης. καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους, ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας. ὡρμημένῳ δὲ Καμβύσῃ στρατεύεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν οὕκως τὴν ἀνυδρον διεκπερᾶν, ἐπελθὼν φράζει καὶ τάλλα τὰ Ἀμάσιος πρήγματα· ἐξηγέεται δὲ καὶ τὴν ἔλασιν, ὧδε πρηνέως· πέμψαντα τοῦτον Ἀραβίων βασιλέα, δέεσθαι τὴν διέξοδον οἱ ἀσφαλέα παρέχειν. μούνη γὰρ ταύτῃ εἰσὶ φανεραὶ ἐσβολαὶ ἐς Αἴγυπτον. ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι Συρίων τῶν Παλαιστινῶν καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐούσης πόλιος (ὡς ἐμοὶ δοκέει) Σαρδίων οὐ πολλῷ ἐλάσσονος· ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐστι τῆς Ἀραβίου. ἀπὸ δὲ Ἰηνύσου, αὖτις Συρίων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, πρὸς ἣν ὁ Κάσιος ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος Τυφὼ κεκρύφθαι, ἀπὸ ταύτης ἤδη Αἰγύπτος. ὁ δὴ μεταξὺ Ἰηνύσου πόλιος, καὶ Κασίου τε οὔρεος καὶ τῆς Σερβωνίδος λίμνης, ἐὸν τοῦτο οὐκ ὀλίγον χωρίον. ἀλλ' ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδὸν, ἄνυδρόν ἐστι δεινῶς. ὅ δὲ ὀλίγοι τῶν ἐς Αἴγυπτον ναυλομένων ἐννενώκασι, τοῦτο ἔρχομαι φράσων. ἐς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάσης, καὶ τοὐς ἐκ Φοινίκων, κεράμιος ἐσάγεται πλήρης οἴνου δὶς τοῦ ἔτεος ἑκάστου. καὶ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κείμενον ὐκέτι, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, εἰδέαζ. κοῦ δῆτα (εἴποι τις ἄν) ταῦτα ἀναισιμοῦται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω. δεῖ μὲν δὴ μοῦνον ἕκαστον συλλέξαντα ἐκ τῆς ἑωυτοῦ πόλιος πρῶτα τὸν κέραμον, ἄγειν ἐς Μέμφιν· τοὺς δὲ ἐκ Μέμφιος ἐς ταῦτα δὴ τὰ ἄνυδρα τῆς Συρίης κομίζειν, πλήσαντας ὕδατος.

Φοινίκης

Φοίνικες

ὕτω ὁ ἐμφοιτέων κέρσμος, καὶ ξαιρεόμε- A
νος ἐν Αἰγύπτῳ ὑπὸ τῶν παλαιῶν, κομίζε-
ται ἐς Συρίην. οὕτω μὲν νῦν Πέρσαι εἰσὶ οἱ
τὸν ἐσβολὴν ταύτην ποιεύμενοι καὶ δὴ τότε
ἐς Αἴγυπτον, καὶ δὴ τὰ εἰρημένα, ἐλθόντες
ὕδατι, ἐπεί τε πάχισα προέλαβον Αἴγυ-
πτον· τότε δὲ οὐκ ἐόντος ἐν ὕδατος ἑτοίμου,
Καμβύσης πυθόμενος τῦ Ἁλικαρνησσέος
ξείνου, πέμψας ἐς Ἀραβίους ἀγγέλους, καὶ δεηθεὶς τῆς ἀσφαλείης, ἔτυχε· πί-
στις δοὺς τε καὶ δεξάμενος παρ' αὐτῶν. σέβον- B
ται δὲ Ἀράβιοι πίστις αἰνεσιφόρων ὁμοίως τοῖ-
σι μάλιστα. ποιεῦνται δὲ αὐτὰς τῷδε τῷ τρόπῳ τοιῷ-
δε· τῶν βουλομένων τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, θή-
λεος ἀνὴρ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἑστεὼς,
λίθῳ ὀξέι τὸ εἶσω τῶν χειρῶν τῶν τοὺς δα-
κτύλους τοὺς μεγάλους ἑκατέρου τῶν ποι-
ουμένων τὰς πίστις· καὶ ἔπειτα λαβὼν ἐκ τῦ
ἱματίου ἑκατέρου τὸ κροκύδιον, ἀλείφει τὰ
ἄθλατα ἐν μέσῳ κειμένους λίθους ἑπτά. τῦτο 104
δὲ ποιέων, ἐπικαλέεται τόν τε Διόνυσον καὶ C
τὴν Οὐρανίην. ἐπικαλέσαντος δὲ τούτου τὰ τὰ, ὁ τὰς πίστις ποιησάμενος τοῖσι φί-
λοισι, πρεσβυτάτην τὸν ξείνον, ἢ καὶ τὸν αὐτὸν, ἰῶν
ὥσε ἐς αὐτὸν ποιέεται. οἱ δὲ φίλοι, καὶ αὐτοὶ
τὰς πίστις δικαιοῦσι σέβεσθαι. Διόνυσον δὲ
τὸν μουνωθέντα τὴν Οὐρανίην ἡγέονται εἶ-
ναι· καὶ τῶν τριχῶν τὴν κουρὴν κείρεσθαι φα-
σὶ, κατάπερ αὐτὸν Διόνυσον κεκάρθαι.
κείρονται δὲ κατὰ κόλακα, περιξυρεόμενοι
τοὺς κροτάφους. οὐνομάζουσι δὲ τὸν μὲν D
Διόνυσον, Οὐροτάλτ· τὴν δὲ Οὐρανίην, Ἀλιλάτ. ἐπεὶ ὦν τὴν πίστιν τοῖσι ἀγ-
γέλοισι τοῖσι παρὰ Καμβύσεω ἀπιγμένοισι ἐποιήσατο ὁ Ἀράβιος, ἐμηχανᾶτο τοιάδε· ἀσκοὺς καμήλων πλήσας ὕδατος, ἐπέ-
σαξε ἐπὶ τὰς ζωὰς τῶν καμήλων πάσας·
τῦτο δὲ ποιήσας, ἤλασε ἐς τὴν ἄνυδρον, καὶ
ὑπέμεινε αὐτοῦ τὸν Καμβύσεω στρατόν.
τῷδε μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἴρηται. E
δεῖ δὲ καὶ ἕτερον ἧσσον πιθανὸν (ἐπεί γε δὴ λέ-
γεται) ῥηθῆναι. ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ
Ἀραβίῃ τῷ οὔνομα Κόρις· ἐκδιδοῖ δὲ οὗτος ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασ-
σαν. ἀπὸ τούτου δὴ ὧν τῦ ποταμοῦ λέγε-
ται τὸν βασιλέα τῶν Ἀραβίων, ῥαφάμενον ὠμοβοέων καὶ τῶν ἄλλων δερμά-
των ὀχετὸν μήκει ἐξικνεύμενον ἐς τὴν ἄνυδρον, ἀγαγεῖν ἀφ' δὴ τούτων τὸ ὕδωρ.

[a] ita hydriæ superueniẽtes in AEgypto sumptæ, ad veteres, in Syriam portantur. Atque hunc in modum quem dixi aqua cõtracta, Persæ vsi fuerunt, qui hoc ingressu apparato quamcelerrimè AEgypto potiti sũt. Sed tũc, quum in expedito aqua nõ esset, Cambyses, audito hospitis Halicarnassei consilio, missis ad regẽ Arabum nuntiis tutum iter precatus, obtinuit, data acceptáque inuicem fide. Seruant autem fidem Arabes inter homines vt qui maximè, quam hunc in modum dant: Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter vtrosque stans, acuto lapide ferit volam, iuxta maiores digitos eorum qui fœtus ineunt. Deinde sumpto flocco ex vtriusque vestimento, inungit eo sanguine septem lapides in medio positos, inter inungendum inuocãs Dionysum & Vraniam. Hoc acto, idẽ qui fuit sequester fœderis inter amicos contrahendi, vadatur hospitem, aut fortè ciuem, si cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipsi quiamicitiã contraxerunt, seruare iustũ censent. Dionysum quem Vrotalt, & Vraniam quã Alilat appellant, solos deos esse arbitrãtur. [b] Et quemadmodum Dionysum, ita puellarum capillũ tondere aiunt. tondentur autem in rotundum, tempora subradẽtes. Igitur postquam fœdus cum nuntiis iniit Arabs, talem rem commẽtus est: Camelos omnes, posteaquam vtribus camelinis aqua completis onerauit, egítque ad loca humore carentia, ibi Cãbysis exercitum præstolabatur. Ex iis quæ narrantur, hoc quod dixi propius fidem est, tamen id quoque quod minus credibile est, quandoquidem refertur, cõmemorare debeo. Est magnũ in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur rubrum: ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bouinis aliisque crudis coriis consutũ, tãta lõgitudine produxisse, vt ad loca arida per illũ aquã produceret:

a Ita amphoræ quæ inuehuntur, sumptæ in Ægypto, vltra veteres in Syriam portãtur. Et quidem Persæ ii sunt qui hunc in Ægyptũ transitum appararunt, contracta, vt modò dixi, aqua, simulatque occuparunt Ægyptũ. *Intellige autem Vltra Veteres, pro eo quod est, Vltra eas quæ iam antea ibi erant.*

b Eodémque modo quo tonsus est Dionysus, tonderi se aiunt.

inque ipso arido solo ingentes cisternas fodisse, qua recepta aqua potum suppeditarent. Et quum sit à flumine ad terram aridam duodecim dierum via, per tres aquæ ductus in totidem partes aquam deduxisse.

A ἐν δὲ τῇ ἀνύδρῳ μεγάλας δεξαμενὰς ὀρύξασθαι, ἵνα δεκόμενοι τὸ ὕδωρ σώζωσι. ὁδὸς δ' ἔστι δυώδεκα ἡμερέων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐς ταύτην τὴν ἄνυδρον. ἄγειν δὲ μιν διὰ ὀχετῶν τριῶν ἐς τρία χωρία.

Cæterùm apud Nili ostium quod dicitur Pelusium, habebat castra PSAMMENITVS Amasis filius, Cambysem opperiens. Nam Amasin Cambyses in AEgyptum progressus non viuum nactus est, sed defunctum, quum quatuor & quadraginta annis regnasset: per quos nihil admodũ calamitatis est expertus. defunctúsque & sale conditus est, & in sepulchris quæ ipse ædificauerat, situs intra templum. Sub eius autem filio Psammenito maximũ extitit AEgyptiis portentum: Apud Thebas AEgyptias (quod neque prius vnquam neque postea ad meam vsque ætatem contigit, vt ipsi Thebani aiunt) pluit. [a] Thebis tamen tunc pluit guttis. Persæ porro vbi siccanea peragrauerunt, subsedere, vicini AEgyptiis, tanquã iam [b] congressuri. Ibi AEgyptiorum auxiliarii Græci & Cares, Phani qui externum exercitum in AEgyptum abduxisset, infensi, hoc rei in illũ sunt machinati: Filios qui erant à Phane relicti in AEgypto, in castra perduxerunt, atque in conspectũ patris, positóque in medio duorum exercituum cratere: dehinc productos singulos puerorum super craterem obtruncauerunt. Omnibus interfectis, vinum & aquam in craterẽ intulerũt: quo sanguine epoto, auxiliares ita conflixerunt. Acri prælio commisso, perquam multis vtrinque cadentibus, in fugam vertuntur AEgyptii. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edoctus: Ossa eorum qui in acie cecidêrunt, quum iacerent fusa, vt ab initio distincta fuerant, seorsum erant Persarum, aliorsum AEgyptiorum: sed Persarum capita adeo fragilia sũt, vt si velis ferire, vel solo calculo perforare possis:

B Ἐν δὲ τῷ Πηλουσίῳ καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου ἑστρατοπεδεύετο ΨΑΜΜΗΝΙΤΟΣ ὁ Ἀμάσιος παῖς, ὑπομενέων Καμβύσεα. Ἄμασιν γὰρ οὐ κατέλαβε ζωντα Καμβύσης ἐλάσας ἐπ' Αἴγυπτον. ἀλλὰ βασιλεύσας ὁ Ἄμασις τέσσερα καὶ τεσσερήκοντα ἔτεα, ἀπέθανεν. ἐν τοῖσι οὐδὲν οἱ μέγα ἀέκητον πρῆγμα συνενείχθη. ἀποθανὼν δέ, καὶ ταριχευθεὶς, ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῇσι τῇσι ἐν τῷ ἱρῷ, τὰς αὐτὸς οἰκοδομήσατο. ἐπὶ Ψαμμενίτου δὲ τοῦ Ἀμάσιος βασιλεύσαντος Αἰγύπτου, φάσμα Αἰγυπτίοισι μέγιστον δὴ ἐγένετο. ἐγένετο γὰρ Θήβῃσι αἱ Αἰγύπτιαι, οὔτε πρότερον οὐδαμὰ ὑσθεῖσαι, ὕστερον, τομέζει ἐμοί, ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι. οὐ γὰρ δὴ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τοῦτο γε πάντα· ἀλλὰ καὶ τότε ὑσθῆναι αἱ Θῆβαι ψεκάσι. ⓓ δὲ Πέρσαι, ἐπεί τε διεξελάσαντες τὴν ἄνυδρον, ἵζοντο πέλας τῶν Αἰγυπτίων, ὡς συμβαλέοντες, ἐνθαῦτα οἱ ἐπίκουροι οἱ τοῦ Αἰγυπτίου, ἐόντες ἀνδρες Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, μεμφόμενοι τῷ Φανῇ ὅτι στρατὸν ἤγαγε ἐπ' Αἴγυπτον ἀλλόθροον, μηχανῶνται τοιῆνδε· ἔσαν τῶν Φανῇ παῖδες ἐν Αἰγύπτῳ καταλελειμμένοι· τοὺς ἀγαγόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἐς ὄψιν τοῦ πατρὸς, κρητῆρα ἐν μέσῳ ἑσησαν ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων· μετὰ δὲ, ἀγινέοντες κατ' ἕνα ἕκαστον τῶν παίδων, ἔσφαζον ἐς τὸν κρητῆρα. ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῖσι τελευταίοισι τῶν παίδων, οἶνόν τε καὶ ὕδωρ ἐσεφόρεον ἐς αὐτόν. ἐμπιόντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες οἱ ἐπίκουροι, οὕτω δὴ συνέβαλον. μάχης δὲ γενομένης καρτερῆς, καὶ πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πολλῶν, ἐτράποντο ⓓ Αἰγύπτιοι. θῶυμα δὲ μέγα εἶδον αὐτόθεν ἐὼν τῶνδε τῶν ὀστέων. τῶν μὲν γὰρ ὀστέων τῶν ἐκ τῆς μάχης ταύτης πεσόντων (χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περσέων ἐκέετο τὰ ὀστέα, ὡς ἐχωρίσθη κατ' ἀρχὰς, ἑτέρωθι δὲ, τῶν Αἰγυπτίων) αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαὶ εἶσι ἀδυνέες οὕτω ὥστε εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετρησαι ἐξ

οὐδὲν οἱ μέγα ἀέκητον

a Nam in superiore Ægypto penitus non pluit. Thebis tamen, &c.

b Legit συμβαλέοντες & ἐσ. nostri cod. habent.

αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, οὕτω δή τι ἰσχυραί, ὡς μόγις αἱ λίθῳ παίσας διαῤῥήξειας. αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἔλεγον (καὶ ἐμέ γ' εὐπετέως ἔπειθον) ὅτι Αἰγύπτιοι μὲν, αὐτίκα ἀπὸ παιδίων ἀρξάμενοι, ξυρῶνται τὰς κεφαλὰς, καὶ τοῖσι τὸν ἥλιον παχύνεται τὸ ὀστέον. τοῦτο δὲ τοῦτο καὶ μὴ φαλακροῦσθαι αἴτιόν ἐστι. Αἰγυπτίων γὰρ αἰεὶ τις ἐλαχίστους ἴδοιτο φαλακροὺς πάντων ἀνθρώπων. τούτοισι μὲν δὴ τοῦτό ἐστι αἴτιον ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς. τοῖσι δὲ Πέρσῃσι ὅτι ἀσθενέας φορέουσι, αἴτιον τόδε· σκιητροφέουσι ἐξ ἀρχῆς, πίλοισι πάρεργα τὰ φορέοντες. τοῖσι μὲν νυν τοιαῦτα. Εἶδον δὲ καὶ ἄλλα ὁμοῖα τούτοισι ἐν Παπρήμι, τῶν ἅμα Ἀχαιμένεϊ τῷ Δαρείου ἀπεφθαρέντων ὑπὸ Ἰνάρου τοῦ Λιβυος. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἐπεὰν τῆς μάχης ὡς ἐτράποντο, ἔφυγον ἀδόκητοι κόσμῳ. κατειληθέντων δὲ ἐς Μέμφιν, ἔπεμπε αὐτὰ ποταμοῦ Καμβύσης νέα Μιτυληναίῃ κήρυκα ἄγουσαν ἄνδρα Πέρσην· ἐς ὁμολογίην προκαλεόμενος Αἰγυπτίους. Ὡς δὲ, ἐπεί τε τὴν νέα εἶδον ἐσελθοῦσαν ἐς τὴν Μέμφιν, ἐκχυθέντες ἀλέες ἐκ τοῦ τείχεος, τήν τε νέα διέφθειραν, καὶ τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες, ἐφόρεον ἐς τὸ τεῖχος. οἱ μὲν δὴ Αἰγύπτιοι μετὰ τοῦτο πολιορκεύμενοι, χρόνῳ ὕστερον ἐδεήθησαν· οἱ δὲ περιοικέοντες Λίβυες, δείσαντες τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον γενόμενα, παρέδοσαν σφέας αὐτοὺς ἀμαχητί· καὶ φόρους τε ἐτάξαντο, καὶ δῶρα ἔπεμπον. ὡς δὲ Κυρηναῖοι καὶ Βαρκαῖοι, δείσαντες ὁμοίως ἅτε οἱ Λίβυες, τοιαῦτα ἐποίησαν. Καμβύσης δὲ τὰ μὲν παρὰ Λιβύων ἐλθόντα δῶρα, φιλοφρόνως ἐδέξατο· τὰ δὲ παρὰ Κυρηναίων ἀπικόμενα μεμφθεὶς, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι ἦν ὀλίγα. ἔπεμψαν γὰρ δὴ πεντακόσια μνέας ἀργυρίου οἱ Κυρηναῖοι· τοῦτο δραασόμενος, ἀπέσκιρτησε τῇ χειρὶ διαπερῶν τὸν στρατόν.

Ἡμέρῃ δὲ δεκάτῃ ἀπ' ἧς ἔλαβε τὸ τεῖχος τὸ ἐν Μέμφι Καμβύσης, κατίσας ἐς τὸ πρυτανήιον τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον, βασιλεύσαντα μηνὰς ἓξ, τοῦτον κατίσας σὺν ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι, διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ποιέων τάδε. στείλας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἐσθῆτι δουλείῃ, ἐξέπεμπε ἐπ' ὕδωρ ἐχούσας ὑδρήιον· σὺν δὲ

A AEgyptiorum autem ita firma, vt ea vix ictu lapidis [a] elidas. Cuius rei causã hanc illi reddebant, (facilè mihi persuadentes) quòd AEgyptii statim à pueris radere capita incipiunt, & os capitis ad solem redditur cõpactum. Quæ eadem causa est non caluescẽdi. nã ex omnibus hominibus pauciſſimos quis AEgyptios caluos videat. His igitur hoc causæ est cur robusta capita gestẽt. At Persis cur fragilia sint capita, id in causa est quòd à principio assuefiunt operire capita, gestantes pilea tiarásque. [b] Hæc ego huiusce- B modi ossa vidi. Vidi itẽ alia istis similia in Papremi, eorum qui vnà cum Achæmene filio Darii ab Inaro Libye sunt cæsi. AEgyptii quoque postquam ex acie terga dederunt, nullo ordine fugam capessunt. Ad quos, quum se recepissent Mẽphin, misit Cãbyses aduerso flumine nauĩ Mitylenęam cum caduceatore viro Persa, qui illos ad deditionẽ hortaretur. Isti vbi nauim aduenta- C re Memphin vident, frequentes ex vrbe effusi, nauim corrũpunt, virósque frustatim dilaniatos in oppidum afferunt. Et AEgyptii quidem [c] post hæc obsessi aliquã- diu restiterunt. Libyes verò id animaduertentes, eadem sibi quæ AEgypto contigissent veriti, sese citra pugnam dediderunt, tributúmque inter se partiti dona miserunt. Cyrenæi quoque ac Barcæi itidem vt Libyes timentes, similia & ipsi fecêre. Cãbyses munera quæ à Libybus venêre, per- D benignè accepit: quæ autẽ à Cyrenæis, succensens, vt opinor, quòd exigua erant. quingentas enim minas argẽti miserãt, quas sua manu prehensas, dispersit in milites.

Decimo autem die quàm muros Memphis cepisset Cambyses, Psammenito AEgyptiorum rege, qui sex omnino regnarat [d] an- d nos, collocato in suburbanis, ignominiæ gratia, cũ AEgyptiis aliis, hoc fecit vt eius animũ experiretur: Filiã illius, vestitu seruili circumdatam, cum hydria ad aquam emisit: & cum ea simi- E

a Perfringas.

b Et hæc quidẽ ita se habent.

c Obsessi tandẽ ad deditionẽ venerũt. At Libyes vicini eadẽ, &c.

d Menses. *nam μῆνας & in Vulg. edit. & in Vet. cod. legitur.*

χρ' φιλοπάμως

χρ' παιδὶ

liter indutas alias quas delegerat, primorum virorum filias virgines. Quæ vbi ad patres peruenerunt cum eiulatu ploratúque, cæteri quidem patres conſpectis filiabus tã malè acceptis, viciſſim vociferati ſunt atque fleuerunt: Pſammenitus autem intuens atque intelligés, humi vultum demiſit. Prætergreſſis puellis aquam ferentibus, ſecundo loco Cambyſes ante oculos Pſammeniti miſit filium eius cũ duobus millibus AEgyptiorum æqualis ætatis, vinctas fune ceruices & frænata ora habentibus. Ducebantur autem luituri pœnas his Mitylenæis qui cum naui fuerãt ad Memphin obtruncati. Ita enim cenſuerant regii iudices, pro ſingulis ſuorum interfectis denos primorum AEgyptiorum interficiendos. Pſammenitus prætereuntes intuẽs, & filium animaduertens duci ad mortem, aliis AEgyptiis qui circumſedebant complorantibus, *ac indignè ferentibus*, ipſe idem quod erga filiam fecit. His quoque prætergreſſis, accidit vt quidam [a] compotorum eius natu grandior, priſtinis bonis delapſus, ac nihil habens niſi quæ inops mendicabat, obiret exercitum, necnon Pſammenitum alióſque AEgyptios in ſuburbanis conſidentes. Quem vt cõſpexit Pſammenitus erumpente ingente fletu, compellans nomine amicum, caput ſuũ cædebat. Aderant autem ei tres obſeruatores, qui vt quicquid ab illo fiebat, ex omni viãrum exitu Cambyſi renuntiarent. [b] Ea quæ fiebant admiratus Cãbyſes, miſſo nuntio Pſammenitum percõtatus eſt, inquiens, Pſammenite, herus te Cambyſes interrogat quamobrem tu, qui viſa filia indignè affecta, viſo etiam filio ad mortem eũte, neque eiulaſti neque fleuiſti, pauperem tanti feceris, tibi (vt ab aliis audiuit) non propinquum. Et Cambyſes quidem ita interrogauit: Pſammenitus autẽ his verbis reſpõdit, Fili Cyri, domeſtica mala erãt maiora quã vt poſſẽ ea deflere: at lamẽtatio amici digna lacrymis fuit, qui è multis ac fortunatis opib' ad inopiã recidit, in extremo limine ſenectutis.

a Conuictorũ.

b Quod factum admir.

A καὶ ἄλλας παρθένους ἀπολέξας αὐθρώπων τῶν πρώτων, ὁμοίως ἐσταλμένας τῇ περ βασιλέος. ὡς δὲ βοῇ τε καὶ κλαυθμῷ παρῆσαν αἱ παρθένοι πρὸς τοὺς πατέρας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἀνεβόων τε καὶ ἀνέκλαιον, ὁρέοντες τὰ τέκνα κακακεχαρμένα· ὁ δὲ Ψαμμενίτος, προϊδὼν καὶ μαθὼν, ἔκυψε ἐς τὸ γλῶ. παρελθουσέων δὲ τῶν ὑδροφόρων, δεύτερα οἱ τὸν παῖδα ἐξέπεμπε μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων ἡλικίην ἐχόντων. τοῦτο B ὃ αὐχένας καὶ χεῖρας δεδεμένους ἦγον, καὶ τὰ στόματα ἐγκεχαλινωμένους. ἄγοντο δὲ ποινὴν τίνοντες Μιτυληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀποληφθεῖσι σὺν τῇ νηΐ. τοῦτο γὰρ ἐδίκασαν οἱ βασιλήιοι δικασταί, τὸν ἄνδρὸς ἑκάστου δέκα Αἰγυπτίων τῶν πρώτων ἀντὶ πάντων ἀπολέσθαι. ὁ δὲ, ἰδὼν παρεξιόντα, καὶ μαθὼν τὸν παῖδα ἀγόμενον ἐπὶ θάνατον, τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων τὰ πρεσβυτήρια αὐτὸν κλαιόντων, τοιοῦτο ἐποίησε ὃ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρί. C παρελθόντων δὲ καὶ τούτων, σεσιωπήκει ὥστε τὸν σύμποτέων οἱ ἄνδρα ἀπηλικίτερον ἐκπεπλωκότα ἐκ τῶν ἐόντων, ἐγγύτατά τε ἐόντα, εἰ μὴ ὅσα πλωχός, καὶ προσαιτέοντα τοῦ στρατιοῦ παρεόντα, Ψαμμενίτου τε τοῦ Ἀμάσιος, καὶ σὺν ἐν τῷ προαστείῳ κατημένους Αἰγυπτίων. ὁ δὲ Ψαμμενίτος ὡς εἶδε, ἀνακλαύσας μέγα, καὶ καλέσας ὀνομαστὶ τὸν ἑταῖρον, ἐπλήξατο τοῦ κεφαλοῦ· ἦσαν δ' ἄρα αὐτοῦ τρεῖς φύλακοι, οἳ ὃ ποιεύμενον πρὸ ὀξὺ ἐκείνου ἐπ' ἑκάστῃ ὁδῷ, Καμβύσῃ ἐσήμαινον. θωυμάσας δὲ ὁ Καμβύσης D ὃ ποιεύμενον, πέμψας ἄγγελον, ἠρώτα αὐτὸν, λέγων τάδε, Δεσπότης σε Καμβύσης Ψαμμενίτε ἐρωτᾷ δι' ὅ τι δὴ τοῦ μὲν θυγατέρα ὁρέων κεκακωμένην, καὶ τὸν παῖδα ὁκοῖ θάνατον εἶχοντα, οὔτε ἀνέβωσας, οὔτε ἀνέκλαυσας, σὺ δὲ πλωχόν, (τοῦτον σοι τῶν προσηκόντων, ὡς ἄλλων πυνθάνομαι) ἐτίμησας. ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἐπηρώτα. ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, Ὦ παῖ Κύρου, τὰ μὲν οἰκήια E ἰῶ μέζω κακὰ ἦν ὥστε ἀνακλαίειν· ὃ δὲ τοῦ ἑταίρου πάθος, ἄξιον ἰῶ δακρύων· ὃς ἐκ πολλῶν τε καὶ βὐδαιμόνων ἐκπεσὼν, ἐς πλωχὸν ἀπῖκται, ὁκοῖ γήραος οὐδῷ.

[a] πρεσβυτήρια
[b] κλαιόντων, καὶ θυγατρὶ ποιεύντων, τοιοῦτο
[c] καὶ ποιεύμενα,
[d] ἀνεκλαυσας,
[e] πυνθάνεται

106 καὶ ταῦτα ὡς ἀπενεχθέντα ὑπὸ τούτου, οὗ A
περὶ σφ. δοκέειν οἱ εἰρῆσθαι. ὡς δὲ λέγεται ὑπὸ Αἰγυπτίων, δακρύσαι μιν Κροῖσον (ἐτετεύχεε γὰρ καὶ τοῦτο ὑπερφυῶς Καμβύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον) δακρύσαι δὲ Περσέων τοὺς παρεόντας. αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἶκτον τινα· καὶ αὐτίκα κελεύσαι τὸν τε οἱ παῖδα ἐκ τῶν ἀπολυμένων σώζειν, καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ προαστείου ἀναστήσαντας, ἄγειν πρὸς ἑωυτόν. οἳ μὲν δὴ παῖδα οὐκέτι μετιόντες, ὑκέτι τετευτέοντα, ἀλλὰ τεθνεῶτα καταλαμβάνουσι. αὐτὸν δὲ Ψαμμενίτον ἀναστήσαντες, ἤγαγον παρὰ Καμβύσεα· ἔνθα τὰ λοιπὰ διαπρήσσετο, ἔχων οὐδὲν βίαιον. εἰ δὲ καὶ ἐπιστήθη μὴ πολυπραγμονέειν, ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον, ὥστε ὑπερθυμήσας αὐτός. ἐπεὶ τιμᾶν ἐώθασι Πέρσαι τῶν βασιλέων τοὺς παῖδας τῶν, καὶ σφέων ἀποστέωσι, ὅμως τοῖσί γε παισὶ αὐτῶν ἀποδιδοῦσι τὸ ἀρχεῖον. πολλοῖσι μὲν νυν καὶ ἄλλοισι ἔστι καταμαθεῖν ὅτι τοῦτο οὕτω νενομίκασι ποιέειν· ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε, τὸν Λίβυος Ἰνάρω παῖδα Θαννύρα, ὃς ἀπέλαβε τὸ οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχεῖον· καὶ τὸν Ἀμυρταίου Παυσίρι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπέλαβε τὸ τοῦ παιδὸς ἀρχεῖον. καίτοι Ἰνάρω τε καὶ Ἀμυρταίου οὐδαμοί κω Περσέων κακὸν πλέον ἐργάσαντο. νῦν δὲ μηχανώμενος κακά ὁ Ψαμμενίτος, ἐφάνη τὸν μισθόν· ἀπιὼν γὰρ Αἴγυπτίους ἦλω. ἐπεί τε ὑπ' ἐπαίσιος ἐγένετο ὑπὸ Καμβύσεω, αἵματι ταύρου πιών, ἀπέθανε παραχρῆμα. οὕτω μὲν δὴ οὗτος ἐτελεύτησε. D

Καμβύσης δὲ ἐκ Μέμφιος ἀπίκετο ἐς Σαΐν πόλιν, ἐπιθυμήσας ποιῆσαι τὰ δὴ καὶ ἐποίησε. ἐπεί τε γὰρ ἐσῆλθε ἐς τὰ τοῦ Ἀμάσιος οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε ἐκ τῆς ταφῆς τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω. ὡς δὲ ταῦτα ἐπετελέα ἐγένετο, μαστίζειν τὸν νέκυν ἐκέλευε, καὶ τὰς τρίχας ἀποτίλλειν, καὶ κεντοῦν, καὶ τἆλλα πάντα λυμαίνεσθαι. ἐπεί τε δὲ καὶ ταῦτα ἔκαμνον ποιεῦντες, (ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς, ἅτε τεταριχευμένος, αὐτείχέ τε καὶ οὐδὲν διεχέετο) ἐκέλευσέ μιν ὁ E Καμβύσης κατακαῦσαι· ἐντελλόμενος ἃ οὐκ ὅσια. Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ· διὸ οὐδ' ἂν αὐτοὶ κατακαίειν τοὺς νεκροὺς, οὐδαμῶς ἐν νόμῳ ὀνομαστέοισι ἔστι, Πέρσῃσι μὲν, δι' ὅσπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι νέμειν νεκρὸν ἀνθρώ-

[a] Hæc vbi responsa ab hoc renũtiata sunt, visus est illis Psammenitus, vt ab AEgyptiis fertur, rectè respondisse. Crœsúsque dicitur illacrymasse, item qui aderant Persæ, ipsíque Cambysi cõmiserationem subiisse, vt protinus iusserit & filium ex his qui morti addicti essẽt liberari, & patrem è suburbanis excitatum ad se perduci. Sed filiũ quidem qui adierunt, nõ iam superstitem inuenerunt, sed primo loco truncatum: ipsum verò Psammenitũ excitatum adCambysem perduxerunt: vbi reliquum vitæ vixit, nihil violentum passus. Qui si cõpertus fuisset non affectasse res noüas, accepisset AEgyptum vt eam procuraret. Nam consueuerunt Persæ in honore habere filios regum: & etiamsi qui ab eis defecerint, tamen illorum filiis restituere principatũ. Quod eos ita facere cõsuesse, cùm aliis permultis potest probari documentis, tum verò hoc, quòd Thannyra Inari Libyis filius recepit quem pater obtinuerat, principatum: quòdque Pausiris Amyrtæi filius & ipse paternum recuperauit imperium. [b] Nec ipsis Inaro & Amyrtæo quicquã amplius à Persis irrogatum est. Nũc Psammenitus malè cogitãs, mercedem accepit. nam quũ ad defectionem AEgyptios induxisset, captus est: ac deinde à Cambyse conuictus, epoto cruore taurino, statim expirauit. Atque hunc in modum iste decessit.

a Hæc quum ab isto renuntiata essent, visus est Psammenitus rectè respondisse. ferúntq; Ægyptii, Crœsum (nã hic quoque à Cambyse in Ægyptũ adductus fuerat) eósque qui aderant Persas illacrymasse.

b Quamuis nulli Persas pluribus malis quàm Inarus & Amyrtæus affecissent. Verùm Psammenitus quum fraudẽ moliius esset, mercedem accepit. Deprehensus enim Ægyptios ad defectionem sollicitare, ac deinde à Cambyse conuictus, &c.

Cambyses autem è Memphi vrbem Sain abiit, animo faciendi quæ fecit. Etenim simulatque in ædes Amasis ingressus est, imperauit cadauer Amasis è conditorio afferri: deinde prolatũ verberibus cædi ac vellicari, & stimulis pungi, [c] omnì denique contumelia infestari. Quod facientes postquam defatigati erant, (nam cadauer vtpote salitũ resistebat, nec quicquam omnino elidebatur) iussit cremari: haudquaquã sancta iubens: quia Persæ deum ignem esse arbitrantur, & apud neutros moris est cremare cadauera: apud Persas quidem, propter id quod dictum est, quia nefas esse aiunt deo depasci cadauer homi-

c *Vel*, Omnibus denique modis vexari.

nis: apud AEgyptios autem, quia persuasum habẽt ignem animatam beluam esse, & omnia quæ nascũtur deuorare, & postquam deuorando fuerit expleta, vnà cum ipsa re deuorata emori. Nõ esse verò apud eos consuetudinẽ mortuum beluis tradendi, sed saliendi, tum ob id, tum ne humatus deuoretur à vermibus. Ita neutris consuetam rem iussit ági Cambyses. Quanquam (vt ipsi aiunt AEgyptii) non Amasis fuit qui ista passus est, sed alius quidã AEgyptius eadem quàm Amasis ætate: quem Persæ Amasin arbitrantes vexauerunt. Memorãt enim, Amasin, quum ex oracvlo audisset quæ circa se defunctum futura essent, hoc modo rei venturæ medendum putasse, vt hũc hominem qui flagellatus erat, mortuũ [a] ad postes sepeliret extra conditorium suum, se autem in cõditorii quam intimo recessu collocari filio mandaret. Mihi tamen non videntur hæc ab initio Amasis fuisse mandata de sua & alterius hominis sepultura, sed aliâs ab AEgyptiis adornata.

a Ad fores intra cõditoriũ suum.

Secvndvm hæc Cambyses constituit [b] trifarium mouere bellum, aduersus Carthaginienses, aduersus Ammonios, aduersus AEthiopes macrobios, *id est longæuos*, qui Africã ad australe mare incolunt. & aduersus quidem Carthaginienses, nauticas copias: aduersus autem Ammonios, peditatum: aduersus verò AEthiopes, prius exploratores mittere, per speciem dona ferendi illorũ regi, spectatum illic mensam Solis, nũquid reuera esset: simúlque res AEthiopicas exploratum. Solis autem mensa talis esse memoratur: est in suburbanis pratum, omnium quadrupedum assa refertum carne, quam per noctem singuli ciuiũ magistratus properant ponere: ad eámque, vbi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc autem ipsa à terra reddi assiduè indigenæ aiũt. Et mẽsa quidem quæ Solis vocatur, talis esse fertur. Cambyses autẽ vbi statuit exploratores dimittere,

b Triplex.

A που· Αἰγυπτίοισι δὲ νενόμισται πῦρ θηρίον εἶναι ἔμψυχον· πάντα δὲ αὐτὸ καταθῆν τὰ-
χεῖ αἰ λάβῃ· πλησθὲν δὲ αὐτὸ τῆς βορῆς, σὺν ἀποθνήσκειν τῷ κατεδηδεκότι. οὐκων
θηρίοισι νόμος οὐδαμῶς σφί ἐστι τὸν νέκυν διδόναι. καὶ ἀπὸ ταύτα τοιεῦσι, ἵνα μὴ
λιμὸς ἐὼν τοῦ θηρίων καταβρωθῇ. οὕτω δὲ τετάχθαι νομίζομενα ἐνετέλλετο ποιέειν ὁ
Καμβύσης. ὡς μὲν οἱ Αἰγύπτιοι λέγουσι, οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παθών, ἀλλὰ ἄλ-
B λός τις τῶν Αἰγυπτίων, ἐὼν τοῦ αὐτοῦ ἡλικίην Ἀμάσι· ὃν λυμαινόμενοι Πέρσαι, ἐ-
δόκεον Ἀμάσι λυμαίνεσθαι. λέγουσι γὰρ ὡς πυθόμενος ἐκ μαντηίου ὁ Ἄμασις τὰ περὶ
ἑωυτὸν ἀποθανόντα μέλοντα γίνεσθαι, οὕτω δὴ ἀχεόμενος τὰ ὑπαφερόμενα, ἐκ μὲν αὖ-
θις τοῦτον τὸν μαστιγωθέντα, ἀποθανόντα ἔθαψε ἐγγὺς τῆσι θύρῃσι ἐντὸς τῆς ἑωυτοῦ
οἰκήης, ἑωυτὸν δὲ ἐνετείλατο τῷ παιδὶ ἐν μυχῷ τῆς οἰκήης ὡς μάλιστα θεῖναι. αἱ μὲν
C νυν ἐκ τοῦ Ἀμάσιος ἐντολαὶ αὗται, αἱ εἰς ταφήιόν τε καὶ τὸν αὐθις τον ἔχουσαι, οὐ μοι
δοκέουσι ἐξαυτοῦ γενέσθαι, ἄλλως δ' αὖται Αἰγύπτιοι σεμνοῦσι.

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβουλεύσατο στρατηίας, ἐπί τε Καρχηδονίους, καὶ ἐπὶ Ἀμμωνίους, καὶ ἐπὶ τοὺς
μακροβίους Αἰθίοπας, οἰκημένους ἐν Λιβύῃ ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ. βουλευομένῳ δὲ οἱ
ἔδοξε, ἐπὶ μὲν Καρχηδονίους τὸν ναυτικὸν
D στρατὸν ἀποστέλλειν· ἐπὶ δὲ Ἀμμωνίους, τοῦ πεζοῦ ἀποκρίναντα· ἐπὶ δὲ τοὺς Αἰθίοπας,
κατόπτας πρῶτον, ὁμοῦ μενους τε τιμῇ ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι λεγομένοισι εἶναι ἡλίου
τράπεζαν, εἰ ἔστι ἀληθέως, καὶ ἄλλα κατοψομένους· δῶρα δὲ τῷ λόγῳ
φέροντας τῷ βασιλῆι αὐτέων. ἡ δὲ τράπεζα 107
τοῦ ἡλίου, τοιήδε τις λέγεται εἶναι· λειμὼν ἐστὶ
ἐν τῷ περιφοιτέῳ, ἐπίπλεος κρεῶν ἑφθῶν
πάντων τῶν τετραπόδων· ἐς τὸν τοὺς μὲν νύ-
E κτας ἐπιτηδεύοντας τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν
τέλεϊ ἑκάστους ἐόντας τῆς ἀστῶν, τοὺς δὲ ἡμέρης
δαίνυσθαι προσιόντα τὸν βουλόμενον. φαίνας
δὲ τοὺς ἐπιχωρίους ταῦτα τιμᾶν αὐτιμᾶν
ἀναδιδόναι ἑκάστοτε. ἡμὲν δὴ τράπεζα τοῦ
ἡλίου καλεομένη, λέγεται εἶναι τοιήδε. Καμ-
βύσῃ δὲ ὡς ἔδοξε πέμπειν τοὺς κατασκόπους,

αὐτίκα μετεπέμπετο ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος, τῶν ἰχθυοφάγων ἀνδρῶν τοὺς ἐπισταμένους τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν. ἐν ᾧ δὲ τούτους μετῆσαν, ἐν τούτῳ ἐκέλευε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλέειν τὸν ναυτικὸν στρατόν. Φοίνικες δὲ οὐκ ἔφασαν ποιήσειν ταῦτα· ὁρκίοισί τε γὰρ μεγάλοισι σφέας δεδέσθαι, καὶ οὐκ ἂν ποιέειν ὅσια ἐπὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἑωυτῶν στρατεύοντας. Φοινίκων δὲ οὐ βουλομένων, οἱ λοιποὶ οὐκ ἀξιόμαχοι ἐγίνοντο. Καρχηδόνιοι μὲν νυν οὕτω δουλοσύνην διέφυγον τὴν Περσέων. Καμβύσης γὰρ βίῃ οὐκ ἐδόκεε χρᾶσθαι Φοίνιξι, ὅτι σφέας τε αὐτοὺς ἐπέδωκαν Πέρσῃσι, καὶ πᾶς ὁ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς στρατός. δόντες δὲ καὶ Κύπριοι σφέας αὐτοὺς Πέρσῃσι, ἐστρατεύοντο ἐπ' Αἴγυπτον. ἐπεί τε δὲ ὁ Καμβύσῃ ἐκ τῆς Ἐλεφαντίνης ἀπίκοντο οἱ ἰχθυοφάγοι, ἔπεμπε αὐτοὺς ἐς τοὺς Αἰθιοπας, ἐντειλάμενος τά λέγειν χρεών· καὶ δῶρα φέροντας, πορφύρεόν τε εἶμα, καὶ χρύσεον στρεπτὸν περικαχλιον, καὶ ψέλλια, καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ φοινικηίου οἴνου κάδον.

Οἱ δὲ Αἰθιοπες οὗτοι ἐς τοὺς ἀπέπεμψε ὁ Καμβύσης, λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων. νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτοὺς κεχωρισμένοισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ δὴ καὶ τῷ βασιληίῃ τοιῷδε· τὸν ἂν τῶν ἀστῶν κρίνωσι μέγιστόν τε εἶναι, καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τῷ ἁρμόν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν. ἐς τούτους δὴ ὧν τοὺς ἄνδρας ὡς ἀπίκοντο οἱ ἰχθυοφάγοι, διδόντες τὰ δῶρα τῷ βασιλέι αὐτέων, ἔλεγον τάδε,

» Βασιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βουλόμενος φίλος τοι καὶ ξεῖνος γενέσθαι, ἡμέας τε ἀπέπεμπε, ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύων, καὶ δῶρα ταῦτά τοι διδοῖ, τοῖσι καὶ αὐτὸς μάλιστα ἥδεται χρεώμενος. ὁ δὲ Αἰθοψ, μαθὼν ὅτι κατόπται ἥκοιεν, λέγει πρὸς αὐτούς τοιάδε, Οὔτε ὁ Περσέων βασιλεὺς δῶρα ὑμέας ἔπεμψε φέροντας, τοῦτο μὲν οὐ πολλῶν ἐμοὶ ξεῖνος γενέσθαι· οὔτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθέα· ἥκετε γὰρ κατόπται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς. ὅστις ἐκεῖνος ἀνὴρ τυγχάνει δίκαιος, εἰ γὰρ ἐὼν δίκαιος, οὐδὲν ἂν ἐπεθύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἑωυτοῦ.

A continuò ab vrbe Elephantina accersit ex Ichthyophagis, *id est pisce vescentibus*, maximè gnaros AEthiopicæ linguæ. [a] Vsquedum isti veniunt, interea nauales copias Carthaginem versus nauigare iubet. verùm hæc exequuturos se Phœnices negauerunt. esse enim magno cum illis iurciurando se deuinctos: præterea non facturos sanctè si aduersus liberos suos militarent. nam cæteri Phœnicibus ire recusãtibus, ad pugnandum haud idonei B erant. Ita Carthaginẽses quominus in seruitutem Persarum redigerentur cuaserunt: quoniam Cambyses haud æquum ducebat vim afferre Phœnicibus, qui scipsos Persis dediderant, ex quibus nauticus omnis constabat exercitus. Sed & Cyprii qui aduersus AEgyptum in militia erant, sese & ipsi dediderant. Porro Cãbyses posteaquam ex vrbe Elephantina aduenerũt Ichthyophagi, eos ad AEthiopes misit, iussis cùm ea dicere quæ oporteret, tum dona ferre, amiculum purpureum, aureúmque torquem tortilem, & armillas, ac vnguẽti alabastrum, cadúmque vini [b] Phœnicei. C

AEthiopes autem ii ad quos misit Cambyses, ferũtur esse maximi omnium hominum atque pulcherrimi: diuersisque vti à cæterorum hominum ritibus, cùm aliis, tum verò hoc circa regnũ: quòd quem è popularibus maximum & pro magnitudine validum iudicant, hunc regem deligendum censent. Ad hos itaque D viros Ichthyopagi venerunt, offerentésque regi munera, ita loquuti sunt, Cambyses, Persarum rex, cupiẽs amicus tibi fieri atque hospes, nos misit, iubẽs vt in colloquium tuum veniremus, tibíque hæc dona daremus, quorum ipse vsu maximè delectatur. Ad hos AEthiops, gnarus ad explorandum veniſſe, talia respondit, Neque rex Persarum vos ideo cũ donis misit quòd magni faciat hospitium meum, neque vos vera loquimini, quippe qui ad E explorandum nostrum imperium veniſtis: neque iustus ille vir est. si enim iustus foret, non alienam regionem affectaret, sed esset sua contentus,

a Et interim dũ istos accerseret, nauales cop.

b Palmei.

nec homines à quibus nihil laceſſitus eſt in ſeruitutẽ redigeret. Ei nũc vos hunc arcum date, ita dicentes, Rex AEthiopum regi Perſarum conſilium [a] dat, quãdo Perſæ tam facilè trahent in tanta magnitudine arcus, tunc aduerſus macrobios AEthiopes cum maioribus copiis moueat bellũ: interim diis gratias habeat, qui non inducunt [b] filiis AEthiopum vt præter ſuam velint aliá comparare regionem. Hæc loquutus, arcũ laxauit, eíſque qui venerant dedit. Tum ſumpto purpureo amiculo, rogauit quidnam eſſet & quomodo confectum. & quum Ichthyophagi veritatem de purpura déque tinctura dixiſſẽt, Doloſi, inquit, homines, doloſa ſũt veſtimenta. Secũdo loco de auro ſciſcitatus, de tortili monili atque armillis, ornatum eius rei exponentibus Ichthyophagis, riſit, atque exiſtimans vincula eſſe, inquit robuſtiora apud ſe vincula eſſe. Tertiò ſciſcitatus de vnguẽto, quũ illi de confectura vngendíque ratione dixiſſent, idem dixit quod de veſtimento. Vbi [c] ad vinum peruenit, ciúſque conficiendi rationem audiuit, maiorẽ in modum delectatus potu, percontatus eſt quibúſnã rebus veſceretur rex, & quod longiſſimũ tempus à viro Perſa viueretur. Iſti dixerunt veſci regẽ pane, (expoſita tritici natura) perfectiſſimúmque diu viuẽdi ſpatium homini Perſæ proponi octoginta annos. Ad hæc AEthiops, Nihil ſe mirari inquit ſi ſtercore veſcẽtes, paucis viuerent annis. nam ne tot quidẽ annis victuros [d] niſi hoc potui acceptum referrent. affirmantibus Ichthyopagis ita eſſe de vino. (hoc enim ipſos Perſis ſubdidiſſe.) Interrogatus viciſſim rex ab Ichthyophagis de vita & victu, pleroſque è ſuis ait ad cẽtũ viginti annos peruenire, nonnullos etiam hos tranſcendere: dixit cibum eis eſſe carnem coctam: & potum, lac. Et quum exploratores de numero annorũ mirarentur, ad fontem quẽdam eos deduxit, in quo loti efficiũtur perinde atque oleo inuncti, violã

a Quum Perſæ tam facilè tendẽt tantę magnitudinis arcus, *quam facilè hunc à me tendi videtis*, tunc copiis ſupramodum magnis inſtructus macrobiis Æthiopibus bellum inferat.

b *Id eſt, AEthiopibus.*

c *Id eſt, Ad ſermonem de vino.*

d *Legit ἀνέφορον, ex qua lectione videtur & hic ſenſus elici poſſe,* Niſi potu illo vires refocillarent: Ichthyophagis vinum innues. in hoc enim ſe à Perſis vinci. Quũ autem viciſſim regem interrogarẽt Ichthyophagi de vita, &c. *At legẽdo ἀνέφορον, perinde fuerit ac ſi Gallicè dicas, S'ils ne detrempoyent leur viande d'vn tel breuuage.*

A οὔτ' ἂν ἐς δουλοσύνην ἀνθρώπους ἄγειν ἐπ' ὧν μηδὲν ἠδίκηται. νεῦ δὲ αὐτῷ τόξον τόδε διδόντες, τάδε ἔπεα λέγητε, Βασιλεὺς ὁ Αἰθιόπων συμβουλεύει τῷ Περσέων βασιλεῖ, ἐπειδὴ οὕτω εὐπετέως ἕλκουσι πρὸς τόξα Πέρσαι ἐόντα μεγάθεϊ τοσαῦτα, τότε ἐπ' Αἰθιόπας τοὺς μακροβίους πλήθεϊ ὑπερβαλλόμενον στρατεύεσθαι. μέχρι δὲ τούτων, θεοῖσι εἰδέναι χάριν, οἳ οὐκ ὑπὲρ νόον τρέπουσι Αἰθιόπων παισὶ γῆν ἄλλην προσκτᾶσθαι B τῇ ἑωυτῶν. Ταῦτα δὲ εἰπὰς, καὶ αἰεὶς ὁ τόξον, παρέδωκε τοῖσι ἥκουσι. λεξάων δὲ τὸ εἷμα τὸ πορφύρεον, ἤρετο ὅ,τι εἴη, καὶ ὅκως πεποιημένον. εἶπόντων δὲ τῶν ἰχθυοφάγων τὴν ἀληθείην περὶ τῆς πορφύρης καὶ τῆς βαφῆς, δολερούς μιν τοὺς ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτέων τὰ εἵματα. δευτέρῃ δὲ, ὡς χρυσὸν ἤρετο στρεπτὸν τὸν περιαυχένιον, καὶ τὰ ψέλλια. ἐξηγεομένων δὲ τῶν ἰχθυοφάγων τὸν κόσμον αὐτέων, γελάσας ὁ βασιλεὺς, καὶ νομίσας εἶναι σφέα πέδας, εἶπε ὡς παρ' ἑωυτοῖσι εἰσι ῥωμαλεώτεραι τουτέων πέδαι. τρίτον δὲ, ἤρετο ὅ μύρου. εἶπόντων δὲ τῶν ποιησίων περὶ καὶ ἀλείψιος, τὸν αὐτὸν λόγον τὸν καὶ περὶ τοῦ εἵματος εἶπε. ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον ἀπίκετο, καὶ ἐπύθετο αὐτοῦ τὴν ποίησιν, ἥδιστα δὴ πᾶσι ἀνθρώπων τοῦτο εἶναι πόμα τι, ἐπείρετο ὅ,τι τε σιτέεται ὁ βασιλεὺς, καὶ χρόνου ὁκόσου μακρότατον αἰὴν Πέρσης ζώῃ. οἱ δὲ, σιτέεσθαι μὲν τὸν ἄρτον εἶπον, ἐξηγησάμενοι τὴν πυρῶν τὴν φύσιν· ἀγδώκοντα δ' ἔτεα ζόης πλήρωμα εἶναι μακρότατον ἀνθρώπῳ περιγίνεσθαι. τοὺς δὲ Ταῦτα ὁ Αἰθιὴψ ἔφη, ΟΥ' δὲν θωῦμά ζῆν εἰ σιτεόμενοι κόπρον, ἔτεα ὀλίγα ζώοισι. τοῦδε μὲν οὐ τοσαῦτα δυνάσθαι ζώειν σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι αὐέφυσεν. φερέζωον τοῖσι ἰχθυοφάγοισι τὸν οἶνον. τοῦτο μὲν ἑωυτοὺς ὑπὸ Περσέων ἐσοδᾶσθαι. αὐτιεσμένων δὲ τὸν βασιλέα τῶν ἰχθυοφάγων τῆς ζόης καὶ διαίτης πέρι, E ἔτεα μιν ἐς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τοὺς πολλοὺς αὐτέων ἀπικνέεσθαι, ὑπερβαλλέειν δὲ τινας καὶ τοῦτο. σίτησιν δὲ εἶναι κρέα τε ἑφθὰ, καὶ πόμα, γάλα. θωῦμα δὲ ποιευμένων τῶν κατασκόπων περὶ τῶν ἐτέων, ὅτι κρήνην σφι ἀπήγησαντο, ἀπ' ἧς λουόμενοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, καὶ πάρεστι εἶναι ἐλαίου εἶη· ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς

108

αὐτέ.

αὐτῆς ὡσεὶ ἴων. ἀσθενὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς χρήνης ταύτης οὕτω δή τι ἔλεγον εἰ οἱ κατάσκοποι, ὥστε μηδὲν οἷόν τε εἶ ἀπ' αὐτῆς ἐπιπλέφν, μήτε ξύλον, μήτε τῶν ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα. δηλα δὲ πάντα σφέα χωρέφν ἐς βυσσόν. τὸ δὲ ὕδωρ τοῦτο, εἰ σφίσι ἀληθέως οἷόν τι λέγεται, ἀφ' τούτου αὖ εἶεν οὕτω τὰ πάντα χρεώμενοι μακρόβιοι. ἀπὸ τῆς χρήνης δὲ ἀπαλλασσομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον αἰδρῶν, ἔνθα τοῖς πάντας ἐν πέδῃσι χρυσέῃσι δεδέαται. ἐστὶ δὲ ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς ἀσημότατον καὶ ἀμιώτατον. ἐπισάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθηήσαντο καὶ τὸν τοῦ Ἡλίου λεγόμενον τράπεζαν. μετὰ δὲ ταύτην, τελευταίας ἐθηήσαντο τὰς θήκας αὐτέων, αἳ λέγον εἶ σκυδάζεσθαι ἐξ ὑέλου, τρόπῳ τοιῷδε. ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἐκμήνωσι, εἴτε δὴ κατάπερ Αἰγύπτιοι, εἴτε ἄλλως κως, γυψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν, γραφῇ κοσμέοισι, ἐξομοιοῦντες τὸ εἶδος ἐς τὸ δυνατόν· ἔπειτα δὲ οἱ περιστᾶσι τήλιον ἐξ ὑέλου πεποιημένον κοίλιον. ἐν δὲ σφι πολλὴ καὶ βύεργος ὀρύσσεται. ἐν μέσῃ δὲ τῇ τήλῃ ὁρέων δι' αφαίνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν ὀδεμίην ἀχθεῖν παρέχόμενος, οὔτε ἄλλο ἀφανὲς οὐδέν· καὶ ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νέκυϊ. ἐνιαυτὸν μὲν δὴ ἔχοισι τὸν τήλιον ἐν τοῖσι οἰκίοισι οἱ μάλιστα τετιμηκότες, πρωτογόνων ἀπαρχόμενοι, καὶ θυσίας οἱ προσάγοντες. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκομίσαντες, ἱστᾶσι περὶ τὴν πόλιν. θηησάμενοι δὲ τὰ πάντα οἱ κατάσκοποι, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω· ἀπαγγελόντων δὲ ταῦτα τούτων, αὐτίκα ὁ Καμβύσης ὀργῇ πεπονημένος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας· οὔτε προβασκευὴν σίτου ὁδεμίην προαγορεύσας, οὔτε λόγον ἑωυτῷ δοὺς ὅτι ἐς τὰ ἔσχατα γῆς ἔμελλε στρατεύεσθαι. οἷα δὲ ἐμμανής τε ὢν καὶ οὐ φρενήρης, ὡς ἤκουε τοὺς ἰχθυοφάγους, ἐστρατεύετο· Ἑλλήνων μὲν τοὺς πρεσβευτὰς αὐτοῦ ταύτας ἐντέλλεσθαι, ἐς δὲ πεζὸν πάντα ἅμα ἀγόμενος. ἐπεί τε δὲ στρατευόμενος ἐγένετο ἐν Θήβῃσι, ἀπέκρινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας· καὶ τούτοισι μὲν ἐνετέλλετο Ἀμμωνίους ἐξανδραποδισαμένους, τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς ἐμπρῆσαι· αὐτὸς δὲ τὸν λοιπὸν ἀγῶνα στρατὸν, ἦιε ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον

olentes. Eam aquam aiebant exploratores adeò inualidam vt in ea nihil innatare posset, ne lignū quidem, & quæ leuiora sūt ligno: sed omnia pessum ire in profundum. Hæc aqua si verè apud illos est qualis commemoratur, ideo macrobii, *id est longæui*, existūt, quòd ea semper vtuntur. Deinde à fonte rex istos ad carcerem deduxit, vbi viri omnes aureis vinculis erant alligati. est enim apud hos AEthiopes omnium rarissimum ac pretiosissimum æs. Inspecto carcere, exploratores inspexerunt & mēsam quæ dicitur solis. Post hanc ad extremum inspexere eorum sepulcra quæ dicūtur è vitro esse constructa, hūc in modum: Posteaquam mortuum siue AEgyptiorum siue aliorum more arefecerūt, totum gypso inducunt, picturáque exornantes repræsentāt quoad fieri potest effigiem eius: deinde cippum ei cauum è vitro, quod apud illos multum est & facilè effoditur, circumdant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neque fœditatis vllius exhibens, sed omnia ipsi illi mortuo similia habēs. Hūc cippum qui maximè sunt propinqui, intra ædes annum tenēt, offerētes ei omnium rerum primitias, hostiásque: anno exacto efferunt, circáque vrbē statuunt. Omnibus exploratores inspectis reuersi sunt. Qui quum ista renuntiassent Cambysi, continuò ira percitus aduersus AEthiopes exiit in expeditionem, neque rei frumētariæ apparatu indicto, neque secū ipso ratione inita quòd in extrema terrarum faceret expeditionem: sed veluti vesanus, nec mentis compos, simulátque Ichthyophagos audiit, profectus est cum omni peditatu, Græcis qui aderant illi, manere imperatis. Vbi ad Thebas est ventum, delegit de exercitu quinquaginta circiter millia, quibus præcepit vt Ammonios diriperēt, deinde oraculū Iouis incenderēt: ipse cū reliquis copiis aduersus AEthiopes cōtēdit. Sed antequā quintā

itineris partem confeciſſent, exercitum eius protinus commeatus omnis quem ſecum habebat, defecit: mox & iumenta ad veſcendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cābyſes ſi reſipuiſſet ac retroduxiſſet exercitum, in eo quod prius admiſerat peccato, vir ſapiens extitiſſet: nunc autem nihil penſi habens, aſſiduè proceſſit vlterius. Milites, quandiu quod de terra ſumerent habuerunt, herbis victitauerunt: at vbi ad ſabulum peruenêre, ibi nō nulli diram rem perpetrauerunt. nam ſortiti ex ſeipſis decimum quemque comederūt. Id audiēs Cambyſes, veritus ſuorum mutuam depaſtionem, intermiſſa aduerſus AEthiopes expeditione, retro rediit, Thebâſque peruenit, multis de exercitu amiſſis.

a Thebis autem iter faciebant, itineris duces habentes, & quum deſcendiſſ.

[a] Et quum è Thebis deſcendiſſet Memphin, Græcos miſſos fecit, vt illinc enauigarent. Et exercitus quidem aduerſus AEthiopes ita ſe geſſit.

Copiæ autem quæ aduerſus Ammonios miſſæ erant, è Thebis mouentes, itineris duces ſequebantur: [b] ac niſi ſunt vſquedū ad vrbem Oaſin peruenerunt, quam incolunt Samii ii qui ferūtur è tribu AEſchrionia eſſe, ſeptē dierum per arenas itinere diſtantem Thebis: quæ regio vocatur lingua Græca μακάρων νῆσος, *id eſt, beatorum inſula.* in hunc locū dicitur peruenisſe exercitus. Deinceps quid de eo actum ſit, præter Ammonios & eos qui ab his audierunt, nulli alii habent quicquam dicere. Nā neque ad Ammonios peruenerunt, neque retro reuerterunt. Ab ipſis autem Ammoniis demum fertur, quū illi ex vrbe Oaſi per arenam iter facerent, iámque medio ferè ſpatio inter Oaſin & Ammonios pranderent, ingruiſſe magnum ac validum auſtrum, & ingeſtis arenę cumulis eos obruiſſe, atque hunc in modum illos è conſpectu ſublatos. ita actum eſſe de hoc exercitu Ammonii memorant.

b Ac peruenisſe quidē eos vſque ad vrbem Oaſin conſtat, quam incolunt, &c.

Cambyſe autem Memphin regreſſo, Apis (quem Græci

ræ ferens Demaratus, reſpondit ſe vtrumque expertũ, illum verò non: & eam interrogationem Lacedæmoniis futuram initium plurimæ aut calamitatis aut felicitatis. Hæc loquutus, velato capite è theatro domum abiit, cõfeſtímque præparatum Ioui bouem immolauit: quo immolato, matrem accerſiit: quæ quum adueniſſet, poſitis in eius manus extis, mulierem his verbis obſecrauit, Per ego te mater cùm alios deos, tum Iouem hunc domeſticum, quem tãgo, precor, promas mihi veritatem: quiſnam reuera meus eſt pater? Nam Leutychides inter conuicia obiecit, te è priore viro grauidam, ita ad Ariſtonem veniſſe. Alii etiã dementius referentes, aiunt te ad domeſticum aſinarium ventitaſſe, illiúſque me filium eſſe. qua de re ego te adiens obſecro vt verum dicas. Siquid enim eorũ quæ dicuntur feciſti, non ſola feciſti, ſed quod multæ. Et multus de hac re Spartæ ſermo eſt, negãtium [b] Ariſtoni fuiſſe genituram ad filios procreandos. nam ſi fuiſſet, priores vxores fuiſſe cõcepturas. Hæc Demaratus. Cui mater ita reſpõdens, Fili, inquit, quoniam [c] precibus mecum agis vt dicam veritatem, omne tibi verum exponetur: Vt me domum Ariſtõ duxit, tertia quàm me duxerat nocte ſimulacrum tãquam Ariſtonis ad me venit; quod poſteaquã mecũ concubuit, [d] corona quam geſtabat, me circumdedit, atque abiit. Dehinc Ariſton aduenit, qui cernens me coronas habentem, ſciſcitabatur quiſnã mihi illas donaſſet. Ego ipſum dediſſe reſpondi: eóque id abnuente, iurauí, aſſerens non bene illum facere qui negaret, quippe qui paulo antè ingreſſus, vbi mecum coiiſſet, coronis me donaſſet. Ariſton, cernens me iurantem, intellexit eam rem diuinam fuiſſe. com-

a Quale illis eſſet magiſtratum gerere, qui antea regnauiſſent.

b Ariſtoni fuiſſe prolificum ſemẽ, nam ſi fuiſſ.

c Precibus inſtas mihi vt dic. ver.

d Coronas quas geſtabat mihi circũpoſuit. Et hoc quidem abiit, Ariſton autem poſtea venit.

pertúmque eſt illas coronas fuiſ-
ſe ſumptas ex heroico conditorio, quod eſt iuxta ianuam aulæ extructum, quod vocant Aſtrobaci: & vates eſſe hunc eundem heroem reſponderunt. Habes igitur fili ita vt volebas audire. aut enim ex hoc heroe genitus es, patérque tibi eſt Aſtrobacus heros, aut ex Ariſtone. nam ea tè nocte concepi. Verùm quod tibi præcipuè exprobrant inimici, quod Ariſtō, quum ei te natum eſſe nuntiatum eſt, multis audiẽtibus negauit te ſuum eſſe, quia tempus decem méſium non exiſſet, per inſcitiam talium rerum illi hoc verbum excidit. nã mulieres nouem etiam méſium ac ſeptem menſium partum edunt, non omnes decimum menſem explẽtes. ego autem fili ſeptimeſtrem te genui. Ipſe quoque Ariſton non diu pòſt agnouit [a] ſe per imprudentiam id verbum extuliſſe. Itaque alias orationes de tua genitura noli admittere, omnia enim veriſſimè audiſti. Nam quod ad aſinarios attinet, ipſi Leutychidi & iis qui talia loquuntur, ſuæ vxores de aſinariis pariãt filios. Hæc illa dixit. Demaratus auditis quæ volebat, ſumpto viatico per ſpeciẽ eundi Delphos ad oraculum conſulẽdum, Elin contendit. Eum ſuſpicati Lacedæmonii fugam capeſſiturum, inſequuti ſunt. Sed Demaratus iam ex Elide Zacynthũ traiecerat, quem illuc tranſgreſſi Lacedæmonii prehenderunt, eiúſque famulos: ſed Zacynthiis eum dedere abnuẽtibus, Demaratus illinc in Aſiam ad regem Darium traiecit: à quo magnificè exceptus eſt, territoriò que ac vrbibus donatus. Ita in Aſiã Demaratus abiit, ac tali fortuna vſus eſt, vir cùm aliis in multis factis dictiſque apud Lacedæmonios illuſtris, tũ quòd illis olympiadẽ palmã quadriiugo certamine reportauerat, rẽ ei⁹ ſolius, ad ea tẽpora, regũ Spartiatarum. Leutychidi autẽ Menaris filio, qui in regnum amoti Demarati ſucceſſerat, natus eſt filius Zeũ-

a Se per ſtultitiam id verbum emiſiſſe. Cætera autem quæ de tua genitura dicuntur, ne admittito.

A τῦτο μὲν, ⓐ τεφανοι ἐφαίνοσθε ἐόντες ἐκ τοῦ ἡρῴου τῦ ποδὸς τῆσι θύρῃσι τῆσι αὐλείῃσι ἱδρυμένου, ὃ καλέουσι Ἀστροβάκου· τῦτο δὲ, οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν τῦτον ἥρωα αἰαίρεον εἶναι. οὕτω δὴ ὦ παῖ ἔχει πολὺ ὅσον τι καὶ βούλεαι πυθέσθαι. ἡ γὰρ ἐκ τοῦ ἥρωος τούτου γέγονας, καί τοι πατὴρ ὅδε Ἀστρόβακος ὁ ἥρως, ἢ Αἰσίων. ἐν γάρ σε τῇ νυκτὶ ταύτῃ αἰαγρέομεν. τῇ δέ σευ μάλιστα καταπτόνται οἱ ἐχθροὶ, λέγοντες ὡς αὐτὸς ὁ Αἰσίων, ὅτε αὐτῷ B ἠγγέλθης γεγόμενος, πολλῶν ἀκουόντων οὐ φήσειέ σε ἑωυτοῦ εἶ. ⓑ χρόνον γὰρ τοὺς δέκα μιῦας οὐδένα ἐξῆκειν ἀνδρὶ τῷ τοιούτων κεῖνος τῦτο ἀπέρριψε τὸ ἔπος. τίκτουσι γὰρ γυναῖκες καὶ ἑπτάμηνα καὶ ἑπτά-μηνα, καὶ οὐ πᾶσαι δέκα μιῦας ἐκτελέσασαι. ἐγὼ δέ σε ὦ παῖ ἐπτάμηνον ἔτεκον. ἔγνω δὲ καὶ ὁ αὐτὸς Αἰσίων οὐ μετὰ πολλὸν χρόνον ὡς αἰσίη τὸ ἔπος ἐκβάλλοι τῦτο. λόγους δὲ ἄλλους μὴ δέ- C χεο τὰ γὰρ ἀληθέστατα πάντα ἀκήκοας. ἐκ δὲ ὀνοφορβῶν αὐτῷ τε Λευτυχίδῃ καὶ τοῖσι ταῦτα λέγουσι τίκτοιεν αἱ γυναῖκες παῖδας. Δημάρητος μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγε· ὁ δὲ, πυθόμενός τε τὰ ἐβούλετο, καὶ ἐπόδια λαβὼν, ἐπορεύετο ἐς Ἦλιν· τῷ λόγῳ φάς ὡς ἐς Δελφοὺς χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ πορεύεται. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὑποτοπήσαντες Δημάρητον ὁρμᾶσθαι ἐπιχειρέειν, ἐδίωκον· καὶ κως ἐφθη ἐς Ζάκυνθον διαβὰς ὁ D Δημάρητος ἐκ τῆς Ἤλιδος. ἐπιδιαβάντες δὲ ⓒ Λακεδαιμόνιοι, αὐτῦ τε ἀπολαμβάνουσι, καὶ τῦ θεοπόντους αὐτῦ ἀπαιρέονται. μετὰ δὲ, (οὐδὲ γὰρ ἐξεδίδοσαν αὐτὸν ⓒ Ζακύνθιοι) ἐνθεῦτεν διαβαίνει ἐς τὸν Ἀσίλεω τοῦ βασιλέα Δαρεῖον· ὁ δὲ ὑπεδέξατό τε αὐτὸν μεγαλωσύνῃ, καὶ χώρῳ τε καὶ πόλιας ἔδωκε. οὕτω ἀπίκετο ἐς τὸν Ἀσίλεω Δημάρητος, καὶ ταὐτὴ χρησάμενος τύχῃ· ἄλλά τε Λακεδαιμονίοισι συ- E χνὰ ἔργοισί τε καὶ γνώμῃσι ἀπολαμπρυνθείς, ἐν δὲ δὴ καὶ Ὀλυμπιάσι ἅρμα ἀνέλκυσε τεθρίππων τὸ δεύτερον, μοῦνος τοῦτο πρώτων δὴ τῶν βασιλέων ἐν Σπάρτῃ ποιήσας. Λευτυχίδης δὲ ὁ Μεναρέος, Δημάρητου καταπαυθέντος, διεδέξατο τὴν βασιληίην· καὶ οἱ γίνεται παῖς Ζεῦ-

χρ ἔχεις

χρ ὀλυμπιάδα

ξίδημος, ὃν δὴ Σπαρτιητέων μετεξέτεροι Κυνίσκον ἐκάλεον. οὗτος ὁ Ζευξίδημος οὐκ ἐβασίλευσε Σπάρτης. τοῦ δὲ Λευτυχίδεω γὰρ τελευτᾷ, λιπὼν παῖδα Ἀρχίδημον· Λευτυχίδης δὲ τρηθεὶς Ζευξιδήμου, γαμέει δευτέρῳ γυναῖκα Εὐρυδάμιλον, ἐοῦσαν Μενίου μὲν ἀδελφεήν, Διακτορίδεω δὲ θυγατέρα· ἐκ τῆς ἔρσεν μὲν γίνεται οὐδέν, θυγάτηρ δέ, Λαμπιτώ· τὴν Ἀρχίδημος ὁ Ζευξιδήμου γαμέει, δόντος αὐτῆς Λευτυχίδεω. οὐ μὲν οὐδὲ Λευτυχίδης κατῆστο ἐν Σπάρτῃ, ἀλλὰ πίσεα ζημιώσας τινὰ Δημαρήτῳ ἐξέπεσε· ἐστρατήγησε Λακεδαιμονίοισι ἐς Θεσσαλίην· πρεσβείην δὲ αἱ ὑποχείριαι πρώτην ποιησάσθαι, ἐδωροδόκησε ἀργύριον πολύ· ὃς δὲ ἀλόντα αὐτὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ὑπεκπέμψας χειρὶ διπλῇ ἀργυρίου, ἔφυγε ἐκ Σπάρτης, ἐπὶ δικαστήριον ὑπαχθείς· καὶ τὰ οἰκία οἱ κατεσκάφη. ἔφυγε δὲ ἐς Τεγέην, ἔνθα ἐτελεύτησε ἐν τοῦτῳ. ταῦτα μὲν δὴ ἐγίνετο χρόνῳ ὕστερον.

Τότε δὲ ὡς τῷ Κλεομένεϊ ἀπεδεδώκεε ὁ ἐς Δημάρητον πρῆγμα, αὐτίκα ἐπῆλθε Λακεδαιμονίων Λευτυχίδεα, πρὸς ὅτι τοὺς Αἰγινήτας, δεινόν τινά σφι ἐγκοτον ἔχοντα διὰ τὸν πρόσθε παλαισμὸν ἔχων. οὕτω δὴ οὔτε οἱ Αἰγινῆται ἀμφοτέρων τῶν βασιλέων ἡκόντων ἐπ' αὐτοὺς ἐδικαίευν ἔτι ἀντιβαίνειν, ἐκείνοί τε ἐπιλεξάμενοι ἄνδρας δέκα Αἰγινητέων τοὺς πλείστου ἀξίους καὶ πλούτῳ καὶ ἡλικίῃ, ἦγον ἄλλους τε καὶ δὴ καὶ Κεόν τε Πολυκρίτου, καὶ Κάσαμβον Ἀριστοκράτεος, οἵπερ ἔσχον μέγιστον κράτος· ἀγαγόντες δὲ σφέας ἐς χῶρον τὸν Ἀττικήν, πρόσθε ἠκον κατιθέντα ἐς τοὺς ἐχθίστους Αἰγινήτῃσι Ἀθηναίους. μετὰ δὲ ταῦτα, Κλεομένεα ἐπαίσιον γε νόμῳ μηχανήσασθαι ἐς Δημάρητον, δείματι ἔλαβε Σπαρτιητέων, καὶ ὑποδεξάμενος ἐς Θεσσαλίην. ἐνθεῦτεν δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀρκαδίην, νεώτερα ἐπορᾶτο πρήγματα, συνιστὰς τοὺς Ἀρκάδας ἐπὶ τὴν Σπάρτην, ἄλλους τε ὅρκους προσαγόμενος σφι, ἢν μὴ ἕψωνται σφέας αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἐξηγῆται· καὶ δὴ καὶ ἐς Νώνακριν πόλιν προθυμέετο ἰέναι τοὺς Ἀρκάδων τοὺς προεστεῶτας ἀγινέων, ἐξορκοῦν δὲ Στυγὸς ὕδωρ. ἐν δὲ

xidamus, quem nonnulli Spartiatarũ Cyniſcon, *id eſt, catulum* vocabant. Is Spartæ non regnauit, ante Leutychidẽ defunctus, relicto filio Archidamo. Leutychides orbatus filio, alterã duxit vxorem EVrydamen, Menii ſororem, Diactoris filiam, ex qua nullam prolem virilem ſuſcepit, ſed filiam nomine Lampito: quã Archidamus Zeuxidami filius in matrimonium accepit, ab ipſo Leutychide datam. At ne Leutychides quidem ipſe Spartæ conſenuit, ſed has pœnas Demarato rependit: In expeditione Theſſalica dux quum omnia faciendi ius haberet, multũ pecuniæ per corruptelam dono accepit, ipſéque in re deprehenſus, quum ſederet in caſtris, vtraque manu pecuniam tenens, in iudicium delatꝰ è Sparta profugit, domúſque eius exciſa fuit: & Tegeæ in quam profugerat, mortẽ obiit. Sed hæc inſequenti tempore acta ſunt.

Tunc autem Cleomenes, quũ ſibi res in Demaratum bene ceſſiſſet, aſſumpto protinus Leutychide, contendit aduerſus AEginetas, maiorem in modum illis propter ignominiam infenſus. Ita AEginetæ vtriuſque regis cõtra ſe aduentu non repugnandũ iam ſibi eſſe putauerunt. ex quibus reges adduxere decem, quos delegere, diuitiis ac genere eminẽtiſſimos, cùm alios, tũ Crium Polycriti, & Caſambum Ariſtocratis filium, qui plurimum habebant potentiæ. Eos in Atticã adductos, penes inimiciſſimos AEginetis Athenienſes depoſuerunt. Poſt hæc Cleomenes, quũ eum ſubiiſſet metus Spartiatarũ, iam manifeſtus maleficii in Demaratum excogitati, in Theſſaliam ſubterfugit: atque illinc in Arcadiam profectus, res nouas moliebatur, ſolicitans Arcadas aduerſus Spartam, adigénſque eos iureiurando ad ſe ſequẽdum quocũque ipſos educeret. Quinetiam in animo habebat primores illorum ad vrbem Nonacrin ductos adigere ad iuſiurandum per aquam Stygis. In hac autem

vrbe ab Arcadibus fertur esse Stygis aqua: & est videlicet talis ea aqua: E petra emanat aquula, distillans in vas quoddam, in gyrum maceria præseptum. Nonacris autē vbi fons hic visitur, vrbs Arcadiæ est, ante Pheneon vrbem. Talia molientem Cleomenem Lacedæmonii quum animaduertissent, timentes sibiipsis, Spartam reuocarunt ad pristinam dignitatem. Sed eum reuersum statim morbus insaniæ cepit, iam etiam antea subinsanum. nam vt cuique Spartiatarū obuius erat, in eius faciem infligebat sceptrum. Hæc illum facientem ac desipiscentem propinqui soleis ligneis illigauerūt. Qui custodem digressis aliis solū remansisse cernens, petiit ab eo gladium. custode abnuente dare, ab initio comminabatur quæ mox ei faceret, donec minis cōterritus custos (erat enim seruus quidam) gladium tradidit. [a] Eo accepto, Cleomenes à furis incipiens sese detruncabat. In longū namque discindens carnes, è tibiis ad femora processit, è femoribus ad coxarum vertebras atque ilia, quousque peruenit ad vterum, in quo rescindendo, sic expirauit, vt quidē plerique Græcorum memorant, quia Pythiā corruperat ad ea dicenda quæ circa Demaratum acta sunt: vt autem soli Athenienses, quòd adortus Eleusinē, fanum deorum fuerat depopulatus: vt Argiui, quia eos qui è pugna fugerāt Argiuos, ex Argi templo ipsorum abductos obtruncarat: & [b] ipsū lucum quem in Argia occupasset, incenderat. Cleomeni enim Delphis oraculum poscenti responsum fuerat, eum Argos esse capturum. qui posteaquam ad flumen Erasinum copias Spartiatarum duxit, quod flumen è lacu Stymphalio manare fertur: hunc enim lacum in voraginem condi, & Argis postea exorientem apparere, illincque iam eam aquam vocari Erasinum: ad hoc igitur flumē posteaquam peruenit, ei hostias immolauit: & quum læta non essent exta de flumine transmittendo,

a Cleomenes verò arrepto ferro cepit à tibiis sese lacerare. nā conscindens longis vulneribus carnes, à tibiis sursū versus ad femora perrexit, éque femoribus ad coxas & latera atque ventrē peruenit. *Ita Camer. hunc locum interpret.*

b Ipsum lucum contemptui habens incend. *Videtur autem hic legisse ὠν ἀρχείῳ pro ὠν ἀλογίῳ.*

Α ταύτῃ τῇ πόλι λέγεται ὕδωρ ἐκ Ἀρκάδων ὁ Στυγὸς ὕδωρ. καὶ δὴ καὶ ἔστι τοιόνδε τι· ὕδωρ ὀλίζον φαρόμενον, ὡς πέτρης στάζῃ ἐς ἄγγος, ὁ δὲ ἄγγος αἰμασιῆς τις περιβέβληκε κύκλος. ἡ δὲ Νώνακρις, ὅθι τῇ ἡ πηγὴ αὕτη τυγχάνει ἐοῦσα, πόλις ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίης πρὸς Φενεόν. μαθόντες ὦν Λακεδαιμόνιοι Κλεομένεα ταῦτα φρενοβλαβέα, καὶ τὸν μὲν αὐτὸν δείσαντες ὅτι τοῖσι ἀνδράσι ἐς Σπάρτην τοῖσι καὶ πρότερον ἦρχε. καταλαβόντα δὲ αὐτὸν, αὐτίκα ὑπελάμβανε μανίης νοῦσος, ἐόντα Β τὸ πρότερον οὐ παραφρονέστερον. ὄκως γὰρ τεῳ συντύχοι Σπαρτιητέων, ἐπέκειτο ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον. ποιεῦντα ὦν αὐτὸν ταῦτα, καὶ παραφρονήσαντα, ἔδησαν οἱ προσήκοντες ἐν ξύλῳ. ὁ δέ, δεθεὶς, τὸν φύλακον μουνωθέντα ἰδὼν τῶν ἄλλων, αἴτεε μάχαιραν. οὐ βουλομένου δὲ τοῦ φύλακου διδόναι, ἀπείλεε τά μιν αὖτις ποιήσειε· ἐς ὃ δείσας τὰς ἀπειλὰς ὁ φύλακος (ἦν γὰρ τῶν εἱλωτέων) δίδοῖ οἱ μάχαιραν· Κλεομένης δὲ παραλαβὼν τὸν σίδηρον, ἄρχετο ἐκ C τῶν χνημέων ἑωυτὸν λωβώμενος. διὰ τάμνων γὰρ κατ' μῆκος τὰς σάρκας, προῆλθε ἐκ τῶν χνημέων ἐς τοὺς μηρούς. ἐκ δὲ τῶν μηρῶν ἐς τὰ ἰσχία, καὶ τὰς λαπάρας· ἐς ὃ ἐς τὸν γαστέρα ἀπίκετο, καὶ ταύτην κατὰ χορδὰς ἀπέθανε τρόπῳ τοιούτῳ. ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι Ἑλλήνων, ὅτι τὴν Πυθίην διέφθορε ἐς τὰ περὶ Δημάρητον ῥηθέντα λέγειν· ὡς δ' Ἀθηναῖοι μοῦνοι λέγουσι, διότι ἐς Ἐλευσῖνα ἐσβαλὼν, ἔκειρε ὁ τέμενος τῶν θεῶν· ὡς δὲ Ἀργεῖοι, ὅτι ἐξ ἱροῦ αὐτέων τοῦ Ἄργου, D Ἀργείων τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς μάχης κατανηέων, κατέκοψε, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐν ἀλογίῃ ἔχων, ἐνέπρησε. Κλεομένεϊ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι, ἐνεχρήσθη Ἄργος αἱρήσειν· ἐπεί τε δὲ Σπαρτιήτας ἄγων ἀπίκετο ὅτι ποταμὸν Ἐρασῖνον, ὃς λέγεται ῥέειν ἐκ τῆς Στυμφαλίδος E λίμνης. τὸν γὰρ δὴ λίμνην ταύτην ἐς χάσμα ἀφανὲς ἐκδιδοῦσαν, ἀναφαίνεσθαι ἐν Ἄργεϊ, ὁ ἐνθεῦτεν δὲ ὁ ὕδωρ ἤδη τοῦτο ὑπ' Ἀργείων Ἐρασῖνον καλέεσθαι. ἀπικόμενος δὴ ὧν ὁ Κλεομένης ὅτι τὸν ποταμὸν τοῦτον, ἐσφαγιάζετο αὐτῷ. καὶ, οὐ γὰρ οὐδαμῶς ἐκαλλιέρεε διαβαίνειν μιν, ἀναθαι

Χ. δήσαντες

ἄγαθαι μὲν ἔφη τὸ Ἐρασίνου οὐ τοσοῦ- A dixit delectari se quidem Erasino, qui nollet prodere ciues suos, non tamen ideo Argiuos gauisuros. Mox que illinc motis castris ad Thyream venit, & mari taurum quum mactasset, nauibus copias ad regionem Tirynthiam ac Naupliam duxit. Id audientes Argiui ad eos arcendos obuiam tendunt ad mare. Et quum aduentaret Tirynthum, in loco cui nomen inditum est Sepia, relicta non magna inter duas acies intercapedine, consederunt eregione Lacedæmoniorum. Neque verò illic pugnam ex aperto reformidabant, sed ne dolo exciperentur. nam ad hanc rem attinebat oracului quod Pythia ediderat communiter eis atque Milesiis, in hæc verba,

Verùm quando marem præuertet fœmina victrix,
Inter & Argiuos referet præclustris honorem:
Tunc Argiuarum reddet pleraſque gementes,
Vt venturorum aiat quis quandoque virorum,
Telo sæuus obit sinuoso corpore serpens.

Hæc omnia Argiuis quum contigissent, metum incutiebant. ideoque eis visum est præcone hostium esse vtendum: atque ita esse faciendum, vt quoties præco Spartiata quippiam Lacedæmoniis denuntiaret, idem facerent ipsi. Cleomenes autem animaduertens Argiuos facientes quicquid apud Lacedæmones præco denuntiasset, præcepit suis vt quum præco denuntiaret prandendum, tunc raptis armis tenderent in Argiuos. Hoc exequuti Lacedæmonii, in Argiuos [a] è voce præconis prandentes impetum faciunt, eorúmque cùm multos occiderunt, tum plures in lucum Argi fuga elapsos circumsederunt. Qui dum asseruantur, Cleomenes hoc sibi faciendum putauit: Scisscitatus quosdam quos secum habebat perfugas, misit præconem ad euocandum nominatim eos Argiuos qui in luco præ-

[a] *Ideſt, Prout præco denuntiauerat.*

227 σάμβος δὲ τῇ θαλάσσῃ ταῦρον, πλοίοισι σφέας ἤγαγε ἐς τε τὴν Τιρυνθίην χώρην καὶ Ναυπλίην. Ἀργεῖοι δ' ἐβοήθεον, πευθανόμενοι ταῦτα, ὅτι θάλασσαν. ὡς δ' ἀσχολὴν μὲν ἐλάμβανον τῆς Τίρυνθος, χώρῳ δ' ἐν τούτῳ τῷ κέεται ἡ Σῆπια τοὔνομα, μεταίχμιον μέγα ἀπολιπόντες, ἵζοντο· αὐτοὶ B τοῖσι Λακεδαιμονίοισι. ἐνθαῦτα δὴ οἱ Ἀργεῖοι τὴν μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχην οὐκ ἐφοβέοντο, ἀλλὰ μὴ δόλῳ αἱρεθέωσι. καὶ γὰρ δὴ σφι ἐς τοῦτο τὸ πρῆγμα εἶχε τὸ χρηστήριον, τὸ ἔπεσι ἔχρησε ἡ Πυθὴ τοῦτοισί τε καὶ τοῖσι Μιλησίοισι, λέγον οὕτω,

Ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα
Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,
Πολλὰς Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε C
θήσει.
Ὥς ποτέ τις ἐρεῖ καὶ ἐπ' ἐσομένῳσιν ἀνδρῶπων,
Δηνὸς ὄφις τελέκητος ἀπώλετο δουρὶ δαμασθείς.

Ταῦτα δὴ πρόμυτα συνελθόντα, τοῖσι Ἀργείοισι φόβον παρῆκε· καὶ δὴ σφι τοιῇδε ταῦτα ἔδοξε τῷ κήρυκι τῶν πολεμίων χρᾶσθαι. δόξαν δέ σφι, ἐποίεον τοιόνδε· ὅκως ὁ Σπαρτιήτης κήρυξ προσημήνοι τι Λακεδαι- D μονίοισι, ἐποίουν καὶ οἱ Ἀργεῖοι τὠυτὸ τοῦτο. μαθὼν δ' ὁ Κλεομένης ποιοῦντας τοὺς Ἀργείους ὁκοῖόντι ὁ σφέτερος κήρυξ σημήνῃ, τοῖσι λοιποῖσι σφι ὅτεῳ σημήνῃ ὁ κήρυξ ποιέεσθαι ἄριστον, τότε ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα, χωρέειν ἐς τοὺς Ἀργείους. ταῦτα καὶ ἐγένετο· ὅτι τελέα ἐν τῷ Λακεδαιμονίων. ἄριστον γὰρ ποιεύμενοισι τοῖσι Ἀργείοισι ἐν τῷ κηρύγματος, ἐπεκέατο. καὶ πολλοὺς μὲν ἐφόνευσαν αὐτέων, πολλῷ δ' ἔτι πλέους ἐς τὸ ἄλσος τοῦ Ἄργου καταφυγόντας περιζόμενοι ἐφύλασσον. ἐνθαῦτα δὲ ὁ Κλεομένης ἐποίεε τοιόνδε· ἔχων αὐτομόλους ἄνδρας, καὶ πευθανόμενος τουτέων, ἐξεκάλεε πέμπων κήρυκα, ὀνομαστὶ λέγων ἕκαστον ἐν τῷ ἱρῷ ἀναστεμένους τῶν Ἀργείων.

cluſi erant, ad ſe redimendos. est autem apud Lacedæmonios redemptio in ſingulos viros, binæ minæ. Ita Argiuorum quinquaginta, vt quiſque euocatus fuerat, Cleomenes interimebat. quod faciens, latebat cæteros qui in fano erant, vtpote denſo luco interiecto, non cernentes quid illi extrinſecus agerent. niſi poſtquam quidam conſcenſa arbore, quod fiebat inſpexit: vnde non amplius qui euocabantur prodiêre. Ibi Cleomenes iuſſit vnumquenque ſeruorum lucum materia circumdare: atque illis obtemperantibus, lucum incendit. Eóque iam ardente, percontatus eſt quendam perfugarum cuiúſnam deorum eſſet ille lucus: perfuga, Argi eſſe reſpondit. Quo audito Cleomenes vehementer ingemiſcens, O Apollon, inquit, vates, quantopere me fruſtratus es, dicens me Argos eſſe capturum. coniicio iam exitum habuiſſe oraculum. Poſt hæc maiore copiarum parte Spartam redire permiſſa, ipſe cũ mille delectis perrexit ad templum Iunonis, illic ſacrificaturus. Sed ſacrificare ſuper aram volens, quum à ſacerdote vetaretur, negante fas eſſe externo illic ſacra facere, iuſſit ſeruos abductum verberare: ac poſteaquã immolauit, Spartam abiit. Reuerſum inimici ad ephoros citauerunt, crimini dantes quòd pecunia corruptus, Argos, quum facilè poſſet, non cepiſſet. Quibus reſpondit Cleomenes (incertum mihi verè an falſò) ſe, poſteaquam templum Argi cepiſſet, putaſſe dei expletum eſſe oraculum, & proinde non prius tentandam vrbem quàm ſacris operatus ſciret an ſibi deus illam traditurus eſſet, an impedimento futurus. Sibi autem apud Iunonis templum litanti effulſiſſe flãmam è pectoribus ſimulacri: atque ita ſe intellexiſſe non expugnaturum ſe Argos. Si enim è capite ſimulacri flamma extitiſſet, fore vt vrbem ab arce caperet: quum verò è pectoribus illa extitiſſet, id omne fuiſſe confectũ quod deus cõfici voluiſſet.

a Futurum fuiſſe vt vrbem funditus euerteret.

A ἐξεκάλεε δὲ, φὰς αὐτέων ἔχειν τὰ ἄποινα. ἄποινα δὲ ὅσοι Πελοποννησίοισι, δύο μνέαι τεταγμέναι κατ' ἄνδρα αἰχμαλώτων ἑκατόν. καὶ πεντήκοντα δὴ ὧν τῶν Ἀργείων ὡς ἑκάστους ἐκκαλεόμενος ὁ Κλεομένης ἀπέκτεινε. ταῦτα δὲ κως γινόμενα ἐλελήθεε τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐν τῷ τεμένεϊ. ἅτε γὰρ πυκνοῦ ἐόντος τοῦ ἄλσεος, οὐκ ὡρῶν οἱ ἐντὸς τοὺς ἐκτὸς, ὅ, τι ἐπρήσσον. πρίν γε δὴ αὐτέων τις ἀναβὰς ὀπὶ δένδρου, κατεῖδε τὸ ποιεύμενον. ἤκων δὴ ἐπὶ καλεόμενοι ἐξήεσαν. ἐνθαῦτα δὴ ὁ Κλεομένης ἐκέλευε πρώτους τινὰς τῶν εἱλωτέων περιενεῖκαι ὕλην τοῦ ἄλσεος. τῶν δὲ πειθομένων, ἐνέπρησε τὸ ἄλσος. καιομένου δὴ ἤδη, ἐπείρετο τῶν αὐτομόλων, τίνος εἴη θεῶν τὸ ἄλσος. ὁ δὲ ἔφη Ἄργου εἶναι. ὁ δὲ, ὡς ἤκουσε, ἀναστενάξας μέγα, εἶπε, Ὦ Ἄπολλον χρηστήριε, ἦ μεγάλως με ἠπάτηκας, φάμενος Ἄργος με αἱρήσειν. συμβάλλομαι δὲ ἐξηκειν μοι τὸ χρηστήριον. μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ Κλεομένης τῷ μὲν πλέω στρατιὴν ἀπῆκε ἀπιέναι ἐς Σπάρτην· χιλίους δὲ αὐτέων λακεδαιμονίους τοὺς ἀρίστους, τοῖσι ἐς τὸ Ἡραῖον θύσων βουλόμενον δὲ αὐτὸν θύειν ὅτι τῷ βωμῷ, ὁ ἱρεὺς ἀπεμάρτυρε, φὰς οὐκ ὅσιον εἶναι ξείνῳ αὐτόθι θύειν. ὁ δὲ Κλεομένης τ' ἱρέα ἐκέλευε τοὺς εἱλωτας ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἀπαγαγόντας μαστιγῶσαι, καὶ αὐτὸς ἔθυσε. ποιήσας δὲ ταῦτα, ἀπῆιε ἐς τὴν Σπάρτην. νοσήσαντα δέ μιν ἐνθεῦτεν οἱ ἔφοροι ἐπὶ τοῖσι ἐφόροισι, D φάμενοί μιν δωροδοκήσαντα, οὐκ ἑλεῖν τὸ Ἄργος, πρηνέα θυπετέως μιν ἑλεῖν. ὁ δὲ σφι ἔλεξε, οὔτε εἰ ψευδόμενος, οὔτε εἰ ἀληθέα λέγων, ἔχω σαφηνέως εἰπεῖν. ἔλεξε δὲ. ὧν φάμενος, ἐπεί τε δὴ ὁ τοῦ Ἄργου ἱρὸν εἶλε, δοκέειν ἐξελαλυθέναι τὸν χρησμὸν τοῦ θεοῦ. πρὸς ὧν ταῦτα οὐ διαμαχόμενον πειρᾶν τῆς πόλιος, πρίν γε δὴ ἱρηΐσι χρήσηται. εἰ μάθη εἴτε οἱ ὁ θεὸς παραδιδοῖ, εἴτε οἱ ἐμποδὼν ἔσται. καλλιερεομένῳ δὲ τῷ Ἡραίῳ, ἐκ τοῦ ἀγάλματος τῶν σηκέων φλόγα πυρὸς ἐκλάμψαι. μαθεῖν δὲ αὐτὸς οὕτω τοῦτο ἀπεχρήιζε, ὡς οὐκ αἱρεῖ τὸ Ἄργος. εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀγάλματος ἐξέλαμψε, αἱρέειν αἰ κατ' ἄκρης τὴν πόλιν· ἐκ τῶν σηκέων δὲ ἐκλάμψαντος, πολλῷ E πεποιῆσθαι ὅσον ὁ θεὸς ἐβούλετο γενέσθαι.

σαφηνέως

Ταῦτα δὲ λέγων, πιστά τε καὶ εἰκότα ἐδόκεε Σπαρτιήτησι λέξαι, καὶ ἀπέφυγε πολλὸν τὸν δικαίων. Ἄργος δὲ αὐδρῶν ἐχηρώθη οὕτω ὥστε οἱ δοῦλοι αὐτέων ἔσχον πάντα τὰ χρήματα, ἄρχοντές τε καὶ διέποντες. ἐς ὃ ἐπέδησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες. ἔπειτα σφέας οὗτοι αἰσκτώμενοι, ὀπίσω ἐς ἑωυτοὺς τὸ Ἄργος ἐξέβαλον· ἐξωθεύμενοι δὲ οἱ δοῦλοι, μάχῃ ἔσχον Τίρυνθα. τέως μὲν δὴ σφι ἐν ἀρθμίῃ ἐς ἀλλήλους ἔπειτα δὲ ἐς τοὺς δούλους ἦλθε αἰὴρ μάντις Κλέανδρος, γένος ἐὼν Φιγασεὺς ἀπ' Ἀρκαδίης· οὗτος τοὺς δούλους ἀνέγνωσε ὑπὸ θεοῦ σφι ἐωυτοὺς ἀρχέειν τοῖσι δεσπόταις. ἐκ τούτου δὲ πόλεμος σφι ἐν χρόνον συχνὸν ἐγένετο. ἐς ὃ δὴ μόγις οἱ Ἀργεῖοι ἐπεκράτησαν. Ἀργεῖοι μὲν νυν ἀπὸ τούτων Κλεομένεα φασὶ μανέντα ἀπολέσθαι κακῶς. αὐτοὶ δὲ Σπαρτιῆται φασὶ ἐκ δαιμονίου μὲν οὐδενὸς μανῆναι Κλεομένεα, Σκύθησι δὲ ὁμιλήσαντά μιν, ἀκρητοποτέειν ἐκμαθεῖν, καὶ ἐκ τούτου μανῆναι. Σκύθας γὰρ τοὺς νομάδας, ἐπεί τε σφι Δαρεῖος ἐσβαλὼν ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι· πέμψαντας δὲ ἐς Σπάρτην, συμμαχίην τε ποιέεσθαι, καὶ σωτηρίην ὡς χρεὼν εἴη αὐτοῖσι μὲν τοῖσι Σκύθῃσι τοῦδε φᾶσι ποταμὸν πειρᾶν ἐς τὴν Μηδικὴν ἐσβαλόντας, σφέας δὲ τοὺς Σπαρτιήτας κελεύειν ἐξ Ἐφέσου ὁρμεωμένους ἀναβαίνειν, καὶ ἔπειτα ἐς ταὐτὸ ἀπαντᾶν. Κλεομένεα δὲ λέγουσι, ἥκοντων τῶν Σκυθέων ὑπὲρ ταῦτα, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. ὁμιλέοντα δὲ μᾶλλον τὸν ἱππερμόλγου, μαθεῖν τὴν ἀκρητοποσίην παρ' αὐτέων. ἐκ τούτου δὲ μανῆναί μιν νομίζουσι Σπαρτιῆται. ἔκ τε δὴ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπεὰν ζωρότερον βούλωνται πίνειν, Ἐπισκύθισον λέγουσι. οὕτω δὴ Σπαρτιῆται τὰ περὶ Κλεομένεα λέγουσι· ἐμοὶ δὲ δοκέει τίσιν ταύτην ὁ Κλεομένης Δημάρητον ἐκτίσασθαι.

Τελευτήσαντος δὲ Κλεομένεος, ὡς ἐπύθοντο Αἰγινῆται, ἔπεμπον ἐς Σπάρτην ἀγγέλους καταβωσομένους Λευτυχίδεω περὶ τῇ ἐν Ἀθήνῃσι ὁμήρων ἐχομένων. Λακεδαιμόνιοι δὲ δικαιότερον σφίσι γινόμενον, ἔγνωσαν περὶ εὐβρίῃ Αἰγινήτας ἐπὶ Λευτυχίδεω·

A Hæc dicens, credibilia ac probabilia Spartiatis dicere visus est, multóque maiore parte sententiarum absolutus. Cæterùm Argos ita viris desolatum est vt serui eorum res omnes susceperint, atque magistratus administrarint, dum filii cæsorum ad puberem adoleuere ætatem: qui sese in suum ius asserentes, ac reuersi Argos, mancipia eiecêre. Serui eiecti, prælio Tirynthem obtinuere, [a] catenus quidem dum B fuit in eis mutua beneuolentia, & donec ad eos venit vates quidã Cleander, genere Phigaseus ab Arcadia. is persuasit seruis vt dominos adorirentur: vnde bellum inter eos diuturnum extitit, donec Argiui ægrè euasêre victores. Ob hoc igitur aiunt Argiui Cleomenem ad insaniam redactum, malè perisse. Ipsi autem Spartiatæ negant ab vllo dæmonio Cleomenem ad insaniam redactum: sed conuersatione Scytharum, intemperantem meri esse factum, & idcirco furiosum. Scythas enim Nomades, post illatum sibi à Dario bellum, ad illum vlciscendum perstitisse, missísque Spartam nuntiis ad societatem faciendam, ita pepigisse, tanquam ex vtrorumque vtilitate foret vt ipsi quidem Scythæ iuxta flumen Phasin conarentur Medicam regionem inuadere, Spartiatæ verò ab Epheso ascendere, & ad certum locum vtrique occurrerent. Cum iis Scythis qui ad hoc missi sunt, consuetudinem habuisse Cleomenem aiunt, atque ex eo nimiam didicisse potandi intemperantiam: séque ob id eum insanisse arbitrari. Vnde quoties intemperantius bibere volunt, aiũt, Episcythison, *id est, age Scytham.* Ita de Cleomene referunt Spartiatæ. Mihi verò videtur ille has pœnas Demarato pependisse.

[a] Fuitque mutua inter eos concordia, donec ad seruos venit, &c.

Eum autem esse defunctum vbi audiêre AEginetæ, Spartam nũtios misêre, vociferatũ cõtra Leutychidẽ de obsidibus qui Athenis tenerẽtur. His Lacedæmonii, consilio inito, multũ iniuriæ à Leutychide illatũ esse cẽsuerũt,

hominémque dedendum, quem illi AEginam deportarent pro iis qui Athenis tenerentur. Hunc quum essent ducturi AEginetæ, tunc ad eos Theasides Leoprepis filius, vir Spartæ probatus, Quid, inquit, viri AEginetæ facere vultis? regémne Spartiatarum deditum à suis ciuibus abducere? Si nunc præ iracundia Spartiatæ ita decreuerunt, cauete nequod exitiale malum in vestram regionem (si hoc feceritis) inferant. His auditis AEginetæ ab illo abducendo supersederũt, hac tamen conditione vt secum profectus Athenas Leutychides redderet sibi viros qui illic depositi essent. Vbi Athenas venit Leutychides, ac depositum repoposcit, Atheniẽses (vt qui reddere nollent) tergiuersari, quòd dicerent duos in deponendo reges fuisse, ideóque iniquum esse id alteri sine altero reddi. Quibus negantibus se reddituros, Leutychides, Facite, inquit, Athenienses vtrum ipsi vultis, si reddetis, sanctè facturi: è contrariò, si non redditis. Qualis autem res circa depositum contigerit Spartæ, volo referre: Dicimus nos Spartiatæ fuisse tertia abhinc ætate quendam Glaucum Epicydidis filium, qui cùm aliis summis laudibus excellebat, tum iustitia inter omnes optimè audiebat qui per id tempus Lacedæmonẽ incolebant. Et huic procedente tempore contigisse vt vir quidam Milesius Spartam venerit, hominis conueniendi gratia, atque ita sit loquutus, Ego sum vir Milesius, qui ad tuam Glauce fruendam iustitiam venio. Nam quum esset tua fama celebris cùm per omnem aliam Græciam, tum verò per Ioniam, apud memetipsum ratiocinatus sum, Ionia quidem semper obnoxia periculis est, Peloponnesus autem tutò fundata, & ob id videre licet eosdem homines nihil habere pecuniarum.

a Et pecunias nequaquam ab iisdem possideri videmus.

A χρή μιν κατέχειναι, ἐκδοτον ἄγεσθαι ἐς
Αἴγιναν αὐτὴ τῷ ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένων
ἀνδρῶν. μελλόντων δὲ ἄγειν τῷ Αἰγινη-
τέων τὸν Λευτυχίδεα, εἶπέ σφι Θεασί-
δης ὁ Λεωπρέπεος, ἐὼν ἐν τῇ Σπάρτῃ
δόκιμος ἀνήρ, Τί βούλεσθε ποιέοντες ἄνδρες "
Αἰγινῆται, τὸν βασιλέα τῶν Σπαρτιητέων "
ἔκδοτον γινόμενον ὑπὸ τῶν πολιητέων ἄ- "
γειν; εἰ νεῶν ὀργῇ χρεώμενοι ἔγνωσαν οὕτω "
Σπαρτιῆται, ὅκως δὴ ὑστέρης μή τι ὑμῖν, λῷ "
B ταῦτα ποιήσαντες, πρωτόλεθρον κακὸν ἐς "
τὴν χώρην ἐσβάλωσι. Ταῦτα ἀκούσαν- "
τες Ⓐ Αἰγινῆται, ἔσχοντο τῆς ἀγωγῆς. ὁ- "
μολογίῃ δὲ ἐχρήσαντο τοιῇδε, ὅπισσω μέ- "
νον Λευτυχίδεα ἐς Ἀθήνας, ἀποδοῦναι
Αἰγινήτῃσι τοὺς ἄνδρας. ὡς δὲ ἀπικόμενος
Λευτυχίδης ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπαίτεε τὴν
παρακαταθήκην, οἱ Ἀθηναῖοι πρόφα-
σιας εἶλκον, οὐ βουλόμενοι ἀποδοῦναι,
φάντες δύο σφέας ἐόντας βασιλέας πα-
C ρασθέσθαι, καὶ οὐ δικαιοῦν τὸν ἑτέρῳ ἄνευ
τοῦ ἑτέρου ἀποδιδόναι. οὐ φαμένων δὲ ἀ-
ποδώσειν τῷ Ἀθηναίων, ἔλεξέ σφι Λευ-
τυχίδης τάδε, Ὦ Ἀθηναῖοι, ποιέετε μὴ "
ὁκότερα βούλεσθε αὐτοί. καὶ γὰρ ἀποδιδόν- "
τες, ποιέετε ὅσια· καὶ μὴ ἀποδιδόντες, τὰ "
ἐναντία τουτέων. ὀκοῖόν μοί τι ἐν τῇ "
Σπάρτῃ σεσωμένῳ γένεσθαι τοῦ τῶν Γλα- "
D υκέω δικαιοσύνης, βούλομαι ὑμῖν εἶπαι. λέ- "
γουσι ἡμεῖς Ⓐ Σπαρτιῆται γενέσθαι ἐν τῇ " 229
Λακεδαίμονι κατὰ τοῦτο γενεὴ τοιῶν "
ἀπ' ἐμέο, Γλαύκον Ἐπικυδείδεος παῖ- "
δα· τοῦτον τὸν ἄνδρα φασὶ τά τε ἄλλα "
πρῶτα ἐξικνέεσθαι τὰ ἐνθεῦτα, καὶ δὴ καὶ "
ἀκοῦσαι ἀπιγμένα δικαιοσύνης πέρι, πρώτων "
ὅσοι τῶν Λακεδαίμονα τοῦτον τὸν χρόνον οἴ- "
κεον. σεσωσμένῳ δέ οἱ ἐν χρόνῳ ἐπυθόμε- "
νόν τάδε λέγουσι· ἄνδρα Μιλήσιον, ἀπι- "
γμένον ἐς Σπάρτην, βούλεσθαί οἱ ἐλθεῖν "
ἐς λόγους, τοῦ εἵνεκα τοιάδε· Εἶμι μὲν "
E Μιλήσιος, ἥκω δὲ τῆς σῆς Γλαύκε δικαιο- "
σύνης βουλόμενος ἀπολαῦσαι· ὡς γὰρ δὴ "
ἀνὰ πᾶσαν μὲν τὴν ἄλλην Ἑλλάδα, ἐν "
δὲ καὶ τοῖσι Ἰωνίῃ τῆς σῆς δικαιοσύνης "
λόγος πολλὸς, ἐμεωυτῷ λόγους ἐδίδουν "
καὶ ὅτι ἐπικίνδυνός ἐστι αἰεὶ τοῖσι Ἰωνίη, ἡ δὲ Πελοπόννησος ἀσφα- "
λέως ἵδρυται· καὶ διότι χρήματα οὐδαμοῦ τοῖσι αὐτοῖσι ἐστὶ ὁρᾶν ἔχοντα. "

a Ἐκ τῶν χρημάτων οὐδαμοῦ τοῖσι αὐτοῖσι ἐστὶ ὁρᾶν ἔχοντα.

» Ταῦτά τε ὧν ἐπιλεγομένῳ, καὶ βουλευο-
» μένῳ, ἔδοξέ μοι, τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίης
» ἐξαργυρώσαντα, θέσθαι παρά σοι· σὺ δὲ ἔχε-
» πίσταμαι ὡς μοι κείμηλα ἔσται παρὰ σοὶ
» σῶα. σὺ δή μοι καὶ τὰ χρήματα δέξαι, καὶ
» τάδε τὰ σύμβολα σῴζε λαβών. ὃς δ' ἂν
» ἔχων ταῦτα ἀπαιτέῃ, τούτῳ ἀποδοῦναι. ὁ
» μὲν δὴ ἀπὸ Μιλήτου ἥκων ξεῖνος τοσαῦτα
» ἔλεξε· Γλαῦκος δὲ ἐδέξατο πρὸς ταῦτα τάδε
» τὰ θήκην ἐπὶ τῷ εἰρημένῳ λόγῳ. χρόνῳ δὲ
» πολλοῦ διελθόντος, ἦλθον ἐς τὴν Σπάρτην
» τοῦ μὲν τὰ παρακατεθέμην τὰ χρήματα οἱ παῖ-
» δες. ἐλθόντες δὲ ἐς λόγους τῷ Γλαύκῳ, καὶ
» ἀποδεικνύντες τὰ σύμβολα, ἀπαίτεον τὰ
» χρήματα. ὁ δὲ διωθέετο, αὐτοκρινόμενος
» τοιάδε, Οὔτε μέμνημαι τὸ πρῆγμα, οὔτέ
» με προσῆκέν εἰδέναι τουτέων ὧν ὑμεῖς
» λέγετε. βούλομαί τε, ἀναμνησθείς, ποιέειν
» πάν τὸ δίκαιον. καὶ γὰρ εἰ ἔλαβον, ὀρθῶς ἀπο-
» δοῦναι· καὶ εἴγε ἀρχὴν μὴ ἔλαβον, νόμοισι
» τοῖσι Ἑλλήνων χρήσομαι ἐς ὑμέας. ταῦτα
» δὲ ὑμῖν ἀναβάλλομαι κυρώσειν ἐς τέταρτον
» μῆνα ἀπὸ τοῦδε. οἱ μὲν δὴ Μιλήσιοι συμ-
» φορὴν ποιεύμενοι, ἀπαλλάσσοντο, ὡς ἀπε-
» στερημένοι τῶν χρημάτων. Γλαῦκος δὲ ἐπο-
» ρεύετο ἐς Δελφοὺς χρησόμενος τῷ χρηστη-
» ρίῳ. ἐπειρωτῶντα δὲ αὐτὸν τὸ χρηστήριον εἰ
» ὅρκῳ τὰ χρήματα λήσεται, ἡ Πυθίη με-
» τέρχεται τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι,

» Γλαῦκε Ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρ-
» διον οὕτω,
» Ὅρκῳ νικῆσαι, καὶ χρήματα λῆσαι ἀθεμι-
» τὸν δὲ μίνυνθά περ θανάτου γε καὶ ὕστερον
» ἀνδρός.
» Ἀλλ' ὅρκου παῖς ἔστιν ἀνώνυμος, οὐδὲ τι χεῖρες,
» Οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἷσε κιχὼν
» Συμμάρψας ὀλέσῃ γένεϊ, καὶ οἶκον ἅπαντα·
» Ἀνδρὸς δὲ ὕστερον γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

» Ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος συγγνώμην τὸν
» θεὸν πρήγματέεσθαι αὐτῷ ἐκέλευε τῷ ῥηθέντων· ἡ δὲ
» Πυθίη ἔφη, Τό τε πειρηθῆναι τὸ θεοῦ, καὶ τὸ
» ποιῆσαι, ἶσον δύναται. Γλαῦκος μὲν δή,
» μετὰ περιφάρμους τοὺς Μιλησίους ξείνους,

A Hæc reputanti mihi atque consultanti visum est dimidium mei census in pecuniam redactum deponere penes te, quòd probè intelligo hæc penes te depositа mihi incolumia fore: tu verò has pecunias accipe, & hanc notam, quam vnà custodi: quam notam quisquis habens reposcet pecuniam, ei reddito. Hæc hospes qui Mileto venerat dixit: atque ea conditione depositū Glaucus accepit. Mul-
B to deinde tempore interiecto, filii eius qui pecuniam deposuerat, Spartam veniunt, Glaucum conueniunt: exhibitáque nota pecuniam reposcunt. Ille enimuero repellere homines, atque his verbis è contrario respondere; Neque istius rei quicquam reminiscor, neque ad me pertinet scire quæ dicitis. Volo tamen, [a] reminiscens, quicquid a Si reminiscar,
iustum fuerit facere, &, si accepi, iure optimo reddere: sin à
C principio non accepi, Græcorum legibus in vos vti. Ad quod confirmandum præstituo vobis tēpus hinc ad quatuor menses. Ita Milesii [b] facta iactura, b Calamitatem se passos existimantes, vt qui pecunia fraudati essent.
tanquam fraudati pecunia, discessere: & Glaucus Delphos se contulit ad oracului consultandum. Cui consultanti an ὅρκῳ, *id est, iureiurando*, pecuniam prædaretur, Pythia respōdit his versibus,

D *Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus*
Sic orco vicisse, interuertisseque nummos:
Deiera, & euorcum quoniã manet exitus idem.
Ast orci natus, qui nomine, qui manibus, qui
Nullis est pedibus, rapidè aduenit, vsque adeo dum
Conuoluens omnem perdat prolémque domúmque:
Cum sobole euorci melius sed postea agetur.
E His auditis Glaucus veniam sibi eorum quæ dixisset vt daret, deum obsecrabat. Cui Pythia inquit, idem pollere, tentare deum & facere. Tunc Glaucus accitis Milesiis hospitibus

pecuniam reddidit. Cur autem hęc oratio apud vos inſtituta eſt, dicetur: Glauci nunc nulla ſupereſt neque ſoboles neque domus, quæ illius cenſeatur: ſed ex Sparta radicitus extrita eſt. Ita bonum eſt nihil aliud de depoſito cogitare quàm vt repetentibus reddatur. Leutychides hæc loquutus, quum nihilo magis ab Atheniēſibus audiretur, diſceſſit.

At AEginetæ priuſquam ſuperiorū iniuriarum, quas Athenienſibus intulerant, gratificātes Thebanis darent pœnas, hæc fecerant: Quū Athenienſibus ſuccenſerent quòd ſibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur, ſe ad vlciſcendum apparabant. Erat autem Athenienſiū in Sunio quinqueremis quædam, quam Delū *iam inde à Theſeo quotannis* mittebant: hanc AEginetæ locatis inſidiis intercepere, plenam primoribus Athenienſiū, virósque alligauere. Ea clade ab AEginetis accepta, Atheniēſes nō amplius differendum putauerunt quin omnia in illos excogitarēt. Erat igitur quidā nomine Nicodromus Cnœthi filius, vir in AEgina ſpectatus: hic ſuā ipſius priorē abitionem AEginetis imputans, querebatur: qui *prius ſua de miſſione quum tranſegiſſet*, cognito Atheniēſes eſſe animatos ad nocendum AEginetis, quibus ipſe infenſus eſſet, compoſuit cum illis de prodenda AEgina ad certū diem, quo eſſet rem aggreſſurus ipſe, & illos oporteret venire ſubſidio. Atque ita ex cōpoſito vrbē quæ Vetus vocabatur occupat. Sed Athenienſes ad diem nō adfuerunt, quia claſſis eorum par AEginetanæ nōdum erat comparata. Qui dū à Corinthiis cōmodari ſibi naues rogāt, interea res corrupta eſt. Corinthii autē per id tempus Athenienſibus amiciſſimi dedēre rogantibus naues viginti, ſed dātes vendiderūt ſingulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare vetabantur lege. His acceptis Athenienſes, & ſuis inſtructis in ſummā ſeptuaginta numero, in AEginā nauigauerunt, peruenerúntq; poſtridie eius diei qui erat deſtinatus.

A ἀποδιδοῖ σφι τὰ χρήματα. τῷ δὲ εἵνεκα ὁ λόγος ὦ Ἀθηναῖοι ὅδε ὡρμήθη λέγεσθαι ἐς ὑμέας, εἰρήσεται. Γλαύκου νεῶ οὐτέτι ἀπόγονόν ἐστι οὐδὲν, οὔτ' ἐσίη οὐδεμίη νομιζομένη εἶ Γλαύκου· ἐκτέτριπται τε παμῤῥίζος ἐκ Σπάρτης. οὕτω ἀγαθὸν μηδὲ διανοέεσθαι περὶ παρακαταθήκης ἄλλο γε, ἢ ἀπαιτεόντων ἀποδιδόναι. Λεωτυχίδης μὲν εἶπας ταῦτα, ὡς οἱ οὐδὲ οὕτω ἐσήκουον οἱ Ἀθηναῖοι, ἀπαλλάσσετο.

B Οἱ δὲ Αἰγινῆται, πρὶν τοὺς πρότερον ἀδικημάτων δοῦναι δίκας, τοῖσι ἐς Ἀθηναίους ὕβρισαν, Θηβαίοισι χαριζόμενοι, ἐποίησαν τοιόνδε· μεμφόμενοι τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ ἀξιοῦντες ἀδικέεσθαι, ὡς ὑπερηθύμεον τοὺς Ἀθηναίους πρήσσοντες· ἦν γὰρ δὴ τοῖσι Ἀθηναίοισι πεντήρης ἐπὶ Σουνίῳ· λαβόντες ὦν, τὴν θηλέαν ναῦν εἷλον πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων. λαβόντες δὲ 230
τοὺς ἄνδρας ἔδησαν. Ἀθηναῖοι δὲ παθόντες
C ταῦτα πρὸς Αἰγινητέων, οὐκέτι ἀνεβάλλοντο μὴ οὐ δι' ὀλίγου μηχανήσασθαι ἐπ' Αἰγινήτῃσι. καὶ ἦν γὰρ Νικόδρομος Κνοίθου καλεόμενος ἐν τῇ Αἰγίνῃ, ἀνὴρ δόκιμος. οὗτος μεμφόμενος τοῖσι Αἰγινήτῃσι, πρότερον ἑωυτὸν ὀξέλασε ἐκ τῆς νήσου· μαθὼν δὲ τότε τοὺς Ἀθηναίους αἰεὶ ἀρτημένους ἔρδειν Αἰγινήτας κακῶς, συντίθεται Ἀθηναίοισι προδοσίην Αἰγίνης, φράσας ἐν ἡμέρῃ ὅτι χρήσῃ, καὶ ἐκείνους ἐς ἣν ἥκειν δεήσει
D βοηθέοντας. μετὰ ταῦτα, καταλαμβανόμενοι μὲν ὑπὸ τοῦ συνεθήκατο ὁ Νικόδρομος Ἀθηναίοισι τὴν παλαιὴν καλεομένην πόλιν. Ἀθηναῖοι δὲ οὐ προσγίνονται ἐς δίον· οὐ γὰρ ἔτυχον ἐοῦσαι νέες σφι ἀξιόμαχοι τῇσι Αἰγινητέων συμβαλέειν. ἐν ᾧ ὦν Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσθαί σφι νέας, ἐν τούτῳ διεφθάρη τὰ πρήγματα. οἱ δὲ Κορίνθιοι (ἔσαν γάρ σφι τῶν χρόνων φίλοι ἐς τὰ μάλιστα) Ἀθηναίοισι δεομένοισι εἴκοσι νέας, δι-
E δοῦσι δὲ πεντηκοντόρους ἀποδόμενοι, δωρεὴν γὰρ ἐν τῷ νόμῳ οὐκ ἐξῆν δοῦναι. ταύτας τε δὴ λαβόντες οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς σφετέρας, πληρώσαντες ἑβδομήκοντα τὰς πάσας νέας, ἔπλεον ὅτι τάχιστα ἐπὶ Αἴγιναν· καὶ ὑστέρησαν ἡμέρῃ μιῇ τῆς συγκειμένης.

Νικόδρομος ὁ, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸν χωρίον A
οὐ προεῖντο ἐς πλοῖον ἐσβαί, ἐκδιδρήσκει ἐκ τῆς Αἰγίνης. σὺν δὲ ⓐ καὶ ἄλλοι τῶν Αἰγινητέων εἵποντο, τοῖσι Ἀθηναῖοι Σούνιον οἰκῆσαι ἔδοσαν. ἐκδεύτερον δὲ οὗτοι ὁρμεώμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Αἰγινήτας. ταῦτα μὲν δὴ ὕστερον ἐγένετο. Αἰγινητέων δὲ ⓐ παχέες, ἐπιμαξάντος τὸν δῆμον σφι ἅμα Νικοδρόμῳ, ἐπεκράτησαν· καὶ ἐπειτὰ σφέας χρωσάμενοι, ἐξῆγον ἀπολέοντες. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ B
ἄλλος σφι ἐγένετο, ὃ ἐκθύσασθαι οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ὀπιμηχανώμενοι, ἀλλ' ἔφθησαν ἐκπεσόντες πρότερον ἐκ τῆς νήσου ἢ σφι ἵλεων γενέσθαι τὸν θεόν. ἑπτακοσίους γὰρ τοῦ δήμου ζωγρήσαντες, ἐξῆγον ὡς ἀπολέοντες· εἷς δέ τις τουτέων ἐκφυγὼν τὰ δεσμὰ, καταφεύγει πρὸς πρόθυρα Δήμητρος θεσμοφόρου. ὀπιλαβόμενος ὁ τῶν ὀπισθοτόνων, εἴχετο. οἱ δὲ, ἐπεί τε μιν ἀποτάμνουσαν οὐκ οἷοί τε ἀπέλκοντες ἐγίνοντο, C
ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἦγον οὕτω. αἱ χεῖρες ὁ κεῖναι ἐμπεφυκυῖαι ἔσαν τοῖσι ὀπισθοτόνοισι. ταῦτα μὲν νυν σφέας οἱ Αἰγινῆται ἐργάσαντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἧκοισι ἐναυμαχήσασαι νηυσὶ ἑβδομήκοντα· ἐσωθέντες δὲ τῇ ναυμαχίῃ, ἐπεκαλέοντο τούτους αὐτοὺς τοὺς καὶ πρότερον, Ἀργείους· καὶ δὴ σφι οὗτοι μὲν οὐκέτι βοηθέοισι, μεμφόμενοι ὅτι Αἰγιναίας νέας ἀνάγκῃ λαμφθεῖσαι ὑπὸ Κλεομένεος, ἔχον τε ἐς τὸν D
Ἀργολίδα χώρην, καὶ στρατοπεδήσαντο Λακεδαιμονίοισι. στρατοπεδήσαντο ὦν καὶ ἀπὸ Σικυωνίων ἄνδρες τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἐσβολῇ· καὶ σφι ὑπ' Ἀργείων ἐπεβλήθη ζημίη, χίλια τάλαντα ἐκτίσαι, πεντακόσια ἑκατέροις. Σικυώνιοι μὲν νυν συγγνόντες ἀδικῆσαι, ὡμολόγησαν, ἑκατὸν τάλαντα ἐκτίσαντες, ἀζήμιοι εἰσί· Αἰγινῆται δὲ οὔτε συνεγνώσκοντο, ἔσαν τε αὐθαδέστεροι. διὰ δὴ ταῦτα δεομένοισι, ἀπὸ μὲν τοῦ δημοσίου E
οὐδεὶς Ἀργείων ἔτι ἐβοήθεε, ἐθελονταὶ δὲ ἐς χιλίους. ἦγε δὲ αὐτοὺς στρατηγὸς Εὐρυβάτης, πεντάεθλον ἐπασκήσας· τουτέων ⓐ πλεῦνες οὐκ ἀπενόσησαν ὀπίσω, ἀλλ' ἐτελεύτησαν ὑπ' Ἀθηναίων ἐν Αἰγίνῃ.

Qui quum ad diem nō adesſent, conſcēſo nauigio Nicodromus ex AEgina profugit, aliis nōnullis AEginetarum cum comitantibus, quibus Athenienſes Suniū incolendum dederunt. Vnde iſti prodeuntes, eos qui in inſula erāt AEginetas & ferebant & agebāt. ſed hæc poſterius acta ſunt. Cæterùm proceres AEginetarum, ſuperata plebe quę vnà cum Nicodromo tumultum in ipſis fecerat, mox eos quos ceperant, ad necem abducebant. Vnde piaculum admiſere quod nullo ſtudio expiare potuerunt, præoccupatique, prius ex inſulā ſunt deiecti quàm deum ſibi propitiarent. nam quum ſeptingentos è plebe quos viuos ceperāt, ad necem educerent, vnus eorū è vinculis elapſus fugit ad Cereris legiferæ veſtibulum, eiúſque cardinibus prehēſis adhærebat: quē illi quum auellere non poſſent, abſciſſis viri manibus ita deduxerunt: quæ manus cardinibus conſertę manſerunt. Hæc quum ipſis feciſſent AEginetæ, claſſe ſeptuaginta nauiū cum Athenienſibus qui ſuperuenere congreſſi, ſuperantur. Victi nauali prælio, eoſdem quos prius Argiuos in auxilium vocauerūt: ſed illi noluere eis amplius auxilio eſſe, cauſati quòd & naues AEginæ neceſſariò ſumptæ à Cleomene oram Argolidem tenuiſſent, & ipſi cum Lacedæmoniis in terrā deſcendiſſent, vt nonnulli quoque è Sicyoniis nauibus deſcenderent in eadem contra ipſos expeditione. Quo nomine vtriſq; multa ab Argiuis iuncta eſt mille talētorum, quorum quingena vterque populus ſolueret. ſed quum Sicyonii ſuam culpā agnoſcentes, centū talentis cum Argiuis decidiſſent, AEginetę ne agnoſcere quidem culpam voluere: erant enim ſuperbiores. Eapropter rogantibus eis nemo amplius Argiuorum publicè auxilium tulit, ſed voluntariorum circiter mille, duce quodam cui nomen erat EVrybates, [a] quinq; palmarū viro. quorum plerique non remeāuere, ſed in AEgina ſub Athenienſibus occubuere.

[a] Qui quinque gymnaſtica certamina obierat.

Et ipſe dux EVrybates ſingulari certamine ter victor, quarto ſub Sophane Decelis filio oppetiit. Verùm AEginetæ ſua claſſe adorti incompoſitos Athenienſes ſuperauêre, eorúmq; naues quatuor cum ipſis pugnatoribus cepere. Et Athenienſes quidem bellum cum AEginetis contraxerant.

A αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς ΕὐρυβάτηςA μουνομαχίῃ ἐπασκέων, τρὶς μὲν αἴδρας ἔσπῳ τοιούτῳ ἀποκτείνῃ, τὸν δὲ τὸ τέταρτον Σωφανέος τοῦ Δεκελέος ἀποθνήσκῃ. Αἰγινῆται δέ, ἐόσῃσι ἀσπαστοῖσι Ἀθηναίοισι συμβαλόντες τῇσι νηυσί, ἐνίκησαν· καὶ σφέων νέας τέσσερας αὐτοῖσι αἰδρά σι εἷλον. Ἀθηναίοισι μὲν δὴ πόλεμος συνῆπτο πρὸς Αἰγινήτας.

Perses autem quæ ipſius partes erant exequebatur, cùm famulo aſſiduè in memoriam redigente vt reminiſceretur Athenienſium, tum Piſiſtratidis aſſidétibus, Athenienſeſque criminantibus, tum cupiditate per hũc prætextum quo nixus erat, ſubigendi Græcos quicunque ſibi terram & aquam denegaſſent. Itaque Mardonium, qui malè rẽ manualem geſſerat, præfectura amouit, alióſque deſignatos duces aduerſus Eretriam & Athenas miſit, Datin genere Medum, & Artaphernẽ Artaphernis fratris ſui filium, datis mandatis vt Athenas atque Eretriam diriperent, captiuóſque in cóſpectum adducerent. Poſtquam hi duces declarati, ab rege digreſſi, ad planitiem Ciliciæ maritimam deuenere cum ingenti ac bene inſtructo exercitu, & ibi caſtra poſuere, aduenerunt nauticæ copiæ omnes, vt ſingulis erant imperatę: ad hęc hippagogę naues, quas ſuperiore Darius anno mandauerat tributariis ſuis præparãdas. In has introductis equis atque terreſtri peditatu, ſexcentis cum triremibus in Ioniam contẽderunt. Hîc non recto curſu ſecundum continentẽ, Helleſpontum & Thraciam verſus nauigabant, ſed è Samo vnde ſoluerant, præter Icariũ, intérque inſulas: præcipuè quidem (vt ego ſẽtio) metu circumeundi Athon, quẽ ſuperiori anno circumnauigãtes, magnam iacturam fecerãnt: ſed & coacti propter Naxon, quam antea non cepiſſent. ad quam poſteaquã ex Icario pelago appulſi ſunt (in hanc enim vt primũ copię ducerentur, Perſæ vrgebant) Naxii memores priorũ, fuga ſe in montes concitauerũt,

B μνῶν δὲ μιν τὸ Ἀθηναίων, καὶ Πεισιστρατιδέων προσκατημένων καὶ διαβαλλόντων Ἀθη- 231
ναίους. ἅμα δὲ βουλόμενος ὁ Δαρεῖος, τοῦτο ἐχόμενος τοῦ φάσιος, καταστρέψασθαι τῆς Ἑλλάδος τοὺς μὴ δόντας αὐτῷ γῆν τε καὶ ὕδωρ, Μαρδόνιον μὲν δὴ φλαύρως παρήξασταC τῷ στόλῳ, παυσάμενον τῆς στρατηγίης· ἄλλους δὲ στρατηγοὺς ἀποδέξας, ἀπέστειλε ἐπί τε Ἐρέτρειαν καὶ Ἀθήνας, Δάτιν τε, ἐόντα Μήδων γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος παῖδα, ἀδελφιδέον ἑωυτοῦ. ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτρειαν, ἄγειν ἑωυτῷ ἐς ὄψιν τὰ ἀνδράποδα. ὡς δὲ οἱ στρατηγοὶ οὗτοι οἱ ἀποδεχθέντες παρὰ βασιλέος, ἀπίκοντο τῆς Κιλικίης ἐς τὸ Ἀλήιον πεδίον, ἅμα ἀγόμενοι στρατὸν πολλὸν πεζὸν θυσκιασμένον, ἐνθαῦτα στρατοπεδευομένοισι ἐπῆλθε μὲν ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατὸς ὁ ἐπιταχθεὶς ἑκάστοισι, προεῆλθον δὲ καὶ αἱ ἱππαγωγοὶ νέες, τὰς τῷ προτέρῳ ἔτεϊ προέπεμπε τοῖσι ἑωυτοῦ δασμοφόροισι Δαρεῖος ἑτοιμάζειν. ἐσβαλόμενοι δὲ τοὺς ἵππους ἐς ταύτας, καὶ τὸν πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας, ἔπλεον ἑξακοσίοισι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην. ἐνθεῦτεν δὲ διὰ τοῦ ἠπείρου ἔχοντες τὰς νέας ἰθὺ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τοῦ Θρηίκης, ἀλλ' ἐκ Σάμου ὁρμεώμενοι, παρά τε Ἰκάριον καὶ διὰ νήσων τὸν πλόον ἐποιεῦντο. ὡς μοι ἐμοὶ δοκέειν, δείσαντες μάλιστα τὸν περίπλοον τοῦ Ἄθω, ὅτι τῷ προτέρῳ ἔτεϊ ποιεύμενοι τοῦτο τὸ κῶμα, μεγάλως συνεστήκεσαν πρὸς ὀλίγῃ νηῒ ἀπίξεσθαι· πρότερον οὐκ ἀλόντα. ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ Ἰκαρίου πελάγεος συνεφέροντο καὶ ἐμίχθησαν τῇ Νάξῳ (ὅτι τοῦτο γὰρ δὴ πρότερον ἐπεῖχον στρατεύεσθαι οἱ Πέρσαι) μεμνημένοι τῶν πρότερον οἱ Νάξιοι, πρὸς τὰ οὔρεα οἴχοντο φεύγοντες·

A Et ipſe dux EVrybates ſingulari certamine ter victor, quarto ſub Sophane Decelis filio oppetiit. Verùm AEginetæ ſua claſſe adorti incompoſitos Athenienſes ſuperauêre, eorúmq; naues quatuor cum ipſis pugnatoribus cepere. Et Athenienſes quidem bellum cum AEginetis contraxerant.

B Perses autem quæ ipſius partes erant exequebatur, cùm famulo aſſiduè in memoriam redigente vt reminiſceretur Athenienſium, tum Piſiſtratidis aſſidétibus, Athenienſeſque criminantibus, tum cupiditate per hũc prætextum quo nixus erat, ſubigendi Græcos quicunque ſibi terram & aquam denegaſſent. Itaque Mardonium, qui malè rẽ manualem geſſerat, præfectura amouit, alióſque deſignatos duces aduerſus Eretriam & Athenas miſit, Datin genere Medum, & Artaphernẽ Artaphernis fratris ſui filium, datis mandatis vt Athenas atque Eretriam diriperent, captiuóſque in cóſpectum adducerent. Poſtquam hi duces declarati, ab rege digreſſi, ad planitiem Ciliciæ maritimam deuenere cum ingenti ac bene inſtructo exercitu, & ibi caſtra poſuere, aduenerunt nauticæ copiæ omnes, vt ſingulis erant imperatę: ad hęc hippagogę naues, quas ſuperiore Darius anno mandauerat tributariis ſuis præparãdas. In has introductis equis atque terreſtri peditatu, ſexcentis cum triremibus in Ioniam contẽderunt. Hîc non recto curſu ſecundum continentẽ, Helleſpontum & Thraciam verſus nauigabant, ſed è Samo vnde ſoluerant, præter Icariũ, intérque inſulas: præcipuè quidem (vt ego ſẽtio) metu circumeundi Athon, quẽ ſuperiori anno circumnauigãtes, magnam iacturam fecerãnt: ſed & coacti propter Naxon, quam antea non cepiſſent. ad quam poſteaquã ex Icario pelago appulſi ſunt (in hanc enim vt primũ copię ducerentur, Perſæ vrgebant) Naxii memores priorũ, fuga ſe in montes concitauerũt,

231

C

D

E

ἡμιν τ' στρατευομένοισι
χθ' δοκέει,

οὐδὲ ὑπέμειναν. Ⓐ ὃ Πέρσαι ἀϊδραποδισάμενοι τοὺς κατέλαβον αὐτέων, ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱρὰ καὶ τὴν πόλιν. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ὅπως καὶ ἄλλας νήσους ἀϊάσγοιτο. ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐποίευν, οἱ Δήλιοι, ἐκλιπόντες καὶ αὐτοὶ τὴν Δῆλον, οἴχοντο φεύγοντες ἐς Τήνον. τῆς δὲ στρατιῆς καταπλεούσης, ὁ Δᾶτις προεπλώσας, ὑπὲρ ἕα τὰς νέας προσσωρμίζεσθαι, ἀλλὰ πέρην ἐν τῇ Ῥηναίῃ· αὐτὸς δὲ πυθόμενος ἵνα εἶεν οἱ Δήλιοι, πέμψας κήρυκα, ἠγόρευέ σφι τάδε, B

» Ἄνδρες ἱροί, τί φεύγοντες οἴχεσθε, οὐκ ὀρθὰ δοκέοντες καταγνόντες κατ' ἐμεῦ; ἐγὼ γὰρ καὶ αὐτὸς ὀρθὰ" ταῦτα γε φρονέω, καί μοι ἐκ » βασιλῆος ὧδε ἐπέσταλται· ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο » θεοὶ ἐγένοντο, ταύτην μηδὲν σίνεσθαι, μήτε » αὐτὴν τὴν χώρην, μήτε τοὺς οἰκήτορας αὐ- » τῆς. νεῦ ὦν καὶ ἄπιτε ὅθι τὰ ὑμέτερα αὐ- » τέων, καὶ τὴν νῆσον νέμεσθε. ταῦτα μὲν ἐπεκηρυκεύσατο τοῖσι Δηλίοισι· μετὰ δ', λιβανωτοῦ τε ἐπιχόσια τάλαντα καταγήσας ὅθι τοῦ Βωμοῦ ἐθυμίησε. Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ποιήσας, ἔπλεε ἅμα τῷ στρατῷ ὅθι τὴν Ἐρέτριαν πρῶτα· ἅμα ἀγόμενος καὶ Ἴωνας καὶ Αἰολέας· μετὰ δὲ τοῦτον ἐκίνεε ἐξαναχθέντα, Δῆλος ἐκινήθη, ὡς λέγουσι Δήλιοι, καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα, τὰ μέχρι ἐμέο οὐ σεισθεῖσα. καὶ τοῦτο μὲν καὶ τέρας αὐθεφάτοισι τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνε ὁ θεός. ὅτι γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος, καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου, καὶ Ἀρτοξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν D τουτέων ἐπιξῆς γενεέων, ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ὅτι εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας· τὰ μὲν, ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῶν γενόμενα, τὰ δὲ, ἀπ' αὐτέων τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμωύτων. ὥστε οὐδὲν ἦν ἀφανὲς κινηθῆναι Δῆλον, πρὶν ἐοῦσαν ἀκίνητον. καὶ ἐν χρησμῷ ἦν γεγραμμένον περὶ αὐτῆς ὧδε·

Κινήσω δὲ Δῆλον, ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.

δυνατὰ δὲ καὶ Ἑλλάδα γλῶσσαν ταῦτα E τὰ οὐνόματα, Δαρεῖος, ἐρξείης· Ξέρξης, ἀρηίος· Ἀρτοξέρξης, μέγας ἀρήιος. τούτοισι δὴ τοῖσι βασιλεῦσι ὧδε ἂν ὀρθῶς καὶ γλώσσαν τῇ σφετέρῃ Ἕλληνες καλέοιεν. οἱ δὲ βάρβαροι ὡς ἀπῆραν ἐκ τῆς Δήλου, προσίσχον πρὸς τὰς νήσους. ἐνθεῦτεν δὲ στρατιὸ τε προσελάμβανον, καὶ ὁμήρους τῶν νησιωτέων παῖδας ἐλάμβανον. ὡς

non ausi resistere. Eorum autem quos adepti sunt Persæ quum in seruitutem rapuissent, delubra atque vrbem incenderunt. His actis ad cæteras insulas redeunt. Hæc dum isti agunt, Delii relicta & ipsi Delo fuga Tenum abeunt. Eò tendentes naues præcedens Datis non sinebat ad Delum habere stationem, sed trans Delum apud Rheneam. Et simul cognito vbi Delii essent, misso caduceatore his eos verbis affatus est, Viri sacri, quid fuga abistis, non pro merito de me malè opinátes? Ego enim & ipse mea sponte animatus sum, & ab rege iussus, quo in loco duo dii geniti sunt, nequid aut eum locum aut eius incolas lædam. Redite igitur ad vestra ipsorum, & incolite insulam. Hæc Deliis per caduceatorem dixit: mox trecentas thuris libras super aram aggestas adoleuit. His actis aduersus Eretriam primùm nauigauit, simul omnem classem, simul Iones pariter atque AEoles agens. Statímque ab illius digressu Delos tremuit, (vt Delii aiũt) ad meam vsque ætatem tunc & primùm & postremùm cómota, deo mala ventura hominibus portendente. Nam sub Dario Hystaspis, & Xerxe Darii, & Artaxerxe Xerxis filio, tribus iis deinceps ætatibus plus malorũ passa est Græcia quàm viginti aliis ante Darium ætatibus, partim à Persis, partim ab ipsis primoribus de principatu bellantibus: vt non ab re Delos commota sit, prius immobilis: de qua in oraculo ita scriptum erat,

Et Delon, quanuis sit adhuc immota, mouebo.

Et sanè in Græca lingua pollent hæc nomina, Darius, idem quod ἐρξήης, *id est coercitor*: Xerxes, idẽ quod ἀρήιος, *id est bellator, ad verbum, martius*: Artoxerxes, idem quod μέγας ἀρήιος, *id est magnus bellator*. Barbari, postquam à Delo ad alias insulas profecti sunt, sumebant illinc tum copias tum liberos insulanorum obsides. Vt

verò insulas præternauigantes, Caryſtum appulerunt, Caryſtiique negarunt ſe vel obſides daturos vel militaturos aduerſus vicinas ciuitates (videlicet Athenas & Eretriam ſignificãtes) Caryſtii tãdiu obſeſſi ſunt, eorúmque ager vaſtatus, donec in deditionem Perſarum venerunt. Eretrienſes autem audito Perſarũ exercitum aduerſum ſe venire, auxilia ab Athenienſibus imploraue re. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienſes, miſerũt ſubſidio illis ea quatuor millia hominum qui Chalcidenſium equitum obtinuerant prædia. Sed Eretriẽſium haudquaquam ſyncerum erat conſilium, qui tametſi accerſebant Athenienſes, tamen ancipiti ſententia vacillabant: quibuſdam eorum cẽſentibus vrbem deferendam, & in cacumina Eubœæ eundum: quibuſdam, qui propria lucra à Perſis expectarent, proditionem molientibus. Horum vtrorumque animos animaduertens AEſchines Nothonis filius, Eretriẽſium primarius, patefecit Athenienſibus omnem præſentium rerum ſtatum, orauitque vt domum abirent, ne vnà cum illis occumberent. Hæc conſulenti AEſchini obtemperantes Athenienſes, illinc in Oropum tranſgreſſi, ſalutem ſibi pepererunt. At Perſæ eò aduecti, naues oræ Eretricæ ad fanum & Chœreas & AEgilia applicuerunt: potitíque his locis, cõtinuò equos expoſuere, & tanquam cum hoſtibus conflicturi ſe inſtruxere. Aduerſus quos non decreuerunt Eretrienſes ſibi eſſe prodeundum: ſed quandoquidem ſententia de vrbe nõ deſerenda euicerat, meritò dabant operam vt mœnia cuſtodirent. Adorientibus autem ea Perſis, acri pugna per ſex dies certatum eſt: multíſque vtrinque cadentibus, ſeptimo die EVphorbus Alcimachi filius, & Philagrus Cynei, inter populares ſuos viri ſpectati, filius, vrbem hoſtibus prodidere. Quam ingreſſi Perſæ, poſtquam templa ſpoliauere, incenderunt,

A ὃ δὲ ἐπιπλέοντες ἐς τὴν Ὠρωπίην, ἔσχον καὶ ἐς Κάρυστον, ἀγομένων δὲ σφι ⓐ Καρύστιοι οὔτε ὁμήρους ἐδίδοσαν, οὔτε ἔφασαν ὅτι πόλις ἀγυμνάστους στρατεύσει, λέγοντες Ἐρέτριάν τε καὶ Ἀθήνας, σφίσι τοῦτο ἐπολιόρκεόν τε καὶ τὴν χώρην σφέων ἔκειρον. ἐς ὃ καὶ οἱ Καρύστιοι προέπεσαν ἐς τὴν Περσέων τὴν γνώμην. Ἐρετριέες δὲ, πυθόμενοι τὴν στρατιὴν τὴν Περσικὴν ὅτι σφέας ὅτι πλέουσαν, Ἀθηναίων ἐδεήθησαν σφίσι βοηθοὺς γενέσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἀπίστεον τὴν ὅτι κουρείην, ἀλλὰ τοῖσι τετρακισχιλίοισι κληρούχοισι τῶν ἱππο-
ἀπέπλεε ἐς τὴν Θέρμην. ὁ μὲν δὴ περὶ Πιερίην διέτριβε ἡμέρας συχνάς. τὸ γὰρ
δὴ οὖρος ὃ Μακεδονικὸν ἔκειρε τῆς στρατιῆς C
τριτημορίς, ἵνα ταύτῃ διεξίῃ ἅπασα ἡ στρα-
τιὴ ἐς Περαιβούς. ἐν τῷ δὲ κήρυκες οἱ ἀπε-
πεμφθέντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ὅτι γῆς αἰτήσων, ἀπίκεσαν, οἱ μὲν, κενοὶ, οἱ δὲ, φέροντες γῆν
269 τε καὶ ὕδωρ. τῶν δὲ δόντων ταῦτα ἐλήφθη-
σαν δὲ, Θεσσαλοὶ, Δόλοπες, Ἐνιῆνες, Περαι-
βοὶ, Λοκροὶ, Μάγνητες, Μηλιέες· Ἀχαιοὶ οἱ
Φθιῶται, καὶ Θηβαῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι Βοιωτοὶ,
πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων. ὅτι τού-
τοισι οἱ Ἕλληνες ἔπαμον ὅρκιον, οἱ ὧν βαρβά- D
ρῳ πόλεμον ἀφρόντιστοι. ὃ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε·
» Ὅσοι τῷ Πέρσῃ ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς, Ἕλ-
» ληνες ἐόντες, μὴ ἀναγκασθέντες, καταξάν-
» των σφι δὴ τῶν τρηγμάτων, τούτους δεκα-
» τεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. τὸ μὲν δὴ ὅρ-
κιον ὧδε εἶχε τοῖσι Ἕλλησι.

Ἐς δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρτην οὐκ ἀπέπεμψε Πέρσης ὅτι γῆς αἰτήσων κήρυκας,
τῶν δὲ εἵνεκα· πρότερον Δαρείου πέμψαντος ἐπ' ἀνδρὸ τοῦτο, οἱ μὲν αὐτέων, τοὺς αἰτέον- E
τας ἐς τὸ βάραθρον ἔβαλον, οἱ δὲ ἐς φρέαρ ἐμ-
βαλόντες, ἐκέλευον γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐκ τού-
των φέρειν τῷ βασιλέϊ. τουτέων μὲν εἵ-
νεκα οὐκ ἀπέπεμψε Ξέρξης τοὺς αἰτήσον-
τας. ὅ, τι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσα-
σι τοὺς κήρυκας συνήνεικε ἀνεξέλεητον γενέσθαι

Persæ ita se habere Xerxes apud filios Alei dixit, quoniam Thessali è Græcis principes regi sese tradiderant, ratus id illos per totā nationē diuulgaturos. Hoc loquutus, & locum contēplatus, Thermam renauigauit. Vbi complures dies circa Pieriam est cōmoratus (nam montem Macedonicū, vt illac in Peræbos omnis trāsiret exercitus, tertia eius pars repurgabat) eodem [b] legati qui dimissi in Græciam fuerant ad terram petendam, regressi sunt partim inanes, partim terram & aquam afferētes. Quam qui dederunt eorum, hi fuere, Thessali, Dolopes, Enienses, Peræbi, Locri, Magnetes, Melienses, Achæi, Phthiotæ & Thebani, cæteríque Bœoti præter Thespiēses & Platæenses: [c] cum quibus ii Græci *Peræbi* percusserant fœdus qui bellum aduersus barbarū sumpserant. fœdus autem ita habebat: Quicūque Græci se dedidissent Persæ, non adacti necessitate, [d] eorum decimū quenque rebus bene cōstitutis, se deo qui Delphis est, deuoturos. Ita apud Græcos iusiurādum se habebat.

a Hæc autē quæ dicebat, ad Aleuę liberos spectabāt, quòd quū Thessali essent, primi inter Græcos regi se tradidissent, existimabátque Xerxes illos à tota natione amicitiam *vel confœderationem* sibi spondere. *Id est, Hæc autē dicebat de Thessalis ratione habita illius quod Aleuada fecerant. sperabat enim totam nationem factum illorū imitaturam.*

b Caduceatores

c Aduersus quos ii Græci percusserunt fœd.

d Hos, reb. bene constit. ad soluēdam deo Delphicio decimam adigere. *Potest tamē & paulo aliter exponi sententia.*

Xerxes autem neque Athenas neque Spartam legatos terram petitū miserat, ob id quòd quos antè Darius ad hoc ipsum misisset, eorum alios isti in barathrū, alios in puteum deiecerant, iubentes eos illinc terram & aquā ferre ad regē. Hac de causa nullos illuc ad petendū misit. Et Atheniēsibus quidē, quòd ita [e] legatos tractarit, quid triste cōtigerit

e Caduceatores

non queo dicere, nisi quòd eorũ solum cum vrbe vastatum est: quod tamen ipsum non ea causa suspicor contigisse. Lacedæmoniis verò ira Talthybii, qui fuit Agamemnonis præco, incubuit. est autem Spartæ Talthybii tẽplum, cum eius posteris qui Talthybiadæ nominantur, quibus honos [a] legationis Spartanorum semper tribuitur. Itaque post eã rem Spartiatæ, quum læta exta eis non essent, idque diu cõtingeret, pertæsi huius calamitatis Lacedæmoniorũ, cœtu frequenter coacto hoc edictum proposuere, siquis Lacedæmoniorum vellet pro Sparta occumbere. Tunc Sperthies Aneristi & Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, & natalib⁹ & opibus inter primos, vltro se obtulerunt ad satisfaciẽdum sua pœna Xerxi Darii filio, ob legatos apud Spartam interemptos. Ita hos Spartiatæ tanquã mortẽ obituros, miserũt ad Medos. Digna autem admiratione cùm hæc audacia horũ virorum, tum verba ab eis habita. nam Susa tendẽtes, ad Hydarnẽ Persam Asianæ oræ maritimæ præfectũ venerunt: qui eos hospitaliter munificéque acceptos, his verbis interrogauit, Viri Lacedæmonii, quid *ita* respuitis effici amici regis? cernite enim ex me & meo statu quàm scit honore prosequi rex viros egregios, [b] vos itidem honoraturus si vos ipsi ei dederitis. Videamini modò apud eum viri egregii: quoniam singuli vestrum rege donante, principatum Græciæ obtinebunt. Ad hæc illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, non ex æquo consilium tuum ad nos spectat atque ad te, qui conditionis quam suades expertus es, nostræ inexpertus. nam eã quidem nosti: libertatem autem nõdum expertus es, vtrum sit dulcis an non. quæ si tibi experta foret, nõ vt hastis sed vt securibus pro ea dimicaremus, nóbis suaderes. Hæc Hydarni respondẽrũt. Dehinc verò vt ascenderunt Susa, & in cõspectum regis venerunt,

a Obscundorum præconiorum ex Sparta.

b Sic & vos, si regi vos tradatis, ab illo singuli (quippe qui magnã de vestra fortitudine opinionem conceperit) principatum *alicuius* nationis Græcæ sitis consequuturi. Ad quæ illi respondẽtes, Hydarnes, inquiunt, nõ das nobis par vtrinque consilium. tu enim qui nobis consilium das, vnum expertus es, alterũ nequaquã. nam seruus effe- didicisti. at libertas dulcis sit nécne, nondum es expertus. Si enim illam expertus esses, non vt hastis, *&c. Illud ὑκ ἴσου, &c. potest & ita verti, Non pari vtrinque ratione das nobis consilium. q. d. Quum suades nobis vt cõditionem tuam nostræ anteponamus, res duas inter se comparas non tibi æqualiter notas. Illud autem ἐξῆς potest etiam verti Cernitis, & fortasse melius.*

Οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη. ἀλλὰ τοῦτο οὐ δι' ἐμὲ τοῦτο τὸ αἴτιον δοκέω γενέσθαι. τοῖσι δ' ὦν Λακεδαιμονίοισι μηνῖς κατέσκηψε Ταλθυβίου τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος. ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλθυβίου ἱρόν. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι Ταλθυβίου, Ταλθυβιάδαι καλεόμενοι, τοῖσι αἱ κηρυκηίαι αἱ ἐκ Σπάρτης πᾶσαι γέρεα δίδονται. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖσι Σπαρτιήτῃσι καλλιερήσαι θυομένοισι οὐκ ἐδυνάτο· τοῦτο δή ῥα ὅτι χρόνον συχνὸν ἐγίνετο σφι. ἀχθομένων δὲ καὶ συμφορῇ χρεωμένων Λακεδαιμονίων, ἀλίης τε πολλάκις συλλεγομένης, ἐς κήρυγμα ἐσιόνδε ποιευμένων, εἴ τις βούλοιτο Λακεδαιμονίων τοῦ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν, Σπερθίης τε ὁ Ἀνηρίστου καὶ Βούλις ὁ Νικόλεω, ἄνδρες Σπαρτιῆται, φύσει τε γενόμενοι οὐ, καὶ χρήμασι αἰνήκοντες ἐς τὰ πρῶτα, ἐθέλοντες ὑπέδυσαν ποινὴν πᾶσαν ξέρξῃ τῷ Δαρείου κηρύκων τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων. οὕτω Σπαρτιῆται τούτους ὡς ἀποθανουμένους ἐς Μήδους ἀπέπεμψαν. αὐτῆ τε ἡ τόλμα τουτέων τῶν ἀνδρῶν θωύματος ἀξίη, καὶ τάδε τοῦτοισι τὰ ἔπεα. πορευομένοισι γὰρ ἐς Σοῦσα, ἀπικνέονται παρὰ Ὑδάρνεα. ὁ δὲ Ὑδάρνης ἐὼν μὲν γένος Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν παραλιτῶν ἀνδρῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ· ὃς σφέας, ξείνια προθέμενος, εἵρετο τάδε, Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τί δὴ φεύγετε βασιλέι φίλοι γενέσθαι; ὁρέετε γὰρ ὡς ἔστι βασιλεὺς ἀνδρας ἀγαθοὺς τιμᾶν, ἐς ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγματα ἀποβλέποντες· ἔστω δὴ καὶ ὑμεῖς εἰ δοίητε ὑμέας αὐτοὺς βασιλέι, (δεδόξασται γὰρ παρὰ μοὶ ταῦτα ἄνδρες εἶναι) ἀγαθοὶ) ἕκαστος ἂν ὑμέων ἄρχοι γῆς Ἑλλάδος, δόντος βασιλῆος. παρὰ ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε, Ὑδάρνες, οὐκ ὅμοιον ἐστὶ γίνεται ἡ συμβουλίη ἡ ἐς ἡμέας πίνουσα. τὸ μὲν γὰρ πεπειρημένος συμβουλεύεις, τοῦ δὲ ἄπειρος ἐών. ὁ μὲν γὰρ δοῦλος εἶναι ἐξεπίστεαι, ἐλευθερίης δὲ οὔκω ἐπειρήθης, οὔτε εἰ ἔστι γλυκύ, οὔτε εἰ μή. εἰ γὰρ αὐτῆς πειρήσαιο, οὐκ ἂν δόρασι συμβουλεύοις ἡμῖν περὶ αὐτῆς μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πελέκεσι. ταῦτα μὲν Ὑδάρνεα ἀμείψατο. ἐνθεῦτεν δὲ ὡς ἀνέβησαν ἐς Σοῦσα, καὶ βασιλέι ἐς ὄψιν ἦλθον,

πρῶτα μὲν, τῶν δορυφόρων κελευόντων, καὶ A principio iubentibus satellitibus ac vim afferentibus vt procumbentes regem adorarent, [a]& per capita eos ad id agẽdum impingentibus, negauerũt se vnquam id esse facturos. neque enim sibi esse consuetudinem hominem adorandi, neque se ad id veniisse. Posteaquam autem in hoc repugnauerant, secundo loco hæc & his similia dixere, Rex Medorũ, nos miserunt Lacedæmonii ad luendam pœnam pro iis [b] legatis qui Spartæ interiere. Hæc istis dicentibus, Xerxes præ magnanimitate negauit se fore Lacedæmoniis similẽ. illos enim interimẽdis legatis ius omnium hominum confudisse: se verò quod illis exprobraret, id non esse facturum: neque, eos occidendo, Lacedæmonios culpa soluturũ. Hac re per Spartiatas gesta, impræsens ira Talthybii cessauit: etsi Spartam reuersis Sperthie & Bule, [c] longo deinde tempore interiecto excitatum est inter Peloponnenses & Athenienses bellum, vt Lacedæmonii aiũt. quod mihi diuinitus maximè videtur esse gestum: quia ira Talthybii nuntios corripuerit, nec prius quieuerit. Quòd autem ira inciderit in eorum qui ad regem ascenderunt filios, Nicolaum Bulis, & Aneristum Sperthiei filiũ, qui piscatores Tirynthios in naui oneraria plena viris nauigãtes cepit, manifestum est apud me diuinitus id factum esse, ex ira dei: quòd nuntii qui in Asiam à Lacedæmoniis mittebãtur, proditi à Sitalce Tirei filio Thracũ rege, & à Nymphodoro Pythei filio viro Abderita, excepti sunt iuxta Bisantem quæ est in Hellesponto, & adducti in Atticam, ab Athenienſibus necati sunt: cúmque iis Aristeas Adimanti filius, Corinthius. Verùm hæc multis post regis expeditionem annis gestà sunt.

a Negauerũt se, vel si in caput protruderentur, hæc vllo modo facturos. *Alioqui phrasis illa Præcipitem dari significat. Eo autem sensu quem Valla sequutus est, videtur dicturus fuisse potius Herodotus, καὶ ἀνάγκην προσφερόντων, καὶ ὅτι κεφαλὴν αὐτοῖς ἀφιόντων. Sed alteri sensui videtur aptius fore οὐδὲ ὠθιόμενοι.*

b Caduceatoribus

c Sed longo pòst tempore rursum excitata fuit in bello Peloponnesiorum & Athenienſium, vt Laced. aiunt. quod mihi diuin. m. cõtigisse videtur. Talthybii enim iram in nuntios incubuisse, nec cessauisse priusquã discessissent, *qui ad luendã pro illis pœnam mitterentur*, id æquitas postulabat: *(Gall. ad verbum, Le droict le portoit ainsi)* at verò ingruisse illam in eorum filios qui ad regem ob irã illam ascenderãt, Nicolan Bulis, *&c. Sed non videtur mendo vel potius mendis carere totus hic locus. præsertimque illud* ἔξηλθε, *pro quo* ἔξηλθον *lego. eo sensu quem hic indicaui, qui tamen nec ipse mihi satisfacit.*

Quæ expeditio (vt ad superiorẽ orationẽ redeã) nomine quidẽ tẽdebat cõtra Athenas, re tamen vera cõtra cunctã Græciã.

Ἐπαίνεμι δὲ ὅτι οὐ πρότερον λόγον. ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ βασιλέος οὐδὲν μὲν εἶχε ὡς ὅπ' Ἀθηναίους ἐλαύνει, κατῆκτο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα.

Eam diu ante Græci quum audissent, non perinde omnes affecti sunt. nam ii qui terram & aquam dederant Persæ, fiduciam animo præsumebant tanquam nihil ingratum passuri à barbaro: qui non dederant magno in metu versabãtur. quippe quum nulla tanta classis esset in Græcia quæ posset excipere inuadẽtem, præsertim plerisque bellum detrectantibus, & libenter ad partes Medorum inclinãtibus. Hoc ego loco necesse habeo ferre sentẽtiam apud multos quidem homines inuidiosam, [a]non tamen quod mihi videtur verum dissimulabo: an Athenienses formidantes periculum quod impendebat, patriam deseruissent: an, non desertes, sed permanentes sese dedissent Xerxi, nihil omnino aduersus regem in mari facere conati: an nemo mari se opposuisset Xerxi: atque hæc in cõtinẽti gesta essent: an etiam multæ loricæ essent muris inductæ à Peloponnensibus per Isthmum: an proditi à sociis Lacedæmonii, iisque non voluntariis, sed per vrbes à classe barbara occupatis, ac deserti fuissent: desertíque & magna oppera aggressi, generose occubuissent: an hæc passi essent: an, priusquam viderent alios Græcos cum Medis sentientes, cum Xerxe depacti essent: atque ita vtrinque sub Persis Græcia fuisset. Nam murorum apud Isthmum loricatorum quænam vtilitas fuisset rege mari potiente, à nemine quiui audire. Nunc autem siquis Athenienses Græciæ liberatores extitisse dicat, profectò non aberrauerit à vero. nã vtrò se illi applicassent, hæ partes erant præponderaturæ: quum verò prætulerint Græciam præstare liberam, nimirum ipsi fuere qui quicquid Græciæ reliquũ erat cum Medis non sentiens exerexerunt: quíque secũdum deos, regem repulerunt. Ac ne oraculis quidem horrendis ac terribilibus, quæ à Delphis veniebant, inducti ad Græciam deserẽdam fuerũt, sed persistẽtes cõstituerũt excipere hostẽ sua inuadentem.

A πεῦθανόμενοι δὲ ταῦτα περὶ πολλοῦ ④ Ἕλλωες, οὐκ ἐν ὁμοίῳ πρήγματι ἐποιεῦντο. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων δόντες γῆν τε καὶ ὕδωρ τῷ Πέρσῃ, εἶχον θάρσος ὡς οὐδὲν πεισόμενοι ἀνάξιον πρὸς τοῦ βαρβάρου· ④ δὲ οὐ δόντες, ἐν δείματι μεγάλῳ κατέστασαν, ἅτε οὔτε νεῶν ἐουσέων ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀριθμὸν ἀξιομάχων δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα, οὔτε βουλομένων τῶν πολλῶν αἰτιᾶσθαι τὸ πολέμου, μηδίζοντων δὲ περὶ θύμως. ἐν ταῦτα ἀναγκαίη ἐξέρχεται γνώμην ἀποδέξασθαι, B ἐπίφθονον μὲν πρὸς τῶν πλεόνων αὐθέπτων, ὅμως δὲ, τῇ γέ μοι φαίνεται εἶ) ἀληθέα, οὐκ ἐπισχήσω. ④ Ἀθηναῖοι καταῤῥωδήσαντες τὸν ἐπιόντα κίνδυνον, ἐξέλιπον τὴν σφετέρην, οὐ μὴ οὐκ λιπόντες, ἀλλὰ μείναντες, ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς Ξέρξῃ· τῇ θαλάσσῃ, οὐδαμοὶ αἱ ἐπειρῶντο αἰτιώμενοι βασιλέϊ. εἰ τοίνυν κατὰ τὴν θάλασσαν μηδεὶς ἐπόδου Ξέρξῃ, κατά γε αὐ τὴν ἠπειρον τοιάδε ἐγίνετο· εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων C λιθῶνες ἦσαν ἑλληνομήνοι ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ Πελοποννησίοισι, περιδόντες αὐ Λακεδαιμόνιοι τοὺς σφετέρους συμμάχους οὐκ ἐκόντων, ἀλλ' ἐπ' ἀναγκαίης, καὶ πόλις ἁλισκομένων ἐπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ τοῦ βαρβάρου, ἐμωμώθησαν. μωμασθέντες δὲ αὖ, καὶ ἀποδεξάμενοι ἔργα Ἑλληναῖα, ἀπέθανον μεγάλα, γὰρ Ἑλληναίως. ἢ ταῦτα αὖ ἔπαθον, ἢ περὶ τοῦ, ὁρῶντες αὖ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλλωας μηδίζοντας, ὁμολογίῃ αὖ ἐχρήσαντο τοῖσι Ξέρξεα. καὶ οὕτω αὖ ὑπ' ἀμφοτέρων ἡ Ἑλλὰς ἐγένετο ἐπὸ Πέρσῃσι. τὸν γὰρ ὠφελίην τὴν τῶν τειχέων τῶν ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ ἑλληναμένων οὐ δυνάμην πυθέσθαι ὅτεῳ αὖ ἐών, βασιλέως ὑπερβαλόντος τῇσι θαλάσσῃσι· νεῶν δὲ Ἀθηναίους αὖ τις λέγων σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, οὐκ αὖ ἁμάρτοι τἀληθέος. ἔσται γὰρ ὅτεῳ ὁκότερα τῶν πρηγμάτων ἐτράποντο, ταύτῃ ῥέψαι ἔμελε· ἐλόμενοι δὲ τὴν Ἑλλάδα. ἔτι ἐσῆσαν ἐλευθέρην, ὅσοι τὸ Ἑλληνικὸν τὸ λοιπὸν ὅσον μὴ ἐμήδισε, αὐτοὶ οὗτοι ἔσαν οἱ ὑπεξειράμενοι, καὶ βασιλῆα μετὰ θεοὺς ἀνωσάμενοι. ἐδὲ σφέας χρηστήρια φοβερὰ ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα, ἔπεισε ἐκλιπεῖν τὴν E Ἑλλάδα, ἀλλὰ καταμείναντες, ἀνέχρησε τὸν ἐπιόντα ὅτι τὴν χώρην δέξασθαι.

a Nó tamẽ quod mihi ver. esse vid. subticebo. Si Athenienses impẽdẽtis periculi metu patriam deseruissent, aut non deser. sed in ea permanentes, se Xerxi dedidissent, regi mari resistere nulli conati fuissent. quòd si mari nullus Xerxi restitisset, terra certè ista contigissent: Quamuis muri à Peloponnensibus per Isthmum ducti essent multis loricis fulti, Lacedæmonii (vbi eos socii prodidissent, non sua quidẽ sponte, sed necessitate adacti, quippe quorũ vrbes sigillatim à classe barbari caperentur) soli remansissent. soli autem remanentes, præclaris in præsio facinoribus editis, præclara morte occubuissent. aut, inquam, hic illis exitus cõtigisset, aut cæteros Græcos Medorũ partes iam antea sequi videntes, cum Xerxe depacti fuissent: atque ita vtrolibet modo Græcia in potestatem Medorum veniisset. Neque enim ex quoquã intelligere possũ quid profuturi fuissent muri per Isthmũ ducti, si rex mari potitus fuisset. Nunc igitur, *ea quæ quum ita se habeant*, siquis Athenienses Græciæ seruatores extitisse dicat, prof. *Sed hic locus in Vulg. edit. Gr. mendis non caret. necesse enim est vt initio ante οἱ Ἀθηναῖοι omissam esse dicamus particulam ει. & non procul inde interpunctionem quæ est post Ξέρξῃ, inde translatã post θάλασσαν collocemus. Sed & hæc suspecta sunt ; ἢ ταῦτα αὖ ἔπαθον ἢ περὶ τοῦ.*

πέμψαντες γὰρ ὁ Ἀθηναίοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, χρησμολόγεσθαι ἔσφι ἑτοῖμοι. καὶ σφι ποιήσασι ταῦτὰ ἱρὰ τὰ νομιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον ἐστελθόντες ἵζοντο, χρᾷ ἡ Πυθίη, τῇ οὔνομα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε,

271 Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; λιπὼν φυγὲ πείρατα γαίης
Δώματα, καὶ πόλιος τρηχυδέος ἄκρα κάρηνα.
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μίμνει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
Οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὦν χέρες, οὔτε τι μέσσης
Λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει. καὶ γὰρ μιν ἐρείπει
Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, συνεπηγμένε ἅρμα δι' ὠκέων.
Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, οὐ τὸ σὸν οἶον
Πολλοῖς δ' ἀθανάτων ναοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει,
Οἳ πρὸ νεῶ ἱδρῶτι ῥεόμενοι ἑστήκασι,
Δείματι παλλόμενοι. καὶ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι,
Αἷμα μέλαν κέχυται, πρόσιδον κακότητος ἀνάγκας.
Ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ὑπὶ κῆδε θυμόν.

Ταῦτα ἀκούσαντες ὁ τῶν Ἀθηναίων θεοπρόποι, συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐλέεντο· προσκάλλοισι δὲ σφέας αὖθις ὁ τοῦ τὸν κεχρησμένου, Τίμων ὁ Ἀνδροβούλου τῶν Δελφῶν αἰνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα, συνεβούλευέ σφι ἱκετηρίην λαβοῦσι, δεύτερα αὖτις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. πειθομένοισι δὲ ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ λέγουσι, Ὦ ἄνα, χρῆσον ἡμῖν ἀμείνων τι περὶ τῆς πατρίδος, αἰδεσθεὶς τὰς ἱκετηρίας τὰς δε τὰς τοι ἥκομεν φέροντες. ἢ οὐ τοι ἀπιμεν ἐκ τοῦ ἀδύτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῆδε μενέομεν, ἔστ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν. Ταῦτα λέγουσι καὶ τὸ δεύτερον χρᾷ δεύτερα τάδε,

Οὐ δύναται Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι,
Λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.
Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσας.
Τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων ὅσα Κέκροπος οὖγος

A Siquidem cõsultoribus Delphos missis, vti oraculo volebant: issque factis apud templum quæ ritus postulabat, ædẽ ingressi consederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Aristonice, ita respõdit,

Quid miserãde sedes populus? fuge ad extima terræ,
Ædibus & [a]globidæ desertis collibus vrbis.
Nam caput & corpus minimè sincera manebunt,
Extremíve pedes poterũt supereſſe manúsve,

B *Aut medium, sed ea ignis edax deformia reddet,*
Et Mars acer equis vrgens [b]Asiagena curru.
Atque alias pleraſque, tuas [c]non solius arces:
Permultásque deûm sæuis dabit ignibus ædes,
Quas ego præuidi iam nũc sudore [d]madentes,
Atque metu tremere, & de laqueatibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:

C *Ite sed ex adyto, atque malis effundite mentem.*

His auditis Athenienſium consultores maximo sunt mœrore affecti. quibus inter seſe agitantibus tam triſte responſum, Timon Androbuli filius, vir apud Delphos illustris suasit [e]hæc fere, vt sumptis oleæ ramis de integro reuerterentur ad consulẽdum suppliciter oraculũ. Obtẽperantes ei Atheniẽſes dixere, O princeps, redde nobis oraculum melius de patria, in honorẽ horum [f]palmitum, quos gestantes ad te venimus. alioqui hinc abs te non abituri sumus, sed in hoc adyto ad obitum vsque permãsuri. Hæc dicentibus, antiſtes iterum hoc modo respondit,

D *Pallas Olympia cum multis hortatibus vſa,*
Et precibus blandita Iouem placare nequiuit,
Hoc tibi fabor item respõſum, adamanti propinquans:

E *Nã captis reliquis quæ limes Cecropis ora*

a *Pro, Olabosa, id est, rotunda.*

b *Legit ἀσιηγμένε, pro συνεπηγμένε. & pro ablatiuo, curru, reponendum videtur accuſatiuum, currũ, vt hæc Græcũ respondeãt. tunc autem fuerit Asiagena dictum pro Asiagenem, vt siquis ex Omnigenus faciat accuſatiuum Omnigena pro Omnigenem.*

c *Rectè legit τὸ σὸν, pro quibus in vulg. edit. habetur πᾶσιν.*

d Madere.

e *Videtur phraſis Græca ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα respondere potius Latinæ, Vt qui maximè. Vt sit, Vir illuſtris, vel potius, Vir ſpectatus, vt qui maximè. Vt illa verba Græca cum δόκιμος jungãtur, non cum συνεβούλευε.*

f Oliuæ palmitum. *Non tamen ſimpliciter ἱκετηρίαι sunt oliuæ palmites, sed q. d. ſupplicatorij palmites oliuæ.*

Intus habet, quodcunque ſacer penetrale Citharon,
Iuppiter è ligno muris Tritonida donat:
Qui ſoli inuicti tibi ſint natíſque ſaluti.
Tu verò aduentum peditúmque equitúmque quietus,
Terreſtréſque acies ne præſtolare: ſed hoſti
Terga dato, vel ſi tibi fors erit obuius vſquam,
Diuinà ô Salamis mulierum pignora perdes,
Vſquam vel Cerere ſparſa, coeúte vel vſquam.

Hæc legati, vt erant, ita arbitrati prioribus mitiora: poſtquam cõſcripſerunt, Athenas rediere, reuerſique ad populum recitauere: & quum aliæ multæ ſententiæ eſſent oraculum interpretantiũ, & eæ plurimùm perplexæ, quidã è maioribus natu dixere, videri ſibi deum reſpondere ſaluã fore arcem. olim enim Atheniẽſium [a] arcem præſeptam vallo fuiſſe. & ii quidem interpretabantur vallum eſſe hunc ligneum murum. Alii verò dicebant deum ſignificare naues: eáſque cæteris omiſſis ædificari iubebant. [b] Verùm eos qui aiebant naues eſſe ligneum murum, fallebant, *vel Cerere ſparſa, coeũte vel vſquam.* Circa hos verſus cõfundebatur eorum ſententia qui claſſem volebant eſſe ligneum murum. nã qui oraculum interpretabãtur, in eam ſententiam accipiebant, fore vt ipſi inſtructa claſſe ad Salaminem pugna nauali ſuccumberent. Erat autem inter Athenienſes quidam qui in primores recẽs peruenerat, [c] nomine Themiſtocles, Neoclis filius, qui negabat interpretes omnia rectè cõiectare: [d] quòd diceret, Si clades quæ prædicitur, ad Atheniẽſes ſpectaret vllo modo, non ita placidè nobis deum fuiſſe reſpõſurum, ſed ſic, O Salamis miſera, pro eo quod dixit, ô diuina Salamis: ſi circa eam ſui incolæ forent oppetituri. Sed rectè coniectantibus ſentiendum à deo contra hoſtes editum eſſe oracu-

a Arx circumſepta vallo erat.

b Sed eorũ ſententiam qui dicebant naues illum eſſe murũ ligneũ, euertebant hæc duo poſtrema quę Pythia dixerat, Diuina at Salamis muliebria pignora perdes, Vſquam vel Cerere ſparſa, coeũte vel vſquã. Circa hæc carmina confutabantur *inquam* eorum ſententiæ qui naues illum eſſe murum ligneum dixerant. Siquidem oraculorum interpretes illa in hunc ſenſum accipiebant, fatale ſibi eſſe circa Salaminẽ ſuperari, inſtructa pugna nauali. Erat autẽ inter Ath.

c Cui nomen quidẽ erat Themiſtocles, ſed vocabatur Neoclis filius. Is negabat, &c.

d Talia dicens, Si ad Athenienſes ſpectaret illud carmen, non videtur mihi tàm mite reſponſum redditurus deus fuiſſe, ſed pro eo quod dixit Diuina at Salamis, dicturus fuiſſe At Salamis miſera, ſi quidem circa ipſam ſui incolæ eſſent oppetituri. Illi igitur qui rectè coniectaret, (*id eſt, Illum igitur iudicio qui, &c.*) deũ aduerſus hoſtes hoc oraculum non aduerſus Athen. edidiſſe

A Ἐντὸς ἔχει, κευθμών τε Κιθαιρώνος ζαθέοιο,
Τεῖχος Τριτογλυφὶς ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα
Ζεύς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.
Μὴ δὲ σύ γ' ἱπποσύνῃσί τε μυθέῃ καὶ πεζὸν
ἰόντα
Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν, ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν,
Νῶτον ὀπιστρέψας, ἔτι τοι καὶ καίνιος ἔσῃ.
B Ὦ θεῖη Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.
Τοῦτά σφι (ὑπιώτερα γὰρ τῶν προτέρων καὶ
ἐμοὶ καὶ ἐδόκεε εἶναι) συλλεγομένοισι, ἀπαλλάσσοντο ἐς τὰς Ἀθήνας. ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελον ἐς τὸν δῆμον, γνῶμαι πολλαὶ καὶ ἄλλαι ἐγίνοντο, διζημένων ὅ μυθητήιον, καὶ αἵδε σύνεσηκυῖαι μάλιστα. τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον μετεξέτεροι, δοκέειν σφι τὸν θεὸν τὴν ἀκρόπολιν ζῆσαι πρόσεσθαι. ἦν γὰρ ἀκρόπολις τοπάλαι τῶν Ἀθηναίων ῥηχὼ ἐπέφραχτο. C τὰ μὲν δὴ τοῦ φράγμου, συνεβάλλοντο τοῦτο ὃ ξύλινον τεῖχος εἶναι· τὰ δ' αὖ ἔλεγον τοὺς νέας σημήνειν τὸν θεόν, καὶ τοῦτο προαρτέεσθαι ἐκέλευον, τὰ ἄλλα ἀπιέντας. οὐκ ὦν δὴ τοὺς νέας λέγοντας εἶναι ὃ ξύλινον τεῖχος, ἔσφαλλε τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα ὑπὸ τῆς Πυθίης, Ὦ θεῖη Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν, D Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης. τοῦτο τὰ ἐπέα συνεῖχε τοὺς νέας ὃ ξύλινον τεῖχος εἶναι. οἱ δὲ χρησμολόγοι τοῦτο ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμῖνα δεῖ σφέας ἐναυμαχίην προσκευασμένους. ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς τοὺς νεωστὶ πρώτων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἐκαλέετο. οὗτος ὦν οὐκ ἔφη πάμπαν ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, Εἰ' ἐς Ἀθηναίους εἶχε ὁ ἔπος εἰρημένον ἐὸν κως, οὐκ ἂν οὕτω μοι δοκέει ἠπίως χρηθῆναι, ἀλλὰ ὦδε, Ὦ μέλεα Σαλαμὶς, αὐτὶ θ', Ὦ θεῖη Σαλαμὶς· εἰπέρ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν. ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τὸ χρηστήριον συλλαμβάνοντι χρὴ τὸ ὀρ-

272

ἢν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους. Διασκυάζεσθαι ὦν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας συνεβούλευε, ὡς τούτου ἐόντος τοῦ ξυλίνου τείχεος. Ταύτῃ Θεμιστοκλέος ἀποφαινομένου, Ἀθηναῖοι ταῦτα ἔδοξαν μᾶλλον ἢ τὰ τῶν χρησμολόγων, οἳ οὐκ ἐῶν ναυμαχίῃ ἀρτέεσθαι. Ὃ δὲ σύμπασι μὲν, οὐδὲ χεῖρας ἀνταείρεσθαι, ἀλλὰ ἐκλιπόντας χώρην τὴν Ἀττικὴν, ἄλλην τινὰ οἰκίζειν. ἑτέρη τε Θεμιστοκλέι γνώμη ἐμπεσοῦσα ταύτης ἐς κράτος ἦλθε, ὅτε Ἀθηναίοισι, χρημάτων μεγάλων ἐκ τῶν κοινῶν, τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι περιῆλθε τῶν ἀπὸ Λαυρείου ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἕκαστος δέκα δραχμάς, τότε Θεμιστοκλέης ἀπέγνωσε Ἀθηναίοισι τῆς διαρέσιος ταύτης παυσαμένοισι, νέας τουτέων τῶν χρημάτων ποιήσασθαι διηκοσίας ἐς τὸν πόλεμον, τὸν καὶ ἐς Αἰγινήτας λέγω. οὗτοι γὰρ ὁ πόλεμος συνῆκε, ἔσωσε τότε τὴν Ἑλλάδα, ἀναγκάσας θαλασσίοισι χρῆσθαι Ἀθηναίους. αἱ δὲ ἐς ὃ μὴ ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, ἐς δέον δὲ οὕτω τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο. αὗται τε δὴ αἱ νέες τοῖσι Ἀθηναίοισι περιοῦσαι ὑπῆρχον, ἑτέρας τε ἔδει περιναυπηγέεσθαι. ἔδοξε τέ σφι μετὰ τὸ χρηστήριον βουλευομένοισι, ὅπως τὰ ὅπι τὴν Ἑλλάδα τὸν βάρβαρον δέχεσθαι τῇσι ναυσὶ πρωδημεῖ, τῷ θεῷ πειθομένους, ἅμα Ἑλλησί τοῖσι βουλομένοισι. τὰ μὲν δὴ χρηστήρια ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐγεγόνεε.

Συλλεγομένων δὲ ἐς τὠυτὸ τῶν τοῖσι Ἕλλησι Ἑλλήνων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόντων, καὶ διδόντων σφίσι λόγον καὶ πίστιν, ἐνθαῦτα ἔδοξε βουλευομένοισι αὐτοῖσι, πρῶτον μὲν χρημάτων πρήτων καταλλάξεσθαι τά τε ἔχθρας καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλους ἐόντας πολέμους. ἔσαν δὲ πρός τινας καὶ ἄλλους ἐγκεχρημένοι· ὁ δὲ ὢν μέγιστος, Ἀθηναίοισί τε καὶ Αἰγινήτῃσι. μετὰ δὲ, πυθανόμενοι Ξέρξεα σὺν τῷ στρατῷ εἶναι ἐν Σάρδισι, ἐβουλεύσαντο κατασκόπους πέμπειν ἐς τὴν Ἀσίην τῶν βασιλέος πρηγμάτων· ἐς Ἄργος τε ἀγγέλους, ὁμηχμίην συνησομένους πρὸς Πέρσην, καὶ ἐς Σικελίην ἄλλους πέμπειν πρὸς Γέλωνα τὸν Δεινομένεος, ἐς τε

lum, non contra Athenienſes. Itaque ſuadebat vt ſeſe inſtruerent tanquam prælio nauali certaturi, & tanquã hic eſſet ligneus murus. Hanc Themiſtoclis ſententiam Athenienſes potiorem eſſe cenſuerũt quàm illorum qui interpretantes oraculum, diſſuadebant apparatum pugnæ nauali: ſed hanc eſſe in ſumma ſentẽtiam dicebant, non leuandam in hoſtem manum, ſed ex Attica regione demigrandum, & aliam incolendam. [a]Extitit & alia ante hanc Themiſtoclis ſententia ad tempus egregia: Quum magna vis pecuniæ è prouentu metallorum quæ ſunt è Laureo, eſſet in ærario Athenienſium, eáque eſſet æquè diuidunda viritim denis in ſingulos puberes drachmis, tunc Themiſtocles hãc diſſuaſit Athenienſibus diſtributionem, ſed ex pecunia claſſem ducentarum nauium ad AEgineticum bellum comparare ſuaſit. Hoc enim bellum conflatũ Græciæ ſalutem attulit, cogens Athenienſes nauticos fieri. & quanquam hæc claſſis in eum vſum in quem comparata fuerat, non venit, tamen in vtilitatem Græciæ ceſſit. Iſta igitur iam præparata quum præſtò eſſet, & alterã exædificari oporteret, placuit Athenienſibus, initò poſt oraculũ conſilio, barbarum Græciam inuadentem cum nauibus opperiri vniuerſos, deo obſequentes, [b]vnà cum Græcorum voluntariis. Et hæc quidem oracula Athenienſibus ſunt reddita.

Coactis autem in eundem locum Græcis qui per Græciã melius ſentiebant, intérque ſe colloquutis interpoſita fide, ibi conſilio habito viſum eſt ante omnia miſſas faciendum [c]pecunias debitas, & inimicitias & hoſtilitates. Erant autem cùm alia aliorũ bella, tum verò maximum inter Athenienſes & AEginetas. Poſteaquam autem Xerxem cum exercitu Sardibus eſſe audiere, Athenienſes decreuere cũ aliquos in Aſiam mittendos ad res regis explorandas, tum nũtios partim Argos, ad contrahendã aduerſus Perſam belli ſocietatẽ, partim in Siciliam ad Gelonem Dinomenis filiũ, partim

ἔδοξαν

λέγω

ἐς τὸ ὅπι

a Cæterùm alia quoque Themiſtoclis ſententia ante hanc opportunè primas partes obtinuerat. *i. Cæterùm opportunè cedebat quòd antea alij Themiſtoclis ſententiæ prima partes delatæ eſſent.*

b Vnà cum Græcis eadem voluntate præditis.

c *Fortaſſe* χρημάτων πάντων *reſpondet potius phraſi noſtræ, Denãt toutes choſes. Certè interpretationem Vallæ verba hæc Græca ferre non poſſunt.*

in Corcyram, partim in Cretã, iubentes opem Græciæ ferri: eo animo vt si fieri posset, omnis vis Græca vnum esset, & ad idem agendum omnes incumberent, tanquam calamitate cũctis Græcis impendente. Ferebantur autẽ res Gelonis magnæ esse, nec multo minores quàm Græcorum. Vbi hæc eis placuere, & in gratiã inter se rediere, principio [a] speculatores in Asiã tres viros misere: qui quum Sardis veniissent, in speculando regis exercitu deprehensi sunt, & à ducibus pedestriũ copiarũ torti deducebantur tanquam perituri, lata in eos mortis sententia. Id vbi Xerxes audiit, reprehensa ducum sentẽtia, mittit quosdam è satellitibus, iubens vt si viuos adipiscerentur speculatores, ad sese deducerent. Eos adhuc superstites adepti satellites, prehensos in regis cõspectum adduxerunt. Scisciatus rex qua de causa venissẽt, præcepit satellitibus vt homines circumduc erent, peditatum omnem equitatúmque ostentantes: & eos, vbi contemplando illa expleti fuissent, sine noxa dimitterent quocũque locorum ire libuissẽt. Hoc Xerxes ea ratione imperauit q̃ cogitabat fore vt si speculatores necati fuissent, neque Græci præsciscerent potentiam suam esse fama maiorem, neque quippiam ipse læderet hostes tribus viris interemptis: at iisdẽ in Græciam regressis, fore vt Græci (vt se opinari dicebat) auditis rebus suis antequam exercitum compararent, propriam libertatem traderent, atque ita non oporteret suscipere molestiam de exercitu in eos ducendo. Hæc sentẽtia Xerxis cum altera quadam cõgruit: nam quum Abydi ageret Xerxes, vidit naues cursum tenentes per Hellespõtum, quæ frumentũ è Ponto in AEginam Peloponnesúmque portabant. quas vbi audiere eius assessores esse hostiũ, sese ad eas corripiendas accingebant, intuentes in regem, quando id agi præciperet. Xerxes eos interrogauit quónam illæ tenderent: qui quum respõdissent, Ad hostes tuos, domine, frumento

[a] *Reßius interpretetur explorato-res hic & in sequ. loco. Et alibi ipse vocem illam Græcã reddidit: & paulo antè dixit, Ad res regis explorandas.*

A Κέρκυραν, "κελεύοντας βοηθέειν τῇ Ἑλλάδι, καὶ ἐς Κρήτην ἄλλους· φερνήσαντες εἰ οἷοί τε ἦεν τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ εἰ συλλάβοιεν τὸ ἐπιὸν ὁμοίως πᾶσι τοῖσι Ἕλλησι. τὰ γὰρ Γέλωνος πρήγματα, μεγάλα ἐλέγετο εἶναι, "οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω. ὡς δὲ τοῦτό σφι ἔδοξε, καὶ παλυσάμενοι τοὺς ἄνδρας, τοῦτο μὲν κατασκόπους πέμπουσι ἐς τὴν Ἀσίην ἄνδρας τρεῖς. οἱ δὲ, ἀπικόμενοί τε ἐς Σάρδις καὶ καταμαθόντες τὴν βα-
B σιλέος στρατιὴν, ὡς ἐπαίσιοι ἐλήφοντο, βασανισθέντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τοῦ πεζοῦ στρατοῦ, ἀπήγοντο ὡς ἀποκτευνόμενοι· καὶ τοῖσι μὲν κατεκέκριτο θάνατος· Ξέρξης δὲ ὡς ἐπύθετο ταῦτα, μεμφθεὶς τῶν στρατηγῶν τὴν γνώμην, πέμπει τῶν τινας δορυφόρων, ἐντειλάμενος, ἢν καταλάβωσι ἔτι καὶ σκοποὺς ζωγρήσας, ἄγειν πρὸς ἑωυτόν· ὡς δὲ ἔτι σφέων ἀνδρῶν ἀπολέσθαι, καὶ ἦγον ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος, ὁ ἐνθεῦτεν πυθόμενος ὅτι οἷοί 273
ἦλθον, ἐκέλευσε σφέας τοὺς δορυφόρους πε-
C ριαγαγόντας ὅτι δείκνυσθαι πρῶτα τε τὸν πεζὸν στρατὸν καὶ τὴν ἵππον. ἐπὴν δὲ ταῦτα θεώμενοι ἐῶσι πλήρεες, ἀποπέμπειν ἐς τὴν αὐτῶν ἀνύοντας ὅτι λέγων δὲ τὸν λόγον τόνδε, ταῦτα ἐνετέλλετο, ὡς εἰ μὴ ἀπώλοντο οἱ κατάσκοποι, οὔτ' ἂν τὰ ἑωυτῶν πρήγματα προεπύθοντο οἱ Ἕλληνες ἐόντα λόγου μέζω, οὔτ' ἂν τι τοὺς πολεμίους μέγα ἐσινέατο, ἄνδρας τρεῖς ἀπολέσαντες. νοησάντων δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἑλλάδα, δοκέω ἔφη ἀκούσαντας τοὺς Ἕλληνας τὰ ἑωυ-
D τοῦ πρήγματα προεξ τοῦ σόλου τοῦ γινομένου, προδιδόσειν σφέας τὴν ἰδίην ἐλευθερίην, καὶ οὕτω οὐδὲ δεῖσθαι ὅτι αὐτοῖς στρατηλατέοντας πρήγματα ἔχειν. οἶκε δὲ αὐτῷ αὕτη ἡ γνώμη τῇ γε ἄλλῃ. ἐὼν γὰρ ἐν Ἀβύδῳ ὁ Ξέρξης, εἶδε πλοῖα ἐκ τοῦ Πόντου σιταγωγὰ, διεκπλώοντα τὸν Ἑλλήσποντον, ἐς τε Αἴγιναν, καὶ Πελοπόννησον κομιζόμενα. οἱ μὲν δὴ πρέσβοι αὐτοῦ ὡς ἐπύθοντο πολέμια εἶ τὰ πλοῖα, ἑτοῖμοι ἦσαν αἱρέειν αὐτὰ, ἐσβλέ-
E ποντες ἐς τὸν βασιλῆα, ὁκότε προσκελεύοι. ὁ δὲ Ξέρξης εἴρετο αὐτοὺς ὅκη πλέοιεν· οἱ δὲ εἶπαν, Ἐς τοὺς σοὺς πολεμίους δίκασσοντα σῖτον "

"χιλιόντας

"οὐδαμῶ

» ἄγοντες. ὁ δὲ, ἐπισταλεῶν ἔφη, ΟΥ̓κῶν καὶ A
» ἡμεῖς ἐκεῖ πλέομεν ἔνθα περ καὶ οὗτοι, ζῶσί
» τε ἄλλοισι ὀξυτέρυθμοι καὶ σίτῳ. τί δῆτα ἀ-
» δικέοισι οὗτοι ἡμῖν σιτία παρεχόμενοι; οἱ
μὲν νυν κατάσκοποι οὕτω ξεσταμένοι τε καὶ
ἀποπεμφθέντες, ἐπόρευσθαι ἐς τὴν ΕΥ̓-
ρώπην.

Οἱ δὲ σῴζωμένων Ἑλλήνων ὅτι τῶν Πέρσῃ, μετὰ τὴν ἀπόπεμψιν τῶν κατασκόπων, δεύτερα ἔπεμπον ἐς Ἄργος ἀγγέλους. Ἀργεῖοι δὲ λέγουσι τὰ κατ' ἑωυτοὺς γενέσθαι B ὧδε. πυθέσθαι γὰρ αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τὰ ἐκ τῆς βαρβάρου ἐπιόντα, ὅτι τὴν Ἑλλάδα. πυθόμενοι δὲ, καὶ μαθόντες ὡς σφέας Ⓐ Ἕλληνες παρήσονται, βουλεύσασθαι ὅτι Ⓦ Πέρσην, πέμψαι θεοπρόπους, ἐς Δελφοὺς τὸν θεὸν ἐπειρησομένους ὡς σφι μέλλοι ἄριστον ποιέοισι γενέσθαι. νεωστὶ γὰρ σφέων τε θναίας ἑξακισχιλίους ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Κλεομένεος τοῦ Ἀναξανδρίδεω. τῶνδε δὴ εἵνεκα πέμπειν. τὴν δὲ Πυθίην ἐπειρωτῶσι αὐτοῖσι αἴδε λῆξιν τάδε, C

Ἐγγὺς μὲν κλονέεαι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Εἰσορόω τὸν μόλαγον ἔχων, πεφυλαγμένος ἦσο,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Ταῦτα μὲν τὴν Πυθίην χρῆσαι πρότερον. μετὰ δὲ, ὡς ἐλθεῖν τοὺς ἀγγέλους ἐς δὴ τὸ Ἄργος, ἐσελθεῖν ὅτι τὸ βουλευτήριον, καὶ λέγειν τὰ ἐντεταλμένα. τοῦτ' ἔφασαν τὰ λεγόμενα ὑποκρίνασθαι ὡς ἑτοῖμοί εἰσι Ἀργεῖοι ποιέειν ταῦτα, τεσσεράκοντα ἔτεα εἰρήνην σπεισάμενοι Λακεδαιμονίοισι, καὶ ἡγεμονίης τῆς D ἥμισυ πάσης τῆς συμμαχίης. καίτοι κατά γε τὸ δίκαιον γίνεσθαι τὴν ἡγεμονίην ἑωυτῶν, ἀλλ' ὅμως σφι δοκέειν τὸ ἥμισυ ἡγεμονεύειν. ταῦτα μὲν λέγουσι τὴν βουλὴν ὑποκρίνασθαι, καίπερ ἀπαγορεύοντός σφι τοῦ χρηστηρίου μὴ ποιέεσθαι τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας συμμαχίην· σπουδὴν δὲ ἔ- E χειν σπονδὰς ἐτέων τεσσεράκοντα ἐπιδᾶς, καίπερ τοῦ χρηστηρίου φοβεομένοισι· ἵνα δὴ σφι οἱ παῖδες ἀνδρωθέωσι ἐν τούτοισι τοῖσι ἔτεσι, μηδὲ σπονδέων ἐουσέων ὅτι λέγεσθαι, ἰὼν ἄγος σφέας καταλάβῃ πρὸς ὧν γενόμενοι κακῶν, ἄλλο πάθημα πρὸς Ⓦ Περσέων, μὴ τολοιπὸν ἔωσι τῶν Λακεδαιμονίων ὑπήκοοι.

onuſtæ: tunc Xerxes excipiés inquit, Nónne eôdem quò iſti, & nos nauigamus, tum rebus aliis, tũ verò frumento inſtructi? quid igitur hi officiunt nobis, quibus commeatum portãt? Cæterùm ſpeculatores illi rebus inſpectis dimiſſi in Europam rediere.

Poſt quorum reditum Græci qui contra Perſam coniurarant, nuntios iterum Argos miſerunt, Quibus Argiui reſponderũt [a] res ſuas ita habere: Audiſſe ſe iã inde ab initio barbarum excitaſſe aduerſus Græciam bellũ, & quum accepiſſẽt intellexiſſẽtque Græcos ſeſe colligere, tẽtaturos Perſæ obſiſtere, principes fuiſſe mittendi Delphos qui deum conſulerẽt quid ſibi optimè facientibus eſſet euẽturum. (nuper enim ſex millia ſuorum fuiſſe interempta à Lacedæmoniis & Cleomene Anaxandridæ filio, eáque de cauſa ſe miſiſſe,) & iis qui miſſi fuerant interrogantibus, ſic Pythiam reſpondiſſe,

Finitimis inuiſe, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens, impunè maneto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud.

Hæc illis Pythia prius reſponderat. Poſtea verò quàm nũtii Argos venerũt, ſenatúmque ingreſſi mandata retulerunt, Argiui reſponderunt ad ea quę dicebãtur, ſe prõptos eſſe in triginta annos pacificare cum Lacedæmoniis, percuſſo fœdere: ſed ea cõditione vt dimidium imperii penes ſe eſſet. quanquam enim ius imperandi ipſorum eſſet, tamẽ dimidio imperii ſe eſſe cõtentos. Hoc aiebant ſuum ſenatum reſpondiſſe, quamuis diſſuadẽte oraculo ſocietatem contrahere cum Græcis. quod etſi formidarent, tamẽ properare vt fœdus triginta annorũ feriretur: intra quos annos liberi ſui in virilẽ ætatem adoleſcerent: hac videlicet ratione, ne ſiqua calamitas ad ſuperiorẽ accederet in bello Perſico, niſi fœdera forent, in poſterum ſubiecti Lacedæmoniis eſſent.

a Hanc ſe rationem in ſuis rebus tenuiſſe. *Vel, ſe ita egiſſe.* Quum iam inde abinitio audiſſent quæ barbarus aduerſus Græciam moliretur, & fore animaduertiſſent vt Græci ipſos nihilominus quàm cæteros aduerſus Perſam aſſumerent, ſe Delphos miſiſſe qui deum conſulerẽt, &c. *Sed legendum eſt* οὐ παρήσονται, *vt ſit ad verbum, Græcos non omiſſuros ipſos aſſumere. Sic aliquãto poſt* ἐπὶδὲ σφέας βουλεύσασθαι τοὺς Ἕλληνας. *in quibus etiam interpres. Lapſum eſt Vallæ.*

His dictis Argiuorum à ſenatu, quidam è nuntiis Spartanorum ita reſpõdit, quod ad fœdera quidem attineret, ſe ad eos qui plures eſſent relegare: quod autem ad imperium, id verò ſibi demãdatum eſſe, vt reſponderent diceréntque, Spartanis duos eſſe reges, Argiuis vnum, ideo non poſſe fieri vt alterutro Spartæ regi abrogaretur imperium: & nihil obſtare quominus cum iis duobus rex Argiuus parem dignitatem obtineret. Ibi Argiui negare ſe perpeſſuros inſolentiã, ſed præoptare à barbaro imperari ſibi, quàm Lacedæmoniis cedere. Atque ita edixerunt nũtiis vt priuſquam occideret ſol, ex agro Argiuo excederent, alioqui hoſtium loco futuros. Hoc ipſi Argiui ſic ſe habere memorant. aliter tamen per Græciam narratur, Xerxem antequam bellũ Græciæ inferret, miſiſſe Argos caduceatorem: quò quum peruenit, ita fertur verba feciſſe, Viri Argiui, Xerxes rex hæc vobis inquit, Nos arbitramur, Perſem, ex quo nos progeniti ſumus, fuiſſe filium Perſei Danaes filii, ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia. ita ex vobis oriundi ſumus. Quod quum ita ſit, nefas eſt & nos progenitoribus noſtris inferre bellum, & vos aliis opem ferendo, nobis aduerſarios fieri. Sed potius domi veſtræ vos confidentes otium tenere. nã ſi mihi ex ſententia ſuccedet, nullos pluris quàm vos faciã. Hæc Argiui quum audiſſent, [a]rem confeciſſe dicũtur, & à principio diſſimulantes quod actum eſſet, nihil poposciſſe Græcos: ſed quum ab illis [b] reprehenderentur, tunc partem imperii poposciſſe, gnari id Lacedæmonios non cõceſſuros, vt hoc prætextu [c] otium ageret. [d] Cui rei competit, quod quidam Græcorum multis poſtea annis geſtum fuiſſe memorant: Quum Suſis Memnoniis alterius negotii gratia eſſet Athenienſiũ nuntii, Callias Hipponici filius, & collegæ qui pariter aſcẽderãt, cõtigit vt Argiui & ipſi per id tẽpus Suſa mitterent nuntios,

A τῶν δὲ ἀγγέλων τοὺς ἀπὸ τῆς Σπάρτης πρὸς τὰ ῥηθέντα ἐκ τῆς βουλῆς ἀμείψασθαι τοῖσδε, ὡς εἰ μὲν σφι περὶ ὁδέων εἴη ἐς τοὺς πλέονας, ὡς εἰ δὲ ἡγεμονίης, ἀνδράσι ἐνὶ παλαι ἐναντία χρίνασθαι· καὶ δὴ λέγειν, σφι μὲν εἶναι δύο βασιλῆας, Ἀργείοισι δὲ ἕνα· οὔκων δυνατὸν εἶναι τῶν ἐκ Σπάρτης δυοῖσι τοῖσι παρεοῦσι τὴν ἡγεμονίης. μὴ δὲ δύο τῶν σφετέρων ὁμόψηφον τῷ Ἀργείων εἶναι, κωλύειν δέειν. οὕτω δὴ Ἀργεῖοι φασὶ ἐκ ἀναχέεσθαι

B τῶν Σπαρτιητέων τὸν πλεονεξίην, ἀλλ' ἑλέσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἄρχεσθαι ἢ ὑπείξαι Λακεδαιμονίοισι. ὡς δὲ φεύγειν τε σφέας ἀγγέλους, ὡς δὲ δύντος ἡλίου ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Ἀργείων χώρης· εἰ δὲ μή, ὡς ἐξιέναι ὡς πολεμίους. ἀνδρὶ μὲν Ἀργεῖοι τοσαῦτα τουτέων πέρι λέγουσι. ἔστι δὲ ἄλλος λόγος λεγόμενος καὶ τὴν Ἑλλάδα, ὡς Ξέρξης ἔπεμψε κήρυκα ἐς Ἄργος πρότερον ἢ περ ὁρμῆσαι στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ἐλθόντα δὲ τὸν κήρυκα εἰπεῖν,

C Ἄνδρες Ἀργεῖοι, βασιλεὺς Ξέρξης τάδε ὑμῖν λέγει· Ἡμεῖς νομίζομεν Πέρσην εἶναι, ἀπ' οὗ ἡμεῖς γεγόναμεν, παῖδα Περσέος τε Δανάης, γενόμενον ἐκ τῆς Κηφέος θυγατρὸς Ἀνδρομέδης. οὕτω ὦν εἰκὸς ἡμῖν ὑμέτερον ἀπογόνους· οὔτε ὦν ἡμέας εἰκὸς ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι, οὔτε ὑμέας ἄλλοισι τιμωρέοντας, ἡμῖν αἰτίους γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸ ὑμῶν αὐτοῖσι ἡσυχίην ἔχοντας κατῆσθαι. ἐμοὶ γὰρ ἐμοὶ γένηται κατὰ νόον, οὐδαμοὺς

D μείζονας ὑμέων ἄξω. ταῦτα ἀκούσαντας Ἀργείους λέγεται προθύμως ποιήσασθαι, καὶ προφάσιος μὲν ἐκείνου ἀπαγγελλομένους μεταγενέστερον· ἐπεὶ δὲ σφέας προσεβάλετο λαμβάνειν τοὺς Ἕλληνας, οὕτω δὴ ἐπιστάμενοι ὅτι οὐ μεταδώσουσι τῆς ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι, μεταγιγνώσκειν, ἵνα ὅτι προφανέστατον ἡσυχίην ἄγωσι. συμπεσεῖν δὲ τούτοισι καὶ τόνδε τὸν λόγον λέγουσι τίνες Ἑλλήνων,

E πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον γενόμενον τουτέων· τυχεῖν γὰρ Σούσιοισι τοῖσι Μεμνονείοισι ἐόντας ἑτέρου πρήγματος εἵνεκα ἀγγέλους Ἀθηναίων, Καλλίην τε τὸν Ἱππονίκου, καὶ τοὺς μετὰ τούτου ἀναβαίνοντας. Ἀργείους δὲ, τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον πέμψαντας καὶ τούτους ἐς Σοῦσα ἀγγέλους,

274

ἐρωτᾶν

a *Fortaſſe phraſis Græca reſpondet potius noſtræ, En auoir fait ſon. Pro ἀπαγγελλομένους autem legitur & ἐπαγγελλομένους.*

b *Vide annot. quæ proximam præcedit.*

c A bello abſtinerent.

d Cum quibus iſtud congruiſſe. *Vel, Quibus conſentaneum fuiſſe* quidam Græcorum narrãt quod multis poſt hæc annis contigit.

εἰρωτᾶν Ἀρτοξέρξεα τὸν Ξέρξεω, εἰ σφι ἔτι ἐμμένει τὴν πρὸς Ξέρξεα φιλίην συνεχεομένην, ἢ νομίζοιατο σφέας αὐτοὺς εἶναι πολεμίους. βασιλέα δὲ Ἀρτοξέρξεα μάλιστα ἐμμένειν φάναι, καὶ σφέων μᾶλλον νομίζειν πόλιν Ἄργος φιλιωτέρην. εἰ μὲν νυν Ξέρξης ἀπέπεμψε τοῦτα λέγοντα κήρυκα ἐς Ἄργος, καὶ Ἀργείων ἄγγελοι ἀναβαίντες ἐς Σοῦσα ἐπειρώτων Ἀρτοξέρξεα περὶ φιλίης, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν· οὐδὲ ἄλλα γνώμην περὶ αὐτέων ἀποφαίνομαι ἄλλην γε ἢ τὴν αὐτὴν αὖτις Ἀργεῖοι λέγουσι· ἐπίσταμαι δὲ τοσόνδε, ὅτι εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ ἐς μέσον συνενείκειαν, ἀλλάξασθαι θελόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐσχύφοντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσμενίσαντες ἕκαστοι αὐτέων ἀπεφέροντο ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο. οὕτω δὴ οὐκ Ἀργείοισι αἴσχεα πεποίηται. ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι γε μέντοι οὐ παντάπασι ὀφείλω. καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα λόγον. ἐπεὶ καὶ τάδε λέγεται, ὡς ἄρα Ἀργεῖοι ἔσαν οἱ παρακαλεσάμενοι Πέρσας ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐπειδὴ σφι τοὺς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἔσχε, πρὸ δὴ βουλόμενοι σφι εἶναι τοῦ παρεούσης λύπης. τὰ μὲν δὴ Ἀργείων εἴρηται.

Ἐς δὲ τὴν Σικελίην ἄλλοι τε ἀπέστελλον ἀγγέλους ἀπὸ τῶν συμμάχων συμμίξοντες Γέλωνι, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων Σύαγρος. τοῦ δὲ Γέλωνος τούτου τὸν πρόγονον, οἰκήτορα ὄντα Γέλης ἐν τῇ ἐκ νήσου Τήλου τῆς ἐπὶ Τριοπίῳ κειμένης· ὃς κτιζομένης Γέλης ὑπὸ Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἀντιοφήμου, οὐκ ἐλήφθη. μετὰ χρόνον δὲ αὐτὸς καὶ ἀπόγονοι ἐκπεσόντες, ἱεροφαντίην τῶν χθονίων θεῶν διατελέουσι ἔχοντες, Τηλινέων ἑνός τευ τῶν προγόνων κτησαμένου πρόπρο τοιῶδε. ἐκ Μακτορίου πόλιν τὴν ὑπὸ Γέλης οἰκεομένην, ἔφυγον ἄνδρες Γελῷοι, ἑωυτοῦσι στάσι. τούτους ὦν ὁ Τηλίνης κατήγαγε ἐς Γέλην, ἔχων οὐδεμίην αἰδρῶν δυνάμιν, ἀλλ' ἱερὰ τούτων τῶν θεῶν. ὅθεν δὲ αὐτὰ ἔλαβε, ἢ αὐτὸς ἐκτήσατο, τοῦτο δὲ οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

qui Artaxerxem filium Xerxis interrogarẽt an amicitiã quam cum Xerxe contraxissent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hostibus haberẽtur. Quibus Artaxerxes, imò verò maximè perdurare respondit, nullamque sibi ciuitatem amiciorem putare quàm Argos. Verùm an caduceatorem Xerxes Argos [a] miserit ad ea dicenda, & an Argiuorũ nuntii qui Susa ascenderunt, Artaxerxem de amicitia interrogauerint, pro comperto dicere nõ possum, nec vllam de his aliam proferre sententiam nisi quam Argiui proferunt. Id demũ scio, si omnes homines qui domestica mala in medium contulissẽt, cum vicinis mutare volẽtes, mala vicinorum intuiti fuissent, libenter reportaturos rursum singulos ea quæ ipsi attulissent. Ita nõ turpissimè ab Argiuis actum est. Ego verò quæ dicũtur dicere debeo, attamen non omnino omnibus credere: quod in vniuersum à me dictum sit. quoniam & hoc narratur, Argiuos extitisse qui Persam in Græciam accersierunt, posteaquam cum Lacedæmoniis malè pugnassent, præ dolore præsenti quiduis præoptantes. Et de Argiuis quidem dictum est.

a Ad ea dicẽda remiserit, & an Argiuorum nuntii ad interrogãdum Artaxerxem de amicitia, Susa ascenderint, pro comp.

In Siciliam autem ad agendũ cum Gelone, tum alii nuntiis à sociis iere, tũ verò à Lacedæmoniis Syagrus. Huius Gelonis progenitor fuit OEcetor, qui in Gela erat, ex insula Telo quæ Triopio obiacet: qui, dum Gela conderetur à Lindiis, qui sũt è Rhodo & Antiophemo, assumptus non est. Interiecto tamen tempore, [b] posteri eius deorum inferorum sacerdotes illic perseuerauerunt, oriundi à Teline, vno ex ea familia, qui eos illic collocauit hunc in modum: Quidam viri Geloi per seditionem ejecti, in Mactorium vrbem quæ sita est super Gelam, profugerũt: hos Telines Gelam [c] deduxit nullis virorum copiis adiutus, sed horum deorum sacris. quæ vnde acceperit, an ipse possederit, id verò dicere non possum.

b Eius posteri continua successione deorum inferorum sacrifici, vel, *antistites sacrorum dei inferi* fuerunt, quum Telines, vnus quidam ex progenitoribus *hanc dignitatem* hoc modo acquisiuisset. *At Valla cùm in alijs peccauit, tum in eo quòd ita vertit quasi κτησαμένου legeretur, quum tamen statim post in eadem re alteram lectionẽ sequatur.*

c Reduxit. *sic & paulo post emẽda.*

His sacris fretus, [a]eò deduxit illos vbi posteri sui deorum sacrificuli essent. Quæ res mihi admirationi fuit, præter ea quæ audio, tantum opus Telinem effecisse: qualia opera non à quocunque viro effici consueuerunt, sed ab eo qui sit [b] casti ingenii, robustæque præstantiæ. Quanquã vt feruntur ab incolis Siciliæ, fuisse natura effœminatũ ac viro molliorẽ. Hũc in modum ille dignitatem hanc adeptus est. Cleandro autẽ Patareo, qui septem annos Gelæ tyrãnide potius est, vita functo, (à Sabyllo autẽ viro Geloo fuit interfectus) ibi frater eius Hippocrates suscepit imperium. Quo tyrannidem obtinente, erat illic Gelon prognatus à Teline vate, cum aliis multis, quorum vnus erat AEnesidemus Pataici filius, satelles Hippocratis: qui non diu pòst ob virtutem declaratus est totius equitatus præfectus. nam quibus in bellis Hippocrates obsedit Callipolitanos, Naxios & Zanclæos & Leontinos, pugnauítque cum Syracusanis & permultis barbarorum, in iis bellis Gelon extitit vir præclarissimus: adeo vt nulla omnium quas retuli ciuitatum effugerit Hippocratis dominationẽ, præter Syracusanos. quos pugna ad flumẽ Elorũ superatos Corinthii Corcyræique liberauerunt: sub hac tamen conditione, vt Syracusani Camarinam, quæ ipsorum quondam fuisset, Hippocrati traderẽt. Hippocrates autem quum totidem annos quot frater Cleãder tyrannidem obtinuisset, illato Siculis bello, ante vrbem Hyblã periit. ita Gelon per causam tuendi liberos Hippocratis, EVclidem & Cleandrum, vbi ciues, quòd abnuerent dicto amplius audientes esse, prælio vicit, ipse Geloorum imperium [c] adeptus est, liberis Hippocratis dominatu fraudatis. [d] Post hoc commentum, quosdam Syracusanos, qui Gamori vocabantur, à plebe suisque seruis qui Cyllyrii nominabantur eiectos,

Τούτοισι δὴ ὧν πίσυνος ἐὼν κατήγαγε, ἐπ' ᾧ τε οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ ἱροφαντέοιεν τῶν θεῶν ἔσονται. θωύμαζε μοι ὧν καὶ τόδε γίνεται τοῖς τὰ πεπυθάνομαι κατεργάσασθαι Τηλίνην ἔργον τοσοῦτον. τὰ τοιαῦτα γὰρ ἔργα οὐ τοῖς τυχοῦσι ἀπόπροθεν ἀνδρὸς νενόμικα γίνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ ψυχῆς τε ἀγαθῆς, καὶ ῥώμης ἀνδρηίης. ὁ δὲ λέγεται τοῖς τῆς Σικελίης τὸν οἰκήτορων εἶναι ὑπερδεέστατα τοιούτων πεφυκέναι, θηλυδρίης τε καὶ μαλακώτερος ἀνήρ. οὕτω μὲν νεῶν ἐκράτησε τόδε τὸ γένος. Κλεάνδρου δὲ τοῦ Παταρέος τελευτήσαντος τὸν βίον, ὃς ἐτυράννευσε μὲν Γέλης ἑπτὰ ἔτεα, ἀπέθανε δὲ ὑπὸ Σαβύλλου ἀνδρὸς Γελῴου, ἐνθαῦτα ἀναλαμβάνει τὴν μοναρχίην Ἱπποκράτης, Κλεάνδρου ἐὼν ἀδελφεός. ἔχοντος δὲ Ἱπποκράτεος τὴν τυραννίδα, ὁ Γέλων ἐὼν Τηλίνεω τῶν ἱροφαντέων ἀπόγονος, πολλῶν μετ' ἄλλων, καὶ Αἰνησιδήμου τοῦ Παταίκου, ὃς ἦν δορυφόρος Ἱπποκράτεος, μετ' οὐ πολλὸν χρόνον δι' ἀρετὴν ἀπεδείχθη πάσης τῆς ἵππου ἐπίαρχος. πολιορκέοντος γὰρ Ἱπποκράτεος Καμικοὺς τε καὶ Ναξίους, καὶ Ζαγκλαίους τε καὶ Λεοντίνους, καὶ πολλοὺς, Συρηκουσίοισί τε καὶ τῶν βαρβάρων συχνοῖσι, ἀνὴρ ἐφαίνετο ἐν τούτοισι τοῖσι πολεμίοισι ἐὼν ὁ Γέλων λαμπρότατος. τῶν δὲ εἶπον πολίων τούτων, πλὴν Συρηκουσίων, οὐδεμίη πέφυγε δουλοσύνην τοῖς Ἱπποκράτεος. Συρηκουσίους δὲ Κορίνθιοί τε καὶ Κερκυραῖοι ἐρρύσαντο, μάχῃ ἑωυτῶν θέντες ὅτι ποταμῷ Ἑλώρῳ. ἐρρύσατο δὲ οὗτοι ὅτι τοῖς δὲ καταλέξαντες, ὅτ' ὦτε Ἱπποκράτεϊ Καμαρίνην Συρηκουσίοισι προδοῦναι. Συρηκουσίων δὲ τὴν Καμαρίνην τὸ ἀρχαῖον. ὡς δὲ καὶ Ἱπποκράτεα τυραννεύσαντα ἑπτὰ ἔτεα τῷ ἀδελφεῷ Κλεάνδρῳ κατέλαβε ἀποθανεῖν τοῖς πολλοὺς Γέλη, στρατευσάμενον ὅτι τοὺς Σικελοὺς, οὕτω δὴ ὁ Γέλων ὦν λόγῳ ὠμφρέων τοῖσι Ἱπποκράτεος παισὶ Εὐκλείδῃ τε καὶ Κλεάνδρῳ, ὑ βουλομένων τῶν πολιητέων κατηκόων ἔτι εἶναι τῷ ἔργῳ, ὡς ἐπεκράτησε μάχῃ τῶν Γελῴων, ἦρχε αὐτὸς ἀποστέρησας τοὺς Ἱπποκράτεος παῖδας. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ βούλημα, τοὺς γαμόργους καλεομένους τῶν Συρηκοσίων, ἐκπεσόντας ἀπό τε τοῦ δήμου, καὶ τῶν σφετέρων δούλων, καλεομένων δὲ Κυλλυρίων,

a Eos hac conditione reduxit vt eius posteri deorum sacrificuli essent. *Ad hoc loquendi genus passim impingit hic interpres.*

b *Sensum huius loci postulare videtur vt ἦθος ἀγαθὸν respondeat ad verbum ei quod dicimus Bon esprit: vt totum hunc locum sic interpretemur,* Neque enim in quemlibet talia facta cadere existimo, sed in eum demum qui acuto ingenio virilique robore sit præditus. Atqui eum Siciliæ incolæ contraria his à natura habuisse ferunt, vt qui effœminatus ac mollior fuerit. *Illud quoque ὡς τὰ videtur aliter accipiendum, & eodem modo quo vtimur præpositione Ad, quum dicimus, Obstupuit ad has voces.*

c *Omittit ἔργῳ quod respondet præcedenti λόγῳ. q. d. Dum verbo ellos ad conservandum suum imperium adiuvat, ipse non iam verbo, sed facto illud invasit.*

d Post hoc autẽ insperatũ lucrũ. *Id est, Quum autẽ ei nihil tale sperãti iam tantum bonum obtigisset.*

χ καπρηγάσθαι 275

χ Κυλλυρίων.

ὁ Γέλων καταγαγὼν τούτους ἐκ Καμαρίνης πόλιος ἐς τὰς Συρηκούσας, ἔσχε καὶ ταύτας. ὁ μὲν δῆμος ὁ τῶν Συρηκοσίων ὑπισχνεῖτο Γέλωνι παραδώσειν τὴν πόλιν καὶ ἑωυτούς. ὁ δὲ, ἐπεί τε προέλαβε τὰς Συρηκούσας, Γέλης μὲν ὑπερεθρατέων, λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο, ὑπαδέψας αὐτὴν Ἱέρωνι ἀδελφεῷ ἑωυτοῦ· ὁ δὲ τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε, καὶ ἔσαν ἄπολιτα αἱ Συρήκουσαι· αἱ δὲ πρωτίκ' ἀνάτ' ἔδραμον καὶ ἀνέβλαστον. τοῦτο μὲν δὴ, Καμαριναίοις ἀπολιτας ἐς τὰς Συρηκούσας ἀγαγὼν, πολίτας ἐποίησε, Καμαρίνης ἥν ὅ ἄρα κατίσκαψε· ὅτω δὲ, Γελώων ἐξημίωσε τῶν ἀστῶν τοῦτο τοῖσι Καμαριναίοισι ἐποίησε. Μεγαρέας τε τοὺς ἐν Σικελίῃ, ὡς πολιορκεόμενοι ἐς ὁμολογίην παρεσχώρησαν, τοὺς μὲν αὐτέων πάχεας, ἀφορμίους τε πολέμου αὐτῷ, καὶ παρεδοκέοντας ἀπολέεσθαι διὰ τοῦτο, ἀγαγὼν ἐς τὰς Συρηκούσας, πολίτας ἐποίησε. τὸν δὲ δῆμον τῶν Μεγαρέων, οὐκ ἐόντα μεταίτιον τοῦ πολέμου τούτου, οὐδὲ παρεδεχόμενον κακὸν οὐδὲν πείσεσθαι, ἀγαγὼν καὶ τούτους ἐς τὰς Συρηκούσας, ἀπέδοτο ὑπ' ἐξαγωγῇ ἐκ Σικελίης. τοῦτο δὴ τοῦτο καὶ Εὐβοέας τοὺς ἐν Σικελίῃ ἐποίησε δραχρίνας. ἐποίεε δὲ ταῦτα τούτους ἀμφοτέρους, νομίσας δῆμον εἶναι συμοίκημα ἀχαριστότατον. τοιούτῳ μὲν δὴ τρόπῳ τυραννος ἐμηχάνεε μέγας ὁ Γέλων. τότε δὴ ὡς οἱ ἄγγελοι τῶν Ἑλλήνων ἀπικέατο ἐς τὰς Συρηκούσας, ἐλθόντες αὐτῷ ἐς λόγους, ἔλεγον τάδε,

» Ἔπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι,
» καὶ οἱ τούτων σύμμαχοι, παραλαμβάνομέ-
» νους σε ποιέεσθαι τὸν βάρβαρον. τὸν γὰρ ὑπερβάντα
» ὑπὲρ τοῦ Ἑλλάδα πρήσσειν κου πεπυθάνεαι,
» ὅτι Πέρσης ἀνὴρ μέλλει, ζεύξας τὸν Ἑλλήσ-
» ποντον, καὶ ἐπάγων πρήσσειν τὸν ἠῶον στρατὸν
» ἐκ τῆς Ἀσίης, στρατηλατέειν ὑπὲρ τοῦ Ἑλ-
» λάδα· ποιήσαντα μὲν ποιεύμενος ὡς ὑπὲρ
» Ἀθηναίους ἐλαύνει, ἐν νόῳ δὲ ἔχων πᾶσαν τὴν
» Ἑλλάδα ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι. σὺ δὲ δυνά-
» μιός τε ἔχεις μεγάλης, καὶ μοῖρά τοι τῆς Ἑ-
» λλάδος ἔκ ἐλαχίστη μέτα ἄρχοντί γε Σικε-
» λίης· βοήθει τε τοῖσι ἐλευθεροῦσι τὴν Ἑ-
» λλάδα, καὶ συνελευθέρου. ἀλλὰς μὲν γὰρ νο-
» μιζομένη πᾶσα ἡ Ἑλλὰς, χεὶρ μεγάλη συνά-
» γεται, καὶ ἀξιόμαχοι γινόμεθα τοῖσι ὑπεροῦσι·

A qui EVbœam circũuehebantur, tempeſtate illa quæ extiterat cũctos interiſſe. Itaque Græci eadẽ qua pridie obſeruata hora profecti, naues Cilicũ inuaſere. Quas vbi corrupere, & nox aduenit: iterum ſe ad Artemiſium receperunt. Tertio die barbarorum duces, tum indignè ferentes[a] à tantula ſe claſſe vexari, tum à Xerxe ſupplicium timentes, non expectandum ſibi amplius cenſuerũt vt Græci priores pugnam capeſſerent, ſed inſtructas naues circa meridiem eduxerunt. Contigit autem vt per hos eoſdem dies & hæc naualia prælia & illa in Thermopylis terreſtria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de EVrypo, quemadmodũ illis qui cum Leonide erant de tranſitu arcendo. & Græci quidẽ ſeſe adhortabantur ne barbaros intrare Græciam ſinerent: barbari verò, vt Græcorum copiis profligatis, tranſitu potirentur. Procedente autem Xerxianorũ claſſe in acié ordinata, dũ Græci ſe apud Artemiſium immotos tenerent, tunc eos barbari, vt comprehenderent, lunata claſſe circumdabant. Ibi Græci ex aduerſo prodeuntes conflixere. Qua ĩ pugna pari marte pugnatum eſt. nã Xerxiana claſſis præ magnitudine & copia ſua in ſe incidebat, perturbatis nauibus & mutuò incurſantibus: reſiſtebat tamen neque cedebat. Indigna enim res videbatur, à paucis nauibus in fugam conuerti. Ita que multæ Græcorum naues interibant, multi etiam viri, ſed multo plures barbarorum & naues & viri: atque ita dimicãtes vtrique ab alteris abſceſſere. Hoc in prælio Xerxianos inter milites optimam AEgyptii nauauerũt operã, cùm aliis magnis editis operibus, tum hoc quòd quinque Græcas naues cum ipſis propugnatoribus cepere. E Græcis autem eo die præſtantiſſimi extitere Athenienſes, & inter Atheniẽſes Clinias Alcibiadis filius: qui domeſtico ſũptu ac propria naui cum ducẽtis viris militabat. Vbi vtrique libẽter in diuerſũ abiere,

a Se tantulam ſuã claſſem profligare. *Id eſt, In periculum conijcere ne profligaretur à Græcis.*

ad ſuas ſtationes ſeſe recepere. Græci autem direpto prælio reuecti, etſi cæſorum corporibus ac naufragiis potiti erãt, tamẽ quòd malè affecti eſſent, præcipuéque Athenienſes (quorum dimidium nauium vulneratum erat) de fugiendo [b] in vlteriora Græciæ deliberabant. Themiſtocles, reputans, ſi ab amicitia barbari Ionas & Cares abduceret, fieri poſſe vt reliquos ſuperarent, dum EVbœenſes pecora ad mare propellunt, illuc duces contraxit, eíſque dixit ſe aſtutiam quandam habere, qua ſperaret optimos quoſque ſociorum ab rege abductum iri. Hactenus rem enudauit, addiditque, ad eam tranſigendam hoc ab illis agẽdum eſſe, vt EVbœicorum pecorum quantum vellet quiſque mactarẽt. ſatius enim eſſe ſuorum copiis illos potiri quàm hoſtem. Ac monuit vt ſuis quiſque popularibus præciperet ignem accendere: ſibi autem de diſceſſu ſub tempus opportunum curam fore, vt ſine noxa abirẽt. Hoc illis probatum quum eſſet, accenſis ignibus ad pecora eſt itum. nam EVbœenſes, contempto Bacidis oracvlo, tanquam nihil dicẽte, neque exportauerant quicquam, neque importauerant: & velut impendente eis bello, res ſibi quoque ipſis obſcuras effecerant. ita enim habebat de his oraculum Bacidis,

Dum iuga barbaricus canabacea iactat in æquor,
EVbœa capræ mugientes fac procul abſint.

His verſibus quum nihil illi niterentur, tametſi mala tum aderant, tum impendebãt, fiebat vt in pleriſque aduerſa fortuna vterentur. Dum hæc iſti agebant, aduenit ex Trachine ſpeculator. nam erat apud Artemiſium ſpeculator Polyas, genere Anticyrenſis, cui datum erat negotium cum expedito nauigio actuario, vt renuntiaret iis quiapud Thermopylas erant an claſſis diſceſſiſſet. At Abronychus Lyſiclis filius Athenienſis, apud Leonidem erat paratus cum lembo ad

a In Græciæ interiora

ἐς ὅρμον ἠπείγοντο. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς ἀγαχριθέντες ἐκ τῆς ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον, τρηχέως δὲ τετρωμένοι καὶ συκ ὀλίγοι Ἀθηναῖοι, τῶν αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι ἔσαν, δρησμὸν δὴ ἐβουλεύοντο ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης ὡς εἰ ἀποῤῥαγείη ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ τό, τε Ἰωνικὸν καὶ ὁ Καρικὸν φῦλον, οἷοί τε εἶησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν ΕΥβοέων τετράπεδα ἐπὶ τὴν θάλασσαν ταῦτα, συλλέξας τοὺς στρατηγοὺς, ἔλεγέ σφι ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζει τῶν βασιλέος συμμάχων ἀποστήσειν τοὺς Ἴωνας. ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτο προεγώμησε. ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι παρήγγελλε τάδε ποιητέα εἶναι σφι ἔλεγε· τῶν τε τετραπόδων τῶν ΕΥβοϊκῶν ὅσα τις ἐθέλοι κατὰ θύειν. χρεὸν γὰρ εἶναι τὸν στρατὸν ἔχειν ἢ τοὺς πολεμίους. πρῆγμά τε τετραπεῖν τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους πυρὶ αἰθαλόεν, κομιδῆς δὲ περὶ τὸν ὥρην αὐτῷ μελήσειν· ὥστε ἀπαινέας ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸν Ἑλλάδα. ταῦτα μὲν ἤρεσε σφι ποιέειν καὶ αὐτίκα πῦρ αἰθαλοσαίμενοι, ἐπρήσσοντο τετράποδα. Οἱ γὰρ ΕΥβοέες καταχρησαίμενοι τὸν Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, οὔτ' ἐξεκομίσαντο οὐδέν, ὅτε μετεσάξαντο, ὡς παρεσομένου σφι πολέμου. τετραπόδα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τουτέων ὁ χρησμός,

Φράζεο, βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
Βύβλινον, ΕΥβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἰγας.

τούτοισι δὲ οὐδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησαμένοισι ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ μετεσδοκίμοισι κακοῖσι, πρὸ ὀλίγου σφι συμφορὴ γενέσθαι περὶ τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐπρήσσοντο, πρὸ ὀλίγου δὲ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ δὴ Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος Πολύας, γένος Ἀντικυρέα, ᾧ προστέτακτο· καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον, εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς, σημανέν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι. ὡς δ' αὐτῶς οὗτος Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος Ἀθηναῖος καὶ οὗτος Λεωνίδῃ ἑτοῖμος ἦν τοῖσι δι'

297

Ἀρτεμισίῳ ἐοῦσι ἀγγέλλειν τεμηνυτέρῳ ἰὼν A
τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν. Οὗτος
ὦν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπικόμενος ἐσήμηνέ σφι
τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδεα καὶ τὸν στρατὸν
αὐτοῦ. Οἱ δέ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι ἐς ἀ-
ναβολὰς ἐποιέοντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομί-
ζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι
πρῶτοι, ὕστατοι δὲ, Ἀθηναῖοι. Ἀθηναίων δὲ
νέας ταχείας ἁλιεῖς πλωούσας ὁπλεξάμενος
Θεμιστοκλέης, ἐπορεύετο πρὸς τὰ πότιμα ὕ-
δατα, ἐν τοῖσι λίθοισι γράμμα- B
τα, τὰ Ἴωνες ἐπελθόντες τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ
ὑπὸ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπελέξαντο. Τὰ δὲ γράμ-
» ματα τάδε ἔλεγε, Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ ποι-
» έετε δίκαια ὑμεῖς ὑπὸ τοὺς πατέρας στρατευόμε-
» νοι, καὶ τὴν Ἑλλάδα καταδουλούμενοι. ἀλ-
» λὰ μάλιστα μὲν πρὸς ἡμέων γένεσθε· εἰ δὲ
» ὑμῖν ὀρθὸν τοῦτο μὴ δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμεῖς δὲ
» ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἵστασθε καὶ αὐ-
» τοὶ, καὶ τὸν Κᾶρας δέεσθε τὰ αὐτὰ ὑμῖν ποι-
» έειν. εἰ δὲ μηδέτερα τουτέων οἵοντε γίνεσθε, C
» ἀλλ' ἔτι αἰαγκαίης μέζονος κατέχεσθε
» ἢ ὥστε ἀφίστασθαι, ὑμέες γε ἐν τῷ ἔργῳ,
» ἐπεὰν συμμίσγωμεν, ἐθέλοντες κακέετε, με-
» μνημένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγόνατε, καὶ ὅτι ἀρ-
» χὴν ἡ ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον ἀπ' ὑ-
» μέων ἡμῖν γέγονε. Θεμιστοκλέης δὲ ταῦτα
ἔγραφε, δοκέων ἐμοὶ, ἐπ' ἀμφότερα νοέων,
ἵνα ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασιλέα, Ἴω-
νας ποιήσῃ μεταβαλεῖν καὶ γνώσεσθαι πρὸς
ἑωυτῶν, ἤ, ἐπείτε αἰνίχθη, καὶ διαβληθῇ D
πρὸς Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας,
καὶ τῶν συμμαχέων αὐτοὺς ἀπόσχῃ. Θεμι-
στοκλέης μὲν νεὼς ταῦτα ἐνέγραψε. τοῖσι δὲ
βαρβάροισι αὐτίκα μετὰ ταῦτα πλοίῳ ἦλ-
θε ἀνὴρ Ἰστιαῖος, ἀγγέλλων τὸν δρησμὸν τὸν ἀπὸ
Ἀρτεμισίου τῶν Ἑλλήνων. οἱ δὲ ἐπ' ἀπι-
στίῃ τὸν μὲν ἀγγέλλοντα εἶχον ἐν φυλακῇ,
νῆας δὲ ταχείας ἀπέστειλαν προσκοπευμένας. ἀπαγ-
γελθέντων δὲ τουτέων τὰ ἐῴ, E
ὕπτιος δὴ ἅμ' ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρα-
τιὴ ἔπλωε ἀλλὰ ὅπι τὸ Ἀρτεμίσιον. Ὑπιγ-
νόντες δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσου
ἡμέρης, ὁ ἀπὸ τούτου ἔπλωον ἐς Ἱστιαίην.
ἀπικόμενοι δὲ, τὴν πόλιν ἔχουσι τὴν Ἱστιαίων
καὶ τῆς Ἑλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαω-
τίδος τὰς παραθαλασσίας κώμας πάσας ἐπέδραμον.

nuntiandum iis qui ad Artemisium agebant, siquid noui pedestribus copiis contigisset. Hic igitur Abronychus aduenies, indicauit ea quæ circa Leonidem & eius exercitum gesta erãt. Qua isti re audita non iam sibi differendum abitum putauerunt: sed vt quique locati erant, abscesserunt: primi Corinthii, postremi, Athenienses. Quorum Atheniẽsium velocissimis nauibus delectis, Themistocles ad aquas potabiles se conferens, in lapidibus literas incidebat: quas postero die Iones ad Artemisium veniẽtes legerunt, in hæc verba: Viri Iones, haud iustè facitis, militantes aduersus patres, & Græciam redigẽtes in seruitutẽ. Sed (quod præcipium fuerit) state à nobis: sin hoc facere non potestis, [a] saltem nunc sitis in medio. quod & ipsi facite, & Cares vt faciant obsecrate. Quòd si horũ neutrum agere licet, & maiori necessitate estis obstricti quàm vt possitis desciscere, in re gerenda, dum pugnam conseremus, sponte agatis instrenuè, memores à nobis vos esse oriundos, & inimicitiarum nobis cum barbaro principiũ à vobis extitisse. Hæc Themistocles (vt arbitror) ancipiti consilio scripsit, vt si literæ regẽ laterent, Iones induceret ad deficiendum à rege ad se: sin ad eũ deferrentur, darentúrque crimini, [b] infidos eidem redderet Iones, vt à præliis naualibus summouerentur. Postquam autem hæc Themistocles inscripsit, extemplo vir quidam Histiæus nauigio aductus, barbaris nũtium attulit Græcos ab Artemisio profugisse. Illi homine, quòd fidem non haberent, seruari iusso, naues veloces ad rem explorãdam miserunt. qua re per istos nuntiata, simulatque refulsit sol, omnis classis addensata ad Artemisium contendit: vbi ad meridiem vsque immorata, mox ad Histiæam processit. Eò appulsi, vrbe Histiæorum potiti sunt, & optimam portionẽ agri Histiæi maritimósque vicos omnes percursauerunt.

a *Videntur hic mendosa esse Græca exemplaria: sed ex coniectura elicetur hic sensus,* Et vos è medio nobis subducite. *Id est, Subducentes vos, ne in medium aduersum nos prodite. Vel, Subducite vos, ne Græcis prodeundum sit, &c. Vocantur autem Athenienses Ionum patres vt suprà, pag. 459.*

b Suspectos

Dum isti hoc in loco agunt, Xerxes præparatis quæ ad cæsos pertinebant, præconem ad classiarios mittit. Hæc autem præparauerat. Quicunque è suo exercitu apud Thermopylas cæsi (erant autem viginti millia) eorũ mille fermè relictis, cæteros depressa fossa humauit: & ne à classiario exercitu cerni possent, eã humum exagitauit, foliisque cõstrauit. Præco vbi ad Histiæam peruenit, facto totius exercitus cœtu, hæc dixit, Viri socii, rex Xerxes dat veniam cuicunque libet relictis ordinibus ire visum quemadmodum pugnetur cum amentibus hominibus, qui se superaturos sperauerant copias regis. Hæc denuntiante præcone, mox nihil infrequentius fuit nauigiis: ita multi visere cupiebãt. Profecti eò, hos omnes Lacedæmonios esse ac Thespienses credebant qui strati iacebant, quum etiam [a] seruos cernerent. [b] Itaque res eos qui transmisere non latuit. Hoc Xerxes circa suorum cadauera fecit, rem profectò ridiculam, vt mille iacentes extarent, cæteri verò conferti eundẽ in locum quater milleni cõportati sitíque essent. Atque hunc quidem diem in spectaculo consumpserũt: postero autẽ classiarii Histiæã ad classem remeauerunt. Reliqui qui cum Xerxe erãt, iter ingressi sunt: ad quos pauci quidam ab Arcadia perfugæ venerũt, victus inopes, & operam suã præstare cupientes: qui in conspectum regis adducti, interrogatíque cùm ab aliis Persis, tum verò à quodã præcipuè, de Græcis, quídnam illi agerent, respõderũt eos agere Olympia, & spectare certamen gymnicũ atque equestre. Rursus eodem percontante quodnam illis præmium esset propositum propter quod certarent, oleaginam coronam inquiunt esse qua donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius generosissimam dixit sententiam, [c] quæ apud regem pro timida est habita, Audiens enim præmium illis coronam esse, non pecuniã, silentium tenere nõ potuit quin coram omnibus diceret, Papæ

a Heloten. *quod erat seruis Lacedæmoniis peculiare nomen.*

b Sedenim eos qui illuc traiecerant non latebat quod Xerxes circa suorum cadauera egerat. Ac ridiculum quidẽ certè istud erat, horum, *id est, barbarorum*, cadauera mille duntaxat iacentia conspici, illorum autẽ iacere quatuor millia, eundem in locum confertim congesta. *Illud autem γελοῖον, (id est, ridiculum) non de re ipsa, sed de Xerxe dicitur, qui tam vecors in cõminiscenda hac impostura fuerit. Quod, ad verbum, ità Gallica lingua expressérũ, Et de faict c'estoit vne grande mocquerie de Vouloir faire croire que, &c. Valla autem in eo etiam lapsus est quòd illos mille ab his quatuor millibus non distinxerit.*

c Propter quam à rege pro timido est habitus. *Vel, ignauo.*

A Ἐνθαῦτα δὲ τουτέων ἐόντων, Ξέρξης ἐτοιμασάμενος τὰ πρὸς τοὺς νεκροὺς, ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν κήρυκα. προεστοιμάσατο δὲ τάδε· ὅσοι μὲν στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ ἔσθλυ νεκροὶ ἐν Θερμοπύλῃσι, (ἔσθλυ δὲ ἦν δύο μυριάδες) ὑπολιπόμενος τουτέων ὡς χιλίους, τοὺς λοιποὺς, τάφρῳσι ὀρυξάμενος, ἔθαψε· φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν, καὶ χοῦν ἐπαμησάμενος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἱστιαίην ὁ κήρυξ, σύλλογον ποιησάμενος πάντων τοῦ στρατοῦ πάντα B πεδου, ἔλεγε τάδε, Ἄνδρες ξύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τῷ βουλομένῳ ὑμέων παρεσιδέσθαι, ἐκλιπόντα τὴν τάξιν, καὶ ἐλθόντα, θήσασθαι ὅκως μάχεται πρὸς τοὺς αἰσχίστους τῶν ἀνθρώπων, οἳ ἤλπιζον τὴν βασιλέος δύναμιν ὑπερβαλέεσθαι. ταῦτα ἐπαγγειλαμένου, μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐλίγεσο πλοίων ἀσφαλιώτερον· οὕτω πολλοὶ ἤθελον θήσεσθαι. διαπερασθέντες δὲ ἐθηεῦντο διεξιόντες τοὺς νεκρούς. πάντες δὲ ἐπίστευσαν τοὺς χειλίους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ C Θεσπιέας, ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας. οὐδὲν οὐδὲ ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας Ξέρξης ταῦτα ποιήσας πρὸς τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ. καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν· τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ κείμενοι, οἱ δὲ πάντες ἐκέατο ἀλέες συγκεκομισμένοι ἐς τοῦτο χωρίον, τέσσερες χιλιάδες. ταῦτα μὲν τῇ ἡμέρῃ πρὸς θῆλυ ἐτράποντο· τῇ δὲ ὑστεραίῃ οἱ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἱστιαίην ἐπὶ τὰς νῆας, Ὁ δὲ ἀμφὶ Ξέρξεω, ἐς ὁδὸν ὥρμέατο. ἦκον δέ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ὀλίγοι πάνυ, βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργὸν βουλόμενοι D ἔχειν). ἀγαγόντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν τοῦ βασιλέος, ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι πρὸς τῶν Ἑλλήνων τὰ ποιέοιεν· εἰς δέ τις πρὸς πάντων ἦν ὁ ἐρωτῶν αὐτοὺς ταῦτα. οἱ δὲ σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν, καὶ θεωρίην ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ,τι τὸ ἆεθλον εἴη σφι προκείμενον, τοῖσι τὸ ἀγωνίζονται. οἱ δ' εἶπον, τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. ἐνθαῦτα εἶπας γνώμην γυναικοπάτην Τιγράνης ὁ Ἀρταβάνου, δεινὸν ὤφλεε πρὸς βασιλέος. πυθόμενος γὰρ τὸ ἆεθλον εἶναι στέφανον, οὐκ ἐνέμεινε, οὔτε ἐὼν σιγᾶν, εἰπέ τε πρὸς πάντας τάδε, Παπαῖ

298

πάντα

ἄγειν

» Μαρδόνιε, κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγαγες μα- A
» χησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν
» ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς; τοῦτο
μὲν δὴ ταῦτα εἴρητο.

Mardoni, in quos viros induxisti nos ad pugnandum? qui non pecuniarum certamen agitant, sed virtutis? Hoc ille dixit.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἐπεί τε ὁ ἐν Θερμοπύλῃσι τρῶμα ἐγένετο, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμπουσι κήρυκα ἐς Φωκέας, ἅτε σφι ἐχθρῶν αἰεὶ χόλον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑςάτου τρώματος καὶ τὸ κάρτα. ἐσβαλόντες γὰρ πάμπρατιῇ ἀνδρί τε οἱ Θεσσαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτέων ἐς τοὺς Φωκέας, οὐ πολλοῖσι ἔτεσι B πρότερον ταύτης τῆς βασιληΐης στρατηλασίης, ἐσσώθησαν ὑπὸ τῶν Φωκέων, καὶ περιέφθησαν τῇσι. καὶ ἐπεί τε κατειλήθησαν ἐς Παρνησσὸν, οἱ Φωκέες ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἤλεον, ἐνθαῦτα ὁ Τελλίης οὗτος σοφίζεται ἀνδράσι τοιόνδε· γυψώσας ἄνδρας ἑξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρείσους, ἀνδρείκελά τε σφέοισι, καὶ τὰ ὅπλα αὐτέων, νυκτὸς ἐπιθήκας τοῖσι Θεσσαλοῖσι· παραείπας ἀνδρῖσι, τὸν αὐ μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. τούτους ὦν οἵ τε φύλακοι τῶν Θεσσαλῶν πρῶτοι ἰδόντες, ἐφοβήθησαν, δόξαντες ἄλλό τι εἶναι τέρας· καὶ μετὰ τοὺς φύλακας αὐτοὺς ἡ στρατιή, οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κατῆσαν νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας, τῶν τὰς μὲν ἡμισείας ἐς Ἄβας ἀνέθεσαν, τὰς δὲ λοιπὰς, ἐς Δελφούς. ἡ δὲ δεκάτη ἐγένετο τῶν χρημάτων ἐκ ταύτης τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες οἱ περὶ τὸν τρίποδα στεῶτες, ἐμπρόσθεν ἕστηκε τοῦ ἐν D Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἄβῃσι ἀνακέαται. ταῦτα μὲν νυν τὸν πεζὸν εἰργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντάς σφεας ἐνδοῦ τοὺς. ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὸ χωρίον τὸ ἵππιον αὐτέων, ἐλυμήναντο αὐτοὺς ἀνηκέστως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἧσται χάσμα ἀμπολιν, ἐς τοῦτο πάφεσι μεγάλῳ ὀρύξαντες, ἀμφορέας κενεοὺς ἐς τοῦτο κατέθηκαν. χοῇ δ' ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ τῶν αὐτὸ
299 χώρῳ, ἐδέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλοντας. οἱ δ', ὡς ἁρπασόμενοι, τοῖς Φωκέας φερόμενοι, ἐσέπιπτον ἐς τοὺς ἀμφορέας· ἐνθαῦτα οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν· τούτων δὲ σφι ἀμφοτέρων ἐχόντων ἔσχον οἱ Θεσσαλοὶ,

Eo interim tempore poſt acceptam apud Thermopylas calamitatem confeſtim Theſſali caduceatores ad Phocenſes mittũt, vtpote iis infenſi, cùm ſemper antea, tum præcipuè poſt nouiſſimam cladem. Etenim nõ multis ante hanc regis expeditionẽ annis, quum ipſi Theſſali & eorũ ſocii omni cum copia bellum Phocenſibus intuliſſent, à Phocẽſibus fugati ſunt ac malè multati. [a] nam quum ad Parnaſſum vſque proceſſiſſent Phocẽſes, ſecum habẽtes Telliam vaticinum illum Eleum, ibi Tellias hic huiuſmodi rem eis commẽtus eſt: Sexcentos viros è Phocenſibus præſtantiſſimos gypſo tã ipſos quàm arma illinit, eóſque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, dato præcepto vt quẽcunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primùm Theſſalorum excubitores, aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſe exercitus adeo exhorruerunt, vt tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint: quorum ſcutorum dimidium apud Abas, alterum dimidium apud Delphos dedicauerunt: & ex decima pecuniarũ huius pugnæ factæ ſunt ſtatuæ grandes, quæ circa tripodem e regione delubri Delphis viſuntur: & alteræ eiuſmodi in Abis repoſitæ. Hoc Phocenſes impediratum Theſſalorum, à quibus obſidebantur, egerunt. Equitatum quoque eorundem, qui in ſuum agrum incurſauerat, inſanabili clade afflixit. ad ingreſſum enim qui eſt iuxta vrbem Hyampolin, depreſſa ingenti foſſa, amphoras illic inanes depoſuerunt, humúmque deſuper iniecerunt, eámque reliquo ſolo exæquauerunt: atque ibi Theſſalos expectarunt incurſuros. In eos Theſſali impetu dato, tanquam rapturi, in amphoras inciderunt, ibíque equorum crura confracta ſunt. Ob hæc ambo Phocenſibus infenſi Theſſali,

a Quúmque *Theſſali* ad Parnaſſum compulſi eſſent, vates Tellies Eleus Phocenſibus apud quos erat, hoc excogitauit. *At Valla κατειλήθησαν ad Phocenſes retulit, quod tamẽ de victoribus dici rationi conſentaneum non eſt. Sed Vallam in errorẽ induxit fortaſſe præpoſtera interpunctio quam in ſuo exemplari habuit, & nominatiuus pro genitiuo abſoluto poſitus, ſcilicet οἱ Φωκέες ἔχοντες, pro τῶν Φωκέων ἐχόντων: quod nihil aliud eſt quàm ſi, omiſſo illo participio, ita (& quidẽ multo breuius) dixiſſet, τῆς Φωκάδος μάντις Τελλίης ὁ Ἤλεος σοφίζεται τοιόνδε. Quæ obſeruatio ad intelligendos alios Herodoti locos magno adiumento eſſe poteſt.*

missō caduceatore ita dixere, a Nunquid dissimulatis amplius Phocenses agnoscere non esse vos nobis pares? qui & antehac inter Græcos, quandiu partes illorum nobis placuerunt, semper vobis antecelluimus, & nunc apud barbarum adeo pollemus vt penes nos sit & agro vos exuere, & in seruitutem redigere? Quā facultatem etsi obtinemus, tamē iniuriarum non sumus memores, nisi vt eo nomine quinquaginta talenta rependatis: & nos vobis recipimus, omnia nos ab agro vestro damna auersuros. Hæc Thessali Phocensibus denuntiabant, quòd soli Phocēses inter eius loci homines cū Medis non sentiebant: idque nulla alia causa, (vt ego coniectura cōperio) quàm Thessalorum odio: partes Medorum (vt mihi videtur) sequuturi, si Thessali partes Græcorū fouissent. Hæc deferentibus Thessalis, negarūt se Phocenses pecuniam daturos: & sibi itidem vt Thessalis facultatem esse sentiendi cum Medis, si aliter sentire vellent: sed nequaquā fore vt sponte essent proditores Græciæ. His verbis renuntiatis adeo Thessali sunt in Phocenses indignatione perciti, vt barbaro duces itineris extiterint, & ex Trachinia Doridem regionem incursauerint. nam eius regionis b podeō angustus illic octoginta non amplius stadia in latū protenditur, inter Melidem ac Phocensem regionem situs, quæ olim Dryopis erat. Hæc autem regio, Dorum qui sunt in Pelopōneso, metropolis est. Hanc igitur Doridem regionē ingressi barbari nihil admodum læserunt: cum Medis enim (etsi Thessalis non videbatur) sentiebāt. Posteaquam autem è Doride in Phocidem ingressi sunt barbari, ipsos quidem Phocenses non sunt adepti: (eorum enim nonnulli cacumina Parnassi conscenderant, c qui vertex est iuxta vrbē Neonem illic sitam, nomine Tithorea: cóque se receperant: sed plures ad Locros Ozolas, in vrbem Amphissam, quæ supra Crisæum sita est campum) omnem tamen agrum Phocensem incursauerunt:

a *Nunc demum Phocenses sententia mutata agnoscite etiam magis quàm antea, vos nequaquā nobis esse pares. At Valla interrogatiuè hæc legit, quum tamen vera Verbi γνωμαχῶν significatio interrogationem admittere non videatur.*

b *Quidam, Trachinium angustum. Alij, Promunctia angusta. Camerarius autē ita hunc locum reddit.* Regionis Doricæ hac in parte angustus est aditus, latitudine patens ad millia passuū circiter quatuor. *id est, quasi pero extenditur.*

c Est autē multitudinis etiā capax vertex Parnassi, quā ad vrbem Neonē vergit, seorsum sitā: vocatúrque ille *Vertex* Tithorea. *Vel, Tithoreus, vt conueniat cum Voce Latina Vertex masculin. gen. vt Τιθορέα cū Græca fœmin. κορυφή. Sic paulo pòst κορυφῆς meminit Vocata Ταμπίης. Lego autem καιμῷλιν ὑπ' ἑωυτῆς, pro καιμῷλιν ὑπ' ἑωυτῆς. sed me illum quidē lectionis sensus fassifacit.*

πέμψαντες κήρυκα, ἠγόρευον τάδε, Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ οὐ ὁμοῖοι ἡμῖν. πρόσθεν τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἕλλησι ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἐῴδεε, πλέον αἰεί κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα· νῦν τε τῷδε τῷ βαρβάρῳ τοσοῦτον δυνάμεθα, ὥστε ὑπ' ἡμῶν ὑμῖν τῆς γῆς ἐξερῆσθαι καὶ προσοικίσαι ὑμέας. ἡμεῖς μὲν τοὺς πρὸ ἐχοντες, οὐ μνησικακέομεν, ἀλλ' ἡμῖν ἡμείψασθε αὐτ' αὐτέων πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου· καὶ ὑμῖν ἐπιδεκόμεθα τὰ ὑπεόντα ὑπὸ τὴν χώρην ἀποτρέψειν. Ταῦτά σφι ἐπηγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. Οἱ γὰρ Φωκέες μουνοῦσι τῇ τοιῇδε αἰθερόπων οὐκ ἐμήδιζον κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, (ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος βουλεύσομαι) κατὰ δὲ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν. εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων νοῦξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐμήδιζον αὖ οἱ Φωκέες, ταῦτα ἐπαγγελλομένων Θεσσαλῶν, ἅτε δώσειν ἐφάσκον χρήματα, πρόσχειν τε σφι Θεσσαλοῖσι ὁμοίως μηδίζειν, εἰ ἄλλως βουλοίατο. Ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἑκόντες εἶπαν τῆς Ἑλλάδος. ὅπῃ δὲ αὐτοὶ ἐβουλεύσαντο οὗτοι μὲν λέγουσι, οὕτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, ἐσήγοντο ἡγεμόνας τῆς βαρβάρου τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχινίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰρ Δωρίδος χώρης πόδεων ἑπτὰ ἐούσης ταύτῃ κατατείνει, ὡς τετράκοντα σταδίων μάλιστά κη εὖρος, κείμενος μεταξὺ τῆς τε Μηλιάδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης, ἥ περ ἐὼν τὸ παλαιὸν Δρυοπὶς, ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσήναντο ἐσβαίνοντες οἱ βάρβαροι. ἐμήδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι. ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοῖσι μὲν οὐδὲν Φωκέας ἐκ αἱρέουσι. οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τὰ Παρνησσοῦ ἀνέβησαν. ἔστι δὲ ἡ Ἀβαντὶς δὴ δέξασα ὅμιλον τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ, τῇ Νέωνα πόλιν, κειμένην ὑπ' ἑωυτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. ἐς τὴν δὴ αἰλισθέντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν. οἱ δὲ πλοῦνες αὐτέων ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσθησαν, ἐς Ἀμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην. οἱ δὲ βάρβαροι τὴν χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα.

Θεσσαλοὶ γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατόν. ὁκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκαιον, καὶ ἐς τὰς πόλις ἐμπίπτοντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱερά. παραμειβόμενοι γὰρ τὴν τῇδε Κηφισὸν ποταμὸν, ἐδῄουν πάντα· καὶ τὴν μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, τὴν δὲ Χαράδρην, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλατείαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ Ἄβας· ἔνθα καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον. καὶ ἔτι καὶ τότε καὶ νῦν ἔστι χρηστήριον αὐτόθι· καὶ τοῦτο τὸ ἱερὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν, καί τινας διώκοντες εἷλον τῶν Φωκέων περὶ τοῖσι οὔρεσι. καὶ γυναῖκάς τινας διέφθειραν μισοῦντες, ὑπὸ πλήθεος. Παραποταμίους δὲ τοὺς μειζόνως οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας. ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη διῃρημένη ἡ στρατιὴ αὐτέων ἐγίνετο, τὸ μὲν πλῆθος καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ, ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθηναίους, ἐστέλλετο ἐς Βοιωτοὺς, ἐς τὸ τῶν Ὀρχομενίων, Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε. τὰς δὲ πόλις αὐτέων ἄνδρες Μακεδόνες, διατεταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες· ἔσωζον δὲ τῇδε, βουλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρονέουσι. οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων τῇδε ἐπρήσσοντο.

Ἄλλοι δὲ αὐτέων ἡγεμόνας ἔχοντες, ὥρμηντο ὅτι τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ Παρνησσὸν ἀπέργοντες. ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐνεπίμπρασαν. καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολίδων. ἐπορεύοντο δὲ τῇδε ἀποκλινθέντες τῆς ἄλλης στρατιῆς, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, βασιλεῖ Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν τὰ χρήματα. πάντα δὴ ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης (ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) ἀμείνονα ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλιστα τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα. οἱ Δελφοὶ δὲ, πυθόμενοι ταῦτα, ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπίκεατο· ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες, ἐμαντεύοντο περὶ τῶν

(sic enim ducebãtur à Theſſalis) & omnia quæ nacti ſunt, igni ferróque vaſtarunt. Vrbes etiam ingreſſi, ignes in ſacras ædes iniecerunt. nam peragrantes eam iuxta Cephiſſum amnem, cũcta populati ſunt, & hinc vrbé Drymon incenderunt, illinc Charadram & Erochum & Tethroniũ & Amphicæam & Neonem & Pedieas & Triteas & Elateam & Hyampolin & Parapotamios, *id eſt, fluminis accolas:* & Abas, vbi delubrũ Apollinis erat locuples & theſauris donariiſque cõpluribus exornatum, in quo, vt tũc, ita nunc reddũtur oracula. Hoc delubrum poſteaquam diripuere, incenderunt. Phocenſium etiam quoſdam per montana inſequuti ceperunt, & mulieres aliquot, quas præ multitudine ſtuprantium extinxerunt. Prætergreſſi quoq; Parapotamios, peruenere ad Panopeas. Vnde bifariam copiæ iam diuiſæ fuerunt: quarum plurima pars ac validiſſima cum ipſo Xerxe Athenas verſus tendens in Bœotos, in agrum Orchomeniorum ingreſſa eſt. Bœoti autem cum Medis vniuerſi ſentiebant: quorum vrbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro miſſi fuerant, ſeruauerunt, volẽtes planũ facere Xerxi Bœotos ſẽtire cum Medis. Et hi quidẽ barbari hac iter intenderunt.

Cæteri verò cum ſuis ducibus Parnaſſum à dextra præſtringẽtes, ad tẽplum quod eſt Delphis proceſſerũt, quicquid agri Phocenſis nanciſcebantur, id omne fœdantes. nam & Panopeorum oppidum incenderunt, & Dauliorum & AEolidenſium. Ideo autem hâc ab aliis ſciuncti pergebant, vt direpto quod Delphis eſt templo, pecunias repræſentarent Xerxi regi: qui omnia quæ in eo templo erant memoratu digna, melius norat (vt ego audio) quàm quæ in ædibus ſuis reliquerat: permultis aſſiduè referentibus cùm alia, tum præcipuè Crœſi Halyattis filii donaria. Hoc Delphi quum audiſſẽt, in extremam prorſus deuenere formidinem: qua attoniti, deum de

ſacra pecunia conſultarunt, nũquid eam humi defoderent, an alium in locũ tranſportarent. Eã deus illis interdixit neamouerẽt: ſe enim ſuffecturũ eſſe ad res ſuas tutandas. His auditis Delphi de ſemetipſis curandum putauerũt, liberis vxoribúſque in Achaiam traiectis. Plerique igitur vertices Parnaſſi ſuperauerunt, & ad Corycium antrum, quidam ad Amphiſſam Locridem ſe ſubduxerũt. Denique omnes Delphi vrbẽ deſeruerunt, præter ſexaginta viros, ac prophetam, *id eſt, vaticinum*. Poſtea verò quàm barbari ſubeuntes appropinquabant, templúmque cernebãt, interim propheta cui nomen erat Aceratos, inſpicit ante delubrum ſacra arma prolata è conclaui, quę [a] intus propoſita fuerant: eáque nefas erat cuiquam mortali cõtingere. quod oſtentũ iis Delphis qui aderant perrexit nũtiatum. Vbi autem barbari properantes peruenere ad fanum Mineruæ [b] quod eſt ante templum, tum verò etiã maiora quàm ſuperius prodigia repræſentata ſunt. [c] res profectò hæc valde miranda: nã arma Martia ſua ſponte extra delubrum propoſita apparuerunt. Quod tamen ſecundo loco actũ eſt, ex omnibus miraculis maxima eſt admiratione dignũ. quũ enim barbari ad ſacellũ Mineruæ quod eſt ante templum, accederent, interea è cælo fulmina in eos deciderunt: & à Parnaſſo duo abſciſſi vertices, magno cũ fragore ſũt deuoluti, permultóſque eorum interceperunt: atque ex ipſo ſacello Mineruæ vociferatio iubilatióque extiterũt. Quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incuſſus eſt barbaris, vt fugæ ſe mandarent. Ea re cognita Delphi deſcendentes magnam eorum ſtragem edidere. Qui autem ſuperfuere, rectà ad Bœotos effugerunt: & quum rediſſent, referebant (vt ego accipio) alia ſe præter ea quæ dixi miracula vidiſſe, duos armatos [d] humana natura auguſtiores inſtitiſſe ſibi, cædem facientes atque inſequentes. Hos autẽ duos

a *Ex iis quæ paulo poſt ſequuntur, videtur colligi hic pro ἔσωθεν reponendum eſſe ἔξωθεν.*

b *Videtur potius προναίης eſſe cognomentũ Mineruæ, à prouidendo ita dicta. niſi fortè legit Valla προναίης, qui pro eo quod hic Fanum, ſtatim Sacellum dicit, & AEdem. Cuius interpretationem ſequendo quæ paulo poſt habetur, videlicet Fano Mineruæ protemplarii, hic reponendum fuerit, Mineruæ quæ eſt ante templum.*

c Nam & hoc, magnum quidem miraculum eſt, (*quod videlicet modò dictum fuit*) Martia arma conſpecta fuiſſe extra templũ extantia ſua ſponte: (*vel, à ſeipſis. ſine vllius opera*) ſed quæ illud ſequuta ſũt, inter quęlibet ſpectra, maxima eſt admiratione dignum. *Vel, præ quibuſlibet ſpectris, aut oſtentis.*

d Statura humana proceriores ipſos inſequi, ſtragem inter perſequendum edentes.

ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα χῦ γῆς κατορύξοισι, εἴτε ἀπικομίσουσι ἐς ἄλλον χῶρον· ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα κινέειν, φὰς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἑωυτοῦ προνητῆσαι. Δελφοὶ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες, σφέων αὐτέων περὶ ἐφρόντιζον. τέκνα μὲν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαΐδα διέπεμψαν· αὐτέων δὲ οἱ μὲν πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τὸ Παρνησσοῦ τὰς κορυφάς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον αὖτρον αἰνωσείχαντο. οἱ δὲ ἐς Ἀμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. πάντις δὲ ὧν οἱ Δελφοὶ ἔλιπον τὴν πόλιν, πλέω ἑξήκοντα ἀνδρῶν, καὶ τοῦ προφήτεω. ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἔσαν οἱ βάρβαροι ἱκνεόντες, καὶ ἀπόρεον τὸ ἱρὸν, ὅκου τούτῳ ὁ προφήτης, τῷ οὐνόματι ἦν Ἀκήρατος, ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμένα ἱρά, τὰ οὐκ ὅσιον ἦν ἀνθρωπηΐοισι ἁψασθαι ἀνθρώπων θεσπεσίοισι. ὁ μὲν δὴ ἔφρασε Δελφῶν τοῖσι πρεσβύσι σημανέων τὸ τέρας. οἱ δὲ βάρβαροι, ὅκως ἐγίνοντο ἐπὶ σφίσι καὶ τὸ ἱρὸν τῆς προνοίης Ἀθηναίης, ὑπερφέρεται σφι τέρεα ἔτι μέζονα τῶν πρὶν γεγενημένων τέρεος. θῶυμα μὲν γὰρ καὶ τόδε κάρτα ἦν, ὅπλα ἀρήια αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ. τὰ δὲ δὴ ὅτι τούτῳ δεύτερα ὑπερθωύμαστα, καὶ ἄξια πάντων φασμάτων ἄξια θωυμάσαι μάλιστα. ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν ὑπερφέροντες οἱ βάρβαροι καὶ τὸ ἱρὸν τῆς προνοίης Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀπορραγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτούς, καὶ κατέλαβον συχνοὺς σφέων· ἐκ δὲ τοῦ ἱροῦ τῆς προνοίης βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο. συμμιγέντων δὲ τούτεων πάντων, φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε. μαθόντες δὲ οἱ Δελφοὶ φεύγουσι σφέας, ὑπολαβόντες, ἀπέκτειναν πλῆθός τι αὐτέων. οἱ δὲ προϊόντες, ἤδη Βοιωτῶν ἔφευγον. ἔλεγον δὲ οἱ ἀπονοσήσαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων (ὡς ἐγὼ πιθανόμην) ὡς πρὸς τούτοισι καὶ ἄλλα ὁρῴη εἶεν. δύο γὰρ ὁπλίτας μέζονας ἢ κατ' ἀνθρώπων φύσιν ἐπιόντας, ἐπεσθαί σφι κτείνοντας καὶ διώκοντας. τοὺς δὲ δύο δὲ τούτοις

κατ' πάντις δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ

Δελφοὶ λέγουσι ἐπιχωρίους ἥρωας εἶναι, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον· τοῦ τὰ τεμένεα ἔστι πρὸς τῷ ἱερῷ Φυλάκου μέν, ὑπὲρ αὐτὸν τὸν ὁδὸν κατύπερθε τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηναίης, Αὐτόνοου δέ, πέλας τῆς Κασταλίης, ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ. ἃ δὲ πεσόντα ἀπὸ τοῦ Παρνησσοῦ λίθοι, ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἔσαν σῶα, ἐν τῷ τεμένεϊ τῆς προνοίης Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς ὃ ἐνέσκηψαν ἀμφὶ τοὺς βαρβάρων φορήμενοι. τουτέων μέν νυν τοῖσι ἀνδράσι αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀπαλλαγὴ γίνεται.

Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, Ἀθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμῖνα κατῆλθε τὰς νῆας. τῶνδε δὲ εἵνεκα προσεδεήθησαν αὐτέων σφεῖς πρὸς Σαλαμῖνα Ἀθηναῖοι, ἵνα αὐτοὶ παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἐκσεξαγάγωνται ἐκ τῆς Ἀττικῆς· πρὸς δέ, καὶ βουλεύσωνται ὅ τι ποιητέον αὐτοῖσι ἔσται. ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι βουλὴν ἔμελλον ποιήσεσθαι, ὡς ἐψευσμένοι γνώμης. δοκέοντες γὰρ εὑρήσειν Πελοποννησίους πανδημεὶ ἐν τῇ Βοιωτίῃ ἐκδεκομένους τὸν βάρβαρον, τοῦ μὲν οὐδὲν εὗρον ἔον, οἱ δὲ ἐπύθοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τείχεϊ φρασσόμενοι ἐς τὴν Πελοπόννησον, πρὸς πλείστου τε ποιευμένους πρῆξαι, καὶ ταύτην ἔχοντας ἐν φυλακῇ, τἄλλα δὲ ἀπιέναι. ταῦτα δὴ πυνθανόμενοι, οὕτω προσεδεήθησάν σφεων 301 χρῆναι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἐωυτῶν. μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν, κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῷ τις δύναται σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας, ἐνθαῦτα οἱ μὲν πλῆσοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστελλαν, οἱ δὲ, ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ, ἐς Σαλαμῖνα. ἔσπευσαν δὴ ταῦτα ἐκτελέσαι, τῷ χρηστηρίῳ τε πειθόμενοι, καὶ βουλόμενοι ἐπιμετέσχειν. καὶ δὴ καὶ τούτου εἵνεκα ὧδε ἤκουσα· λέγουσι Ἀθηναῖοι ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος ὑπολαγχάνειν ἐν τῷ ἱρῷ. λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ ὡς ἐόντι ἐπιμηνίδια τελέοντες προτιθέντες. τὰ δὲ ἐπιμηνίδια, μελιτόεντά ἐστι.

A Delphi aiunt indigenas heroas esse, Phylacon & AVtonoum, quorum fana visuntur: Phylaci quidem, secundum ipsam viam super ædem Mineruæ: AVtonoi verò, prope Castaliam, sub Hyampeo vertice. Saxa autem quæ à Parnasso deciderunt, adhuc ad nostram vsque memoriam integra extant in fano Mineruæ protemplaris locata, ad quod [a] per barbaros B deuoluta peruenere. [b] Atque hic receptus à templo horum virorum fuit.

a *Id est, Per medium barbarorũ.*
b *Id est, atque ita mulctati à templo se receperunt.*

Græcorum autem classis ab Artemisio profecta, rogatu Athenienſium ad Salaminem substitit. Quod vt facerent ideo rogauerant Athenienses, tum vt liberos atque vxores ex Attica subducerent, tum vt consultarent quid sibi agendum esset. Nam in rebus quæ contigerant, C consilium capiendum habebãt, tanquã opinione frustrati: quippe qui quum putassent inuenturos se Peloponnenses ad excipiendum barbarum in EVbœa subsidentes, horum nihil inuenerant, sed audiebant illos Isthmum muro sepire, hoc plurimi facientes vt ipsi superessent, & terram suam obtinentes tutarentur, omissis cæteris. Hæc Athenienses quum audissent, ita socios obsecrarunt vt ad Salaminem sisterent classem. Quò D aliis appulsis, Athenienses in terram suam profecti, proposuere edictum vt qua quisque Athenienſium ratione posset seruaret liberos atque domesticos suos. Ibi plurimi eorum suos in Trœzenem miserunt, quidam in AEginam, nonnulli in Salaminem, pro se quisque properantes sua pignora exportare, quòd vellent oraculo obsequi: & ante omnia, quòd Athenienses aiunt E ingentem anguem arcis custodem in templo fuisse obseruatum. Et tanquam re vera essent quæ dicunt, serpenti menstrua non cessant libamina proponere quæ sint è melle confecta.

quæ quum ſemper ſuperioribus temporibus depaſcerentur, tunc illibata manſerant. Id quum ipſa templi antiſtes indicaſſet, eò magis Athenienſes eóque promptius deſeruere arcem tanquam à deo etiam deſtitutam. exportatis itaque rebus omnibus, ad caſtra nauigauerunt. Poſteaquam autem eos qui ab Artemiſio ſoluerant, ad Salaminem ſubſtitiſſe audierunt reliqui claſſiarii qui ad Trœzeniam erant, eôdem confluxere. nam vt in Pogonem Trœzeniorum portum coiretur erat edictum. Pluresque multo contractæ ſunt naues quàm ad Artemiſium decertauerant, & à pluribus ciuitatibus, eodem quo ad Artemiſium duce, EVrybiade EVryclidis filio, viro Spartiata, non tamen è genere regio: quarum multo plurimas ac maximè veloces obtinebant Athenienſes. quæ claſſis ex his conſtabat: Ex Peloponneſo Lacedæmonii ſedecim naues præſtabant: Corinthii, totidem quot ad Artemiſium præſtiterant: Sicyonii, quindecim: Epidaurii, decem: Trœzenii, quinque: Hermionenſes, tres. Hi Doricæ ac Macedonicæ gentis (Hermionenſibus exceptis) ex Erineo & Pindo & Dryopide nouiſſimè profecti. nam Hermionenſes Dryopes ſunt, ab Hercule & Melienſibus è regione quæ Doris nunc vocatur, abducti. Hæ copiæ Peloponnenſium erant. Eorum autem qui ſunt in exteriore continente, Athenienſes ſupra quàm cæteri naues præſtabant, ſoli centum octoginta. quippe quibus non adfuerunt in pugna ad Salaminem geſta Platæenſes, ob hanc cauſam, quòd quum Græci ab Artemiſio dilapſi ſunt; Platæenſes, vbi iuxta Chalcidem appulſi fuere, deſcendentes in Pieriam oræ Bœotiæ, ad recipiendos domeſticos ſuos ſe cóuerterant. ita dum in ſuis conſeruandis occupantur, relicti fuere. Athenienſes autem ſub Pelaſgis

A αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα ἐν πρὸ τοῦ θεὸν
αἰεὶ χρόνῳ αἰσιμοῦσθαι, τότε δὴ ἄρα-
τος. σημήνασης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης, μᾶλ-
λόν τι ⓐ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον
ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ τῆς θεοῦ
ἀπολελοιπυίης τὴν ἀκρόπολιν. ὡς δὲ σφι
πάντα ἐπεξέκειτο, ἔπλωον ἐς Τροιζῆνα.
ἐπεὶ δὲ ⓐ ἀπ' Ἀρτεμισίου ἐς
Σαλαμῖνα κατέχον αἱ νέες, συνέρρεε
καὶ ὁ λοιπὸς πεζοναύμαχος ὁ τῶν Ἑλ-
B λήνων ναυτικὸς στρατὸς ἐκ Τροιζῆνος.
ἐς γὰρ Πώγωνα ⓐ Τροιζηνίων λιμέ-
να προεῖρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθη-
σάν τε δὴ πολλῷ πλεῦνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρ-
τεμισίῳ ἐναυμάχεον, καὶ ἀπὸ πολίων
πλεόνων. ναύαρχος μὲν νεῶν ἐπῆν αὐτὸς
ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυβιάδης ὁ
Εὐρυκλείδεω, ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέν-
τοι γένεος τοῦ βασιληίου ἐών. νέας δὲ πολ-
λῷ πλείστας τε καὶ ἄριστα πλωούσας παρεί-
C χοντο Ἀθηναῖοι. ἐστρατεύοντο δὲ οἵδε·
ἐκ μὲν Πελοποννήσου Λακεδαιμόνιοι,
ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι· Κορίνθιοι
δὲ, τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ
ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Σικυώνιοι δὲ, πεντεκαί-
δεκα παρείχοντο νῆας· Ἐπιδαύριοι δὲ, δέ-
κα· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Ἑρμιονέες δὲ
τρεῖς, ἐόντες οὗτοι, πλὴν Ἑρμιονέων, Δω-
ριεικόν τε καὶ Μακεδνικὸν ἔθνος, ἐξ Ἐρι-
νεοῦ τε καὶ Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος οὖ-
D σαν ὁρμηθέντες. ⓐ δὲ Ἑρμιονέες, εἰσὶ
Δρύοπες, ἐκ τοῦ Ἡρακλέος τε καὶ Μη-
λιέων ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλεομένης
χώρης ἐξαναστάντες. οὗτοι μὲν νυν Πελο-
ποννησίων ἐστρατεύοντο. ⓐ δὲ ἐκ τῆς ἔξω
ἠπείρου, Ἀθηναῖοι μὲν, πρὸς πάντας
τοὺς ἄλλους, παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα
καὶ ἑκατὸν μούνους. ἐν Σαλαμῖνι γὰρ οὐ συνε-
ναυμάχησαν Πλαταιέες Ἀθηναίοισι,
ἀλλά τοιόνδε τι πρῆγμα. ἀπαλλασσομένων
E τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγέ-
νοντο κατὰ Χαλκίδα, ⓐ Πλαταιέες ἀπο-
βάντες ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης χώ-
ρης, πρὸς ἐκκομιδὴν ἐπεβάλοντο τῶν οἰκε-
τέων. οὗτοι μὲν νυν τούτους σώζοντες ἐλείφθησαν. Ἀθηναῖοι δὲ ὅτε μὲν Πέρσῃσι

ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἦσαν Πελασγοὶ, ὀνομαζόμενοι Κραναοί· ὑπὸ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐπὶ δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω ἡγεμονεύοντος Ἀθηναίοισι, ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες. Μεγαρέες δὲ τωὐτὸ πλήρωμα παρείχοντο ὅπερ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον. Ἀμπρακιῶται δὲ, ἑπτὰ νέας ἔχοντες ἐπεβοήθησαν. Λευκάδιοι δὲ, τρῖς, ἔθνος ἐόντες αὐτοὶ Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. νησιωτέων δὲ, Αἰγινῆται, τριήκοντα παρείχοντο. ἔσαν μὲν σφι καὶ ἄλλαι πεπληρωμέναι νέες· ἀλλὰ τῇσι μὲν τὴν ἑωυτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ τῇσι ἀρίστῃσι πλεούσῃσι ἐς Σαλαμῖνα ἐναυμάχησαν. Αἰγινῆται δὲ εἰσι Δωριέες, ἀπὸ Ἐπιδαύρου τὴν δὲ νῆσον τὸ πρότερον οὔνομα ἦν Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινήτας, Χαλκιδέες τὰς ἐς Ἀρτεμίσιον εἴκοσι παρεχόμενοι, καὶ Ἐρετριέες τὰς ἑπτά· οὗτοι δὲ, Ἴωνές εἰσι. μετὰ δὲ, Κῖοι, τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι, ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηναίων. Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσερας, ἀποπεμφθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιτέων, κατάπερ καὶ ἄλλοι νησιῶται, 302 ἀλογήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας, Δημοκρίτου τοῦ Σωσάντου, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου, καὶ τότε τριαρχέοντος. Νάξιοι δὲ εἰσι Ἴωνες ἀπ' Ἀθηναίων γεγονότες. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τάπερ ἐς Ἀρτεμίσιον. Κηῶιοι δὲ, μίαν καὶ πεντηκοντέρην, ἐόντες σπαμφότεροι οὗτοι Δρύοπες. Καὶ Σεριφίοί τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐστρατεύοντο. οὗτοι γὰρ οὐκ ἔδοσαν μοῦνοι νησιωτέων τῷ βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ. οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχερουσίου ποταμοῦ, ἐστρατεύοντο. Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι οἱ ὁμουρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι καὶ Λευκαδίοισι· οἱ δὲ ἐκτὸς τούτων οἰκημένων, Κροτωνιῆται μοῦνοι ἔσαν οἱ βοηθήσαντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνεύουσι, νηὶ μιῇ, τῷ ἦρχε ἀνὴρ δὶς πυθιονίκης, Φάυλλος· Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί.

A eam quæ nunc Græcia nuncupatur tenentibus, Pelasgi erant Cranai nominati: sub rege verò Cecrope, Cecropidæ cognominati: Erechtheo autem adepto imperium, immutato nomine Athenienses appellati: deinde Iones, ab Ione Xuthi filio, qui dux extitit Atheniensis exercitus. Megarenses autem tantundem copiarum quàtum ad Artemisium, attulerunt: B Ampracii, septem cum nauibus auxilio venerunt: Leucadii, cum tribus, Dorica gens, & à Corintho oriunda. Ex insulanis autem AEginetæ triginta naues exhibuerunt: quibus aliæ quoque erant naues instructæ, sed iis oram suam tutabantur: verùm cum triginta omnino nauibus præcipuæ velocitatis ad Salaminem dimicauerunt. Sunt autem AEginetæ Dores, ab Epidauro. cui insulæ nomen antea fuerat OEnone. Post AEC ginetas easdem quas ad Artemisium viginti naues præbuere Chalcidenses: & Eretrienses, septem. hi Iones sunt. Dehinc autem Chii easdem præbuere, gens ab Athenienſibus Ionica. Naxii autem naues præbuere quatuor, qui quemadmodum & cæteri insulani, à popularibus ad Medos missi erant, sed illorum iussa aspernati, transiêre ad Græcos, suasu Democriti, viri inter ciD ues illustris, & tunc trierarchi. Naxii autem Iones sunt ab Athenienſibus ducẽtes originem. Styreenses quoque easdem quas in Artemisio naues præbuere. Cynthii, vnam omnino, & vnam penteconterum. horum vtrique Dryopes sunt. Seriphii etiam & Siphnii & Melii fuêre in partibus. hi enim soli ex insulanis terram barbaro & aquam negauerunt. intra Thesprotos isti omnes & amnem E Acherontem incolunt. Siquidem Thesproti, quum sint contermini Ampraciotis ac Leucadiis, ex vltimis regionibus in militiam venerunt. Eorum autem qui extra hos habitant, solitfuere Crotoniatæ qui Græciæ periclitanti auxilium vna naui tulere, cui præerat Phaullus, vir [a] ter Pythionices. Sunt autem Crotoniatæ genere Achæi.

a Id est, Ter in certamine Pythio- co victor.

Et cæteri quidem ex hac classe triremes præbuerunt: Melii autem & Siphnii & Seriphii penteconteros, [a] *id est, biremes*: Melii duas, Siphnii Seriphiique vnam vtriq; : Melii, à Lacedæmone genus ducentes: Siphnii & Seriphii, ab Athenienſibus Iones. Summa nauium, præter penteconteros, fuit trecétæ [b] quinquagintaocto. Quæ poſteaquam ex iis quas dixi vrbibus ad Salaminem conuenerunt, inter earum duces cõſultabatur, EVrybiade rogante vt qui vellent ſententiam dicerent, vbinam ex iis locis quibus ipſi potirétur, commodiſſimum foret, pugna nauali decernere. iam enim Attica pro derelicta erat: itaque de cæteris deliberabatur. Pleræque igitur illorum ſententiæ in hoc congruebant, vt profecti ad Iſthmum ante Peloponneſum decertarent, hac videlicet ratione, quòd, ſi malè pugnaſſent, ad Salaminé quidem, obſeſſis ſibi in inſula nullũ ſubſidium oſtẽdebatur: ad Iſthmum verò dabatur ad ſuos effugium.

Hæc ratio quũm à ducibus Peloponnẽſium redderetur, aduenit quidam Athenienſis nuntiatum iam Atticam barbarum eſſe ingreſſum, eámque omnem igne vaſtare. nam copiæ quæ cum Xerxe erant, Bœotiam peragrantes, incenſa tum Theſpienſium, qui in Peloponneſum abſceſſerant, tum Platæenſium vrbe, Athenas peruenerant, & omnia illa peruaſtabant. Ideo autem Theſpiam & Platæam incenderunt quòd à Thebanis acceperant illas ciuitates non ſentire cum Medis. A traiectu autem Helleſponti, ex quo iter ingredi cœpere barbari, vnum menſem triuêre tranſeundo in Europam, tres alios dum in Atticam peruenêre, Calliade ſummum Athenis magiſtratum gerente: vrbémque deſertam cepêre, paucis quibuſdã Athenienſibus in templo repertis, necnon quæſtoribus ærariis, & hominibus egenis, qui præſepta foribus atq; lignis arce ſubeũtes arcébãt: qui non exierant illinc ad Salaminem, ſimul præ inopia victus,

[a] *Aliqui ipſemet huius libri initio penteconteros interpret. nauigia quinquagenum remorum.*

[b] Septuagintaocto.

Α Οἱ μὲν νυν ἄλλοι, τειήρεας παρεχόμενοι ἐστρατεύοντο· Μήλιοι γὰρ, καὶ Σίφνιοι, καὶ Σερίφιοι, πεντηκοντέρους. Μήλιοι μὲν, γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρείχοντο. Σίφνιοι δὲ καὶ Σερίφιοι, Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηναίων, μίαν ἑκάτεροι. Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, τριηκόσιαι, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ. ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἀπὸ τῶν εἰρημένων πολίων, Β ἐβουλεύοντο, τοῦ δὲντος Εὐρυβιάδεω γνώμην, ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον, ὁκόθι δοκέοι ὀπιτηδεώτατον εἶναι ναυμαχέειν ποιέεσθαι τῶν αὐτοὶ ἔχομεν ἐόντες ἐν κατέοντες εἰσί. ἡ γὰρ Ἀττικὴ ἀφέωτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων πέρι τοῦ δὲ ἐπέφερε. αἱ γνῶμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλέους συνεξέπιπτον, τοῦδε χάριν Ἰσθμὸν πλώσαντας ναυμαχέειν τοῦ τῆς Πελοποννήσου· ὀπὶ λέγοντες τὸν λόγον τόνδε, ὡς, λὴν νικηθέωσι τῇ ναυμαχίῃ, ἐν Σα- C λαμῖνι μὲν ἐόντες, πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα σφι συμφέρῃ οὐδεμιὴ ὀπιφανήσεται· τοῦρος δὲ τὰ Ἰσθμοῦ, ἐς τοὺς ἑωυτῶν ἀγῶνα ἵξονται.

Ταῦτα τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατηγῶν ὀπιλεγομένων, ἐλήλυθε ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικήν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. ὁ γὰρ δὴ Βοιωτῶν στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ, ἐμπρήσας Θεσπιέων D τὴν πόλιν, αὐτίων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν Πλαταιέων ὡσαύτως, ἦκέ τε ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἐδῄου. ἐνέπρησε δὲ Θεσπιάς τε καὶ Πλαταιὰς, πυθόμενος Θηβαίων ὅτι οὐκ ἐμήδιζον. ἀπὸ γὰρ τῆς Βοιωτίδος τὸν Ἑλλήσποντον, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτὸν διαβάντες μιῇ, ἐν τῇ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἐτέεσι μησὶ ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλ- Ε λιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. καὶ αἱρέοισι ἐρῆμον δὴ ἄστυ, καὶ τινας ὀλίγους εὑρίσκουσι τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ ἱρῷ ἐόντας, ταμίας τε τοῦ ἱροῦ, καὶ πένητας ἀνθρώπους· οἳ φραξάμενοι τὴν ἀκρόπολιν ξύρῃσί τε καὶ ξύλοισι, ἠμύνοντο τοῖσι ὀπτόντας· ἅμα μὲν οὐκ ἀδυνάτου βίου ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα·

α ἀνὴρ πεντηκόντορος ἀπὸ

γ' χωρέων

ποιεῖς ὑ, αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαν- A
τήιον ὃ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε, ὃ ξύλινον τεί-
χος αἰάλωτον ἔσεσθαι· καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο εἶ-
ναι τὸ χρησφύγετον καὶ τὸ μαντήιον, καὶ οὐ τὰς
νῆας. ⓐ δὲ Πέρσαι ἰζόμενοι ὅπῃ ⓦ κα-
τὰ ταὐτὸν τῆς ἀκροπόλιος ἦεν, ⓧ Ἀθηναίοι
καλέουσι Ἄρήιον πάγον, ἐπολιόρκεον τρόπον
τοιόνδε· ὅκως εὐπετέα εἴη σὺν οἰστοῖς πει-
θέντες ἄνωθεν, ἐτόξευον ἐς τὸ φρόγμα. ἐν-
θαῦτα Ἀθηναίων οἱ πολιορκεόμενοι, ὅμως
ἠμείωντο, καίτοι ἐς τὸ ἔσχατον τοῦ κακοῦ ἀ- B
πιγμένοι, καὶ τοῦ φρήγματος τοῦδε δεδωκότος·
οὐδὲ λόγους τῶν Πεισιστρατιδέων τοῖσι φερο-
ένοισι τοῦτο ὁμολογίης ἐδέχοντο. ἀμυνόμε-
νοι ὦν, ἄλλα τε ἀπετεμηχανέοντο, καὶ δὴ καὶ
τοῖσι ὑπερθε τῶν βαρβάρων τοῖσι τὰς πύλας,
ὀλισθηρούς ἀπέσαντι, ὥστε Ξέρξεα ἐπὶ
χρόνον συχνὸν ἀπορέεσθαι συνέχεσθαι, οὐ δυ-
ναμένου σφέας ἑλεῖν. χρόνῳ δὲ ἐκ τῶν ἀπό-
ρων ἐφάνη δή τις ἔσοδος τοῖσι βαρβάροισι. 303
ἔδεε γὰρ κατὰ τὸ θεοπρόπιον πᾶσαν τὴν Ἀτ- C
τικὴν τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ, χωρὶς τοῦ Πέρ-
σησι. ἐμπεσὼν ὦν τοῖσι τῆς ἀκροπόλιος,
ὄπισθεν ἦν τῶν πυλέων, καὶ τῆς ἀόδου, τῇ δὴ
οὐκοτέ τις ἐφύλαξε, οὔτ' αὐ ἤλπισε μή- ἐπὶ ως
κοτέ τις κατ' ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύ-
τῃ ἀνέβησαν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκρο-
πος θυγατρὸς Ἄγλαύρου, καίτοι ἀπόκρη-
μνου ἐόντος τοῦ χώρου. ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀνα-
βεβηκότας οἱ Ἀθηναῖοι ὅπῃ τὴν ἀκρόπο-
λιν, οἱ μὲν ἐρρίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος D
κάτω, καὶ διεφθείροντο, ⓐ δὲ ἐς τὸ μέγαρον
κατέφυγον. τῶν δὲ Περσέων οἱ ἀναβεβηκό-
τες, πρῶτον μὲν ἐς ἀπόνοιαν τρωπόμενοι τὰς πύλας,
ταύτας δὲ ἀνοίξαντες, τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον·
ἐπεὶ δὲ σφι πάντες κατέστρωντο, τὸ ἱρὸν συ-
λήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπο-
λιν. Ξέρξης δὲ παντελέως τὰς Ἀθήνας
ἑλὼν, ἀπέπεμψε ἐς Σοῦσα ἄγγελον ἱππέα,
Ἀρταβάνῳ ἀγγελλόντα τὴν προεοῦσαν
σφι εὐτυχηξίην. ἀπὸ δὲ τῆς πέμψιος τοῦ κή- E
ρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ συγκαλέσας Ἀθη-
ναίων τοὺς φυγάδας, ἐνῆν τε ὑ ἐπιμήνιος,
ἐκέλευε πρόπομπα σφετέρῳ ζῶντα τὰ ἱρὰ
ἀναβάντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν· εἴτε δὴ ὧν ὄ-
ψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴ-
τε καὶ ἐνθυμίην οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν.

[a] Simul opinione oraculi soluendi, quod reddiderat sibi Pythia, murum ligneum inexpugnabilem fore: id interpretantes ex oraculo effugium esse, non naues. Hos Persæ, castris ex aduerso arcis positis in prominenti colle, quem Areion pagon Athenienses vocant, hunc in modum obsederunt: Sagittas stupa circumdatas vbi incenderant, emittebant in illorum vallum. Athenienses, quanquam obsessi, & ad vltimum malorum deducti, etiã inscenso vallo, tamẽ resistebant: ac ne verba quidem Pisistratidarum conditionem deditionis offerentium admittebant: & cùm alia ad repugnandum excogitarunt, tum verò hoc, quòd in barbaros portis subeuntes deuoluebant saxa molaria: adeo vt Xerxes perdiu inops consilii fuerit, quòd eos expugnare non posset. Tandem ex difficultatibus accessus quidam apparuit barbaris. necesse enim erat, secundum oraculum, omnẽ Atticam quæ in continente est, subiici Persis. Igitur à fronte arcis, à tergo autem portarum & ascẽsus, qua parte nemo excubabat, quáque nemo credebat quempiam hominum ascensurum, hac parte, etsi loco prærupto, quidam conscenderunt, iuxta templum Aglauriæ filiæ Cecropis. Quos vbi in arcem ascendisse viderunt Athenienses, partim è muro sese præcipitauerunt, atque extincti sunt, partim in ædem refugerũt. At Persæ qui ascenderant, primùm ad portas contendunt, eísque patefactis supplices trucidãt: atque vbi omnium stragem fecerunt, direpto templo arcem incendũt. Athenis omnino Xerxes potitus, equitem quendam Susa ad Artabanum mittit, nuntiatũ res bene gestas, ac præsentem statum. Postero die quàm nuntium miserat, cõuocatis Athẽiensiũ exulibus, expeditionis suæ comitibus, iussit vt conscensa arce hostias suo ritu immolarent: siue aliquo in somniis viso, siue sua sponte facti pœnitens quòd templum concremasset.

[a] Simul quòd oraculum inuenisse sibi viderentur. i. oraculi sensum, siue, mentem.

Exules Athenienſes id quod iuſſi erant exequuti ſunt. Cuius rei cur mentionem fecerim exponam: Eſt in arce hac, Erechthei (qui fertur fuiſſe terrigena) templum, in quo olea eſt & mare, vt apud Athenienſes prædicatur, Neptuno & Mineruæ in teſtimonium poſita quòd de regione decertaſſent. Hanc igitur oleã vnà cum cætero templo contigit vt barbari exurerent: quam Athenienſes qui ab rege iuſſi erant rem diuinam facere, altero ab incenſione die quum in templum aſcendiſſent, aſpexerunt fruticaſſe, edito à ſtipite virgulto cubiti inſtar. Et hæc quidem illi narrauerunt.

At Græci qui apud Salaminem erant, vbi nuntiatum eſt vti res circa Atheniẽſium arcem ſe haberent, eò perturbationis deuenẽre vt nonnulli è ducibus non expectarent dum propoſitum negotium conſtitueretur, ſed in naues irruerent, ac vela tollerent tanquam profecturi: cæterique qui relinquebantur, ſtatuerent ſibi ante Iſthmũ prælio nauali decernendũ. Et quum nox adfuiſſet, digreſſi è concilio, naues conſcenderunt. Ibi Themiſtoclem pergẽtem ad nauem ſciſcitatur Mneſiphilus vir Athenienſis quidnam ab ipſis decretum eſſet: & quum ab eo audiſſet decretum eſſe vt ad Iſthmum proficiſcerentur, & [a] ante Peloponnẽſum dimicarent, Si iſti, inquit, à Salamine proficiſcantur, iam tu pro nulla amplius patria dimicabis. ad ſuam enim quiſque patriam remeabunt: vt nec EVrybiades, nec alius hominũ quiſpiam cohibere poſſit quominus copiæ dilabantur: Græciáque peribit conſilii inopia. Quare ſiquid comminiſci potes, perge, & quod decretum eſt conare irritum reddere, & EVrybiadem à ſententia reuocare, vt hîc perſtet. Themiſtocles, quum hæc admonita ſibi admodum probarentur, nullo reddito reſponſo ad EVrybiadis nauem perrexit. vbi hominem conuenit, ait velle ſe de negotio communi cum eo colloqui. Hunc

[a] Pro Peloponneſo, *alibi Vertit.*

Ὁ δὲ Φυλάδης τὴν Ἀθηναίων ἐποίησατο τὰ ἐντεταλμένα. τῷ δὲ εἵνεκεν τουτέων ἐπεμνήσθην, φράσω. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος τοῦ γηγενέος λεγόμενον εἶναι νηός, ἐν τῷ ἐλαίη τε ἐστὶ θάλασσα ἔνι· τὰ λόγῳ μὲν πρὸς Ἀθηναίων Ποσιδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην ἐρίσαντα περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θέσθαι. ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δ' ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος, Ἀθηναῖοι οἱ ἀμφὶ τὸν βασιλῆος κελευόμενοι, ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱερόν, ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πήχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. οὗτοι μὲν νυν ταῦτα ἔφρασαν.

Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὡς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔχοι τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὡς ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἐς τε τὰς νῆας ἐσέπιπτον, καὶ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποπλευσόμενοι. οἵ τε οἱ ταύτῃ τεταγμένοι αὐτέων ἐκυρώθη περὶ τοῦ ἰσθμοῦ ναυμαχέειν. νὺξ τε ἐγίνετο, καὶ οἱ ἀφανισθέντες ἐκ τοῦ συνεδρίου, ἐσέβαινον ἐς τὰς νῆας. ἐνθαῦτα δὴ Θεμιστοκλέα ἀπικόμενον ὅτι τάχιστα τὴν νῆα, εἴρετο Μνησίφιλος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὅ,τι σφι εἴη βεβουλευμένον. πυθόμενος δὲ παρ' αὐτοῦ ὡς εἴη δεδογμένον ἀναγαγεῖν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν, καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου ναυμαχέειν, εἶπε, Οὐ γὰρ ἄρα ἐᾷ ἀπαίρουσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος, περὶ σεωυτοῦ ἔτι παντὸς ναυμαχήσεις. κῆ γὰρ πόλιας ἕκαστοι τρέψονται. καὶ οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται, οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος, ὥστε μὴ οὐ Ἀφισταμένους ταύτῃ τῷ στρατιῷ ἀπολέεται τε ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι. ἀλλ' εἶπις ἔτι μηχανή, ἴθι, καὶ πειρῶ ἀμαχέας τὰ βεβουλευμένα, ἢν κως δυνῇ αἰτιῶσαι Εὐρυβιάδεα μεταβουλεύσασθαι, ὥστε αὐτοῦ μένειν. χάρτα δὴ τῷ Θεμιστοκλέι ἤρεσε ἡ ὑποθήκη· καὶ οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀμειψάμενος, ἦιε ὅτι τάχιστα τὴν νῆα τὴν Εὐρυβιάδεω. ἀπικόμενος δέ, ἔφη θέλειν οἱ κοινόν τι πρῆγμα συμμίξαι. ὁ δὲ αὐτὸν

ἐς τὴν νῆα ἐκέλευε ἐσβαίνειν λέγειν εἴ τι θέλοι. καθεζόμενος ὁ Θεμιστοκλῆς προέβαλλε ταῦτα ἃ κατελέγετο κεινά τε πάντα τὰ παρὰ τοῦ Μνησιφίλου, ἑωυτῷ πιθόμενος, καὶ ἄλλα πολλὰ προσθεὶς ἐς ὃ αἰσχυνόμενος χρήζων ἐκ τε τῆς νηὸς ἐκβῶναι τὸν Εὐρυβιάδεα, συλλέξαι τε τοὺς στρατηγοὺς ἐς τὸ συνέδριον. ὡς δὲ ἄρα συνελέχθησαν, πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον, τοῦ εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγούς, πολλὰ δὴ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐν τοῖσι λόγοισι, οἷα κάρτα δεόμενος. λέγοντος δ' αὖτε, ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς Ἀδείμαντος ὁ Ὠκύτου εἶπε, Ὦ Θεμιστόκλεες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξαίροντες μᾶλλον ῥαπίζονται. ὁ δέ, Ἀπολυόμενος, ἔφη, Οἱ δὲ λείποντες οὐ στεφανοῦνται. τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο. πρὸς δὲ τὸν Εὐρυβιάδεα ἔλεγε ἐκείνων μὲν ἕνεκα οὐδὲν τῶν πρότερον λεχθέντων, ὡς ἐπεὰν ἀπαίρωσι ἀπὸ Σαλαμῖνος, διαδρήσονται (παρεόντων γὰρ τῶν συμμάχων, οὐκ ἔφερε ἐν κόσμου οὐδενὶ κατηγορέειν) ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἴχετο, λέγων τάδε, Ἐν σοὶ νῦν ἔστι σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, ἢν ἐμοὶ πείθῃ ναυμαχίην αὖτε μᾶλλον ποιέεσθαι, μηδὲ πειθόμενος τούτεων τοῖσι λέγουσι, ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆας. ἀνάπλεες γὰρ ἑκάτερον, ἀκούσας. πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων, ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ ναυμαχήσῃς, ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι, νῆας ἔχουσι βαρυτέρας, καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας. τοῦτο δέ, ἀπολέῖς Σαλαμῖνά τε καὶ Μέγαρα καὶ Αἴγιναν, ἢν περ καὶ τἄλλα εὐτυχήσωμεν. ἅμα γὰρ τῷ ναυτικῷ στρατῷ αὐτέων ἕψεται καὶ ὁ πεζός. καὶ οὕτω σφέας αὐτὸς ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, κινδυνεύσῃς τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. ἢν δὲ τὰ ἐγὼ λέγω ποιήσῃς, τοσάδε ἐν αὐτοῖσι χρηστὰ εὑρήσῃς. πρῶτα μέν, ἐν στενῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι πολλάς, ἢν τὰ οἰκότα ἐκ τοῦ πολέμου ἐκβαίνῃ, πολλὰν κρατήσομεν. ὅ τε ἐν στενῷ ναυμαχέειν, πρὸς ἡμέων ἐστὶ ἐν εὐρυχωρείῃ ἐόν, πρὸς ἐκείνων. αὖτις ἔτι Σαλαμὶς πρόκειται, ἐς τὴν ἡμῖν ἐστὶ ἐκκεῖται τέκνα τε ἐκ γυναῖκες. καὶ μὲν καὶ τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι,

ille in nauem ingressum iubet loqui quæ vellet. Cui Themistocles assidens, quæcunque à Mnesiphilo acceperat, tanquam à semetipso referri, & alia adiicit multa, donec EVrybiadem à sententia reuocauit: persuasitque vt è naui prodiret, & duces ad cõcilium cõtraheret. Ii posteaquam congregati sunt, priusquam ad eos EVrybiades referret id cuius gratia ipsos coegerat, Themistocles multis agebat verbis prove magnopere expediebat. Quem interfatus Corinthiorũ dux Adimantus Ocyti filius, Themistocles, inquit, in certaminibus ii qui ante alios surgunt, *colaphis* cæduntur. Eum refellens Themistocles, At qui, inquit, relinquuntur, non coronantur. Comiter autem Corinthio quum respondisset, ad EVrybiadẽ conuersus, nihil eorum dicebat quæ dixerat prius, illos, posteaquam à Salamine profecti fuissent, dilapsuros: (præsentibus enim sociis, non putabat sibi decorũ quempiam accusare) sed aliunde oratione sumpta, In te nunc, inquit, situm est seruare Græciam, si mihi accedens, nauale hîc prælium facias, & non horum quibusdam credẽs, classem ad Isthmum abducas. vtrumque enim, quum audieris, inter se comparato. Si ante Isthmum confliges, in patenti pelago dimicabis, vbi nobis minimùm expedit, naues habentibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo, etiamsi in aliis feliciter nobiscum agatur, tamẽ amittes Salaminem & Megara & AEginam. nam illos vnà comitabitur suus pedester exercitus. atque ita tu eos in Peloponnesum ages, omnémque Græciam in discrimen adduces. Sin autẽ id feceris quod suadeo, hæc in eo reperies cõmoda: Primùm si in arcto conflixerimus, nos, paucæ naues cum multis, profectò [a] si æqua belli contingent, multo superiores erimus: quoniam in arcto oppugnare, pro nobis est: in spatioso, pro illis: Præterea Salamis seruatur, vbi nostri nunc liberi collocati sunt & vxores. [b] Est & alia hîc causa

a Si rationi consentaneus sit belli exitus.

b Sed & hoc inter cætera est

quod in primis amplecti debes: Hîc manens, pro Peloponneſo & Iſthmo nihilo ſcitiùs pugnabis.

propter quam item debes præcipuè hîc manere, quòd pro Peloponeſo & Iſthmo pugnabis: quò caue (ſi ſapis) ne iſtos ducas. Quòd ſi id quod ſpero continget, vt claſſe vincamus, barbari neque ad Iſthmum nobis aderunt, neque vſquam longius ab Attica procedent, ſed nullo ordine abibunt: vnde nobis lucrifaciemus quę ſeruauerimus, Megara, AEginámque, atque Salaminẽ, apud quã credibile eſt nos hoſtibus fore ſuperiores. [a] Credibilia enim ſuadentibus hominibus ferè proſperè cedit: ſecus facientibus ne deus quidẽ vult adeſſe, & humanæ ſententię indulgere. Hæc dicentem Themiſtoclem rurſus interpellãs Adimãtus, iubebat ſilere eũ, vtpote cui patria non eſſet: quin etiam EVrybiadem non ſinere virum extorrem ſententiam dicere, & ita demũ id ſinere quum vrbem Themiſtocles habuiſſet: videlicet exprobrãs quòd Athenæ captæ eſſent, tenerentúrque ab hoſte. Tunc Themiſtocles, & illi & Corinthiis multa ingerens probra, ratione oſtẽdit, ſibi eſſe & ſolum, & vrbem multo maiorem quàm illis, [b] vnde naues fermè ducẽtæ eſſent armatæ, quas nulli Græcorũ inuadẽtes poſſent propellere. Hęc quum ratione ſignificaſſet, ad EVrybiadem tranſiens, maiori cum acrimonia loquebatur, inquiens, Tu verò ſi hîc manes, vir eris egregius: ſin minus, Græciæ euerſor. totum enim belli momẽtum nobis naues ſuſtinẽt. Sed mihi crede, niſi hoc feceris, nos, [c] ſicuti ſumus, vbi domeſticos receperimus, in Sirin quæ eſt in Italia, profecturos, quæ olim iam noſtra eſt: & quam, vt oracula aiunt, à nobis condi oportet. Vos autem talibus ſociis deſtituti meorum verborum reminiſcemini. Hæc dicente Themiſtocle, EVrybiades [d] edocebatur: & ob id edocebatur (vt mihi videtur) quòd maximè formidabat ne ſi ad Iſthmum claſſem reduxiſſet, ab Athenienſibus deſereretur: quibus deſerẽtibus, iam reliqui non eſſẽt in pugnãdo hoſtibus pares.

a Cõſilia enim agitãtibus rationi conſentanea, ſuccedunt illa vtplurimùm: at ſiqui agitent conſilia rationi non cõſentanea, ne ipſe quidem deus ad humanas deliberationes vult ſe accommodare.

b Tantiſper dum eſſent illis ducentæ naues armatæ. nullos enim ex Græcis illos inuad. poſſe propulſare.

c Ita vt nos habemus. *i. Iam nũc, & nihil innouantes circa rerum noſtrarum ſtatum.*

d In diuerſam à priore ſentẽtiam adducebatur. *Vel, Ad ſentiendum aliud quàm prius inducebatur. Ad Verbum, Reducebatur. i. Diuerſum ſentire docebatur. Vel, Dedocebatur quod ſentire edoctus fuerat.*

A τῦ γὰ πρὸς ἤπειρον μάλιστα χρεὼν ὁμοίως
αὐτῦ τε μένειν, καὶ περὶ ναυμαχήσοντας Πελοπον- « χρὴ αὐτὸν π
νήσου, καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ. ἢν δὲ σφέας, εἴπερ
B φρονέοντας, ἄξεις ὅτι τὴν Πελοπόννησον. ἢν δὲ
τε καὶ ἐγὼ ἐλπίζω γένηται, καὶ νικήσωμεν τῇσι
νηυσὶ, ὥστε ἡμῖν ἐς τὸν Ἰσθμὸν προσέσονται οἱ βάρ-
βαροι, ὥστε προσβήσονται ἑκάστερω τὰ Ἀττικῆς
ἀπίασί τε ὐδενὶ κόσμῳ. Μεγαρέοισί τε καὶ
Αἰγινήτῃσι καὶ Σαλαμῖνι, ἐν τῇ ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τὴν ἔριδα κατύπερ-
θε γενέσθαι. οἰκότα μὲν νυν βουλευομένοισι
C αὐθρώποισι, ὡς τοὐμπαλὺ ἐθέλειν γίνεσθαι· μὴ
οἰκότα δὲ βουλευομένοισι, οὐκ ἐθέλειν τοῦτο
θεὸν προσχωρέειν πρὸς τὰ ἀνθρωπήια γνώ-
μαια. Τοιαῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέος, αὖτις
ὁ Κορίνθιος Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο, σιγᾶν
τε κελεύων τὸν μὴ ἔστι πατρὶς, καὶ Εὐ-
D ρυβιάδῃ οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν ἄπολι ἀν-
δρί. πόλιν γὰρ ἐφ' Θεμιστοκλέα προεχό-
μενον, οὕτω ἐκέλευε γνώμας συμβάλλε-
σθαι. Τοιαῦτα δὲ ἐπιφέρων, ὅτι ἠλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι. τότε δὴ ὁ
Θεμιστοκλέης κείνῳ τε καὶ τοῖσι Κορινθίοισι
πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε· ἐοῦσί τε ἐδήλου λόγῳ, ὡς εἴη ἡ πόλις καὶ γῆ μέζων ἢ-
περ κείνοισι, ἔς τε αἰεὶ δισχίσιαι νῆες σφι ἔωσι
E πεπληρωμέναι. οὐδαμοῖσι γὰρ Ἑλλήνων
αὐτοὺς ἐπιόντας ἀπακρούεσθαι. σημαίνων ἐς
Εὐρυβιάδεα, Τοιαῦτα τοῦ λόγῳ, διέβαινε ἐς Εὐρυβιάδεα,
λέγων μᾶλλον ἐπεσταμμένα, Σὺ εἰ με-
νέων αὐτοῦ, καὶ μάλιστα ἔσται αἰνὴρ ἀγαθός· εἰ
δὲ μή, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα. Ὅ τε γὰρ
ἡμῖν τοῦ πολέμου φέρεσι αἱ νῆες. ἀλλ' ἐμοὶ
πείθεο. εἰ δὲ τοῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς μὲν ὡς
ἔχομεν ἀναλαβόντες τοὺς οἰκέτας, χωρεύ-
σομεν ἐς Σῖριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ, ἥτις ἡμε-
τέρη τε ἐστὶ ἐκ παλαιοῦ ἔτι, καὶ τὰ λόγια
λέγει, ἐφ' ἡμέων αὐτέων δεῖν κτισθῆναι·
ὑμεῖς δὲ συμμάχων τοιούτων μοιρωθέν-
τες, μεμνήσεσθε τῶν ἐμῶν λόγων. Τοιῦ-
τα δὴ Θεμιστοκλέος λέγοντος, ἀνεδιδάσκε-
το Εὐρυβιάδης. δεδιὼς δέ μοι, ἐξερωδή-
σας μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους, ἀνεδιδάσκε-
το, μὴ σφέας ἀπολίπωσι, ἐὼν περὶ τὸν Ἰ-
σθμὸν ἀγαγὼν τὰς νῆας. ἀπολιπόντων γὰρ Ἀ-
θηναίων, οὐκέτι ἐγένοντο ἀξιόμαχοι οἱ λοιποί·

« χρὴ μεμνῆσθαι

ταύτην δὲ αἱρέσεται τὴν γνώμην, αὐτὸ A
μόνον τὰς Ἀθηναίους ναυμαχήσοντας. οὕτω μὲν οἱ περὶ
305 Σαλαμῖνα, ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι, ἐπεί
τε Εὐρυβιάδῃ ἔδοξε, αὐτῷ προσπυθά-
ζοντο ὡς ναυμαχήσοντες· ἡμέρη τε ἐγίνετο,
καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμὸς ἐγένετο
ἔν τε τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ. ἔδοξε δὲ σφι
βουλεύσασθαι τοῖσι θεοῖσι, καὶ ἐπικαλέσασθαι
τοὺς Αἰακίδας συμμάχους. ὡς δὲ σφι ἔ-
δοξε, καὶ ἐποίευν ταῦτα. βουλήμασι γὰρ
πᾶσι τοῖσι θεοῖσι, αὐτόθεν μὲν ὁ Σαλα- B
μῖνος Αἰακὸν καὶ Τελαμῶνα ἐπεκα-
λέσαντο· ὅθεν δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰα-
κίδας ἦσαν ἀπὸ σφέων ἐς Αἴγιναν. ἔφη δὲ
Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φυ-
γάς τε καὶ ἐν Μήδοισι λόγιμος γενόμενος
ἀνήρ· ἐπεί τε ἐκείρετο ἡ Ἀτ-
τικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρ-
ξεω, ἐοῦσα ἔρημος Ἀθηναίων, τυχεῖν τό-
τε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ τῷ Λακεδαιμο-
νίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ· ἰδεῖν κονιορτὸν C
χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, ὡς ἀνδρῶν μά-
λιστά κη τετρακισχιλίων· ἀποθωϋμάζειν τε
σφέας τὸν κονιορτόν, ὁτεόν κοτε εἴη ἀνθρώ-
πων, καὶ τοῦτόν τε φωνῆς ἀκούειν, καί
μιν φαίνεσθαι τῇ φωνῇ εἰκότα τὸν μυστικὸν Ἴακ-
χον. εἰπεῖν δὲ ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν τῶν ἐν Ἐλευ-
σῖνι γινομένων τὸν Δημάρητον· εἴρεσθαί τε
αὐτὸν ὅ,τι τὸ φθεγγόμενον εἴη τοῦτο. αὐτὸς δὲ
» εἶπαι, Δημάρητε, ὦν ἔστι ὅκως οὐ μεγά
» τι σῖνος ἔσται τῇ βασιλέος στρατιῇ. πάσῃ γὰ D
» δηλα, ἐρήμου ἐούσης τῆς Ἀττικῆς, ὅτι
» θεῖον τὸ φθεγγόμενον, ἀπ' Ἐλευσῖνος ἰὸν ἐς
» τιμωρίην Ἀθηναίοισί τε καὶ τοῖσι ξυμμά-
» χοισι. καὶ εἰ μὲν γε κατασκήψῃ ἐς τὴν Πε-
» λοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε βασιλέι καὶ
» τῇ στρατιῇ τῇ ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔσται· εἰ δὲ ὅτι
» ἐς νῆας τραπήσεται ἐν Σαλαμῖνι, τὸν
» ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει βασιλεὺς ἀ-
» ποβαλέειν. τὴν δὲ ὀρτὴν ταύτην ἄγουσι
» Ἀθηναῖοι αἰεὶ πάντα ἔτεα τῇ μητρὶ καὶ E
» τῇ κόρῃ, καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος καὶ τῶν
» ἄλλων Ἑλλήνων, μυεῖται· καὶ τὴν φωνὴν
» τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὀρτῇ ἀνακαλέουσι.
» καὶ ὁ Δημάρητος εἶπαι, Σίγα τε καὶ
» μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τοῦτον εἴπῃς. εἰ γὰρ

ta ſententiam eam probauit, vt illic permanentes, pugna nauali decernerent. Quod vbi EVrybiadi placuit, ii qui altercationibus velitati fuerãt circa Salaminem, quum illic ſeſe apparárent tanquam prælium nauale facturi, dies illuxit: & ſimul oriente ſole extitit terræ & maris motus: propter quod viſum eſt faciendum vt AEacidis in auxilium inuocarent. [a] Id vbi fecerunt, & omnibus qui illinc è Salamine ſuſtt dijs vota fecerunt, & Aiacem Telamonis filium inuocauerunt: nauémque ad AEacum & ad alios AEacidas inuocandos AEginam miſerunt. Narrabat autem Dicæus Theocydis filius, vir Atheniéſis, atque idem exul, & apud Medos factus illuſtris, per id tempus quò Attica regio Athenienſibus deſolata, à pedeſtri Xerxis exercitu vaſtabatur; ſe fortè fuiſſe vnà cum Demarato Lacedæmonio apud campum Thriaſium, vidiſſéque puluerem triginta fermè millium virorum procedétem ab Eleuſine: & quũ demirarentur quorúmnam hominum eſſet ille puluis, ſtatim ſe audiſſe vocem, quæ vox ipſi videretur Iacchus myſticus: & Demaratum (vt qui eſſet ſacrorum quæ fierent in Eleuſine ignarus) interrogaſſe quídnam eſſet quod ita ſonaret, ſéque dixiſſe, Demarate, [b] non aberit quin grandis aliqua clades contingat regis copiis. Hoc enim palàm eſt, quum Attica ſit deſolata, numen ab Eleuſine reſonans, venire auxilio Athenienſibus ac ſociis. & ſiquidem in Peloponneſum incumbat, periculum regi erit, eiúſque copiis quæ ſunt in continente: ſin ad claſſem quæ ad Salaminem eſt conuertatur, periculum adibit rex ne nauticum amittat exercitum. Hæc autem ſolennia Athenienſes quotannis celebrant Cereri atque Proſerpinæ: & his ſacris quicunque vult & Athenienſium & aliorum Græcorum initiatur: & vox quã audis, eſt in hoc feſto bacchantium. Et ad hæc dixiſſe Demaratum, Sile, néve alteri cuiquam hoc verbum dixeris. nam ſi

a Sicut autem deliberatum fuerat, ita hæc fecerunt. quum enim diis omnibus preces fudiſſent, illinc quidem, ex ipſa *nimirum* Salamine, Aiacem Telamonémque inuocauerunt, ad AEacum autem cæteróſque AEacidas inuocandos nauem AEg. miſ.

b Fieri non poteſt quin magna aliqua cl.

ad regem referatur, capite plecteris, vt nec ego te nec aliũ quiſpiam hominum queat eripere. quamobrem tene ſilẽtium. hæc autem expeditio diis curę erit. Hoc Demaratum admoniſſe aiebat. [c] Ex illo autem puluere ac voce factam eſſe nubẽ, eámque in ſublime elatam, Salaminem verſus ad Græcorum exercitum fuiſſe delatam. Ita ſe didiciſſe nauticas Xerxis copias eſſe perituras. Hæc Dicæus Theocydis filius referebat, Demaratum atque alios teſtes citans.

c Poſt illum autem puluerem ac vocem ortam eſſe nubem.

Claſſiariæ autem Xerxis copiæ, vbi conſpecta ſtrage Laconica ex Trachinia in Hiſtiæam traiecerunt, triduum illic moratæ, per EVripum nauigabant, totidémque diebus ad Phalerũ præſtò fuerunt. Nec verò minori (vt mihi videtur) numero vel pedeſtres copiæ vel nauticæ Athenas promotæ ſunt, quàm ad Sepiadem atque Thermopylas. nam in ſupplementum eorum qui aut tempeſtate ad Thermopylas, aut in naualibus ad Artemiſium prælíis interierunt, hos ſubſtituam qui nondum regem ſequuti fuerant, Melienſes, Dorienſes, Locros, Bœotos, qui cum omni copia aduenerunt, exceptis Theſpienſibus & Platæenſibus: necnon Caryſtios, Andrios, Tenios, ac cæteros omnes inſulanos, præter quinque ciuitates, quarum nomina ſuperius commemoraui. nam quo magis penetrabat in Græciam Perſes, eo plures eum nationes ſequebantur. Qui omnes, exceptis Pariis, poſtquam Athenas venère, & ad Phalerum, (Parii autem in Cythno [b] relicti, quò bellum caderet expectabant) ibi Xerxes ipſe ad claſſem deſcendit, animo cœtum claſſiariorum adeundi, & eorũ audiendi ſentẽtias. Eò profectus vbi præſedit, aſſidentibus qũi accitu eius aderant, ſuæ quoque gẽtis tyrannis ac nauiũ præfectis, vt cuiq; rex honorẽ dederat, quorũ primus erat Sidonius rex, tũ Tyrius, deinceps alii gradatim: miſit ad eos Mardonium tentandi gratia, ſciſcitatũ ſingulos, præliũ nauale faceret nécne.

b Quum remanſiſſent,

A τοι ἐς βασιληα αὐανδᾶθη τὰ ἐπέα ταῦτα, ἀ-
πολαλέῃς τέω κεφαλέω· καί σε οὔτε ἐγὼ
δυνήσομαι ῥύσασθαι, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων
οὐδείς. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος. τοῖσι δὲ στρατιῆς τῆς-
δε θοῖσι μελήσῃ. τὸν μὲν δὴ ταῦτα προαγορεύειν.
ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς φωνῆς ἀμαθὴς νέ-
φος, καὶ μεταρσιωθὲν, φέρεσθαι ὅτι Σαλα-
μῖνος, ὅπῃ ὁ στρατόπεδον ὁ τῶν Ἑλλήνων. οὕ-
τω δὲ αὐτοὺς μαθεῖν ὅτι τὸ ναυτικὸν τὸ Ξέρ-
ξεω ἀπολέεσθαι μέλλοι. ταῦτα μὲν Δι-
καῖος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε, Δημαρήτου τε
B καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπλόμενος.

Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν πα-
ρεόντες, ὡς σφι ἐν Τρηχῖνος ἡσυχάμενοι τὸ
πρῶτον τὸ Λακωνικὸν, διέβησαν ἐς τὴν Ἱστιαίην,
ἔνθα ἐόντες ἡμέρας τρεῖς, ἔπλεον διὰ Εὐρίπου,
καὶ σφι ἑτέρῃσι δισὶ ἡμέρῃσι ἐγένοντο ἐν Φα-
λήρῳ· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ἐλάσσονες ἐόν-
τες ἀριθμὸν, ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀθηναίην, κα-
τά τε ἤπειρον ἐς τῆσι νηυσὶ ἀπικόμενοι, καὶ ἐ-
πί τε Σηπιάδα ἀπίκοντο καὶ ἐς Θερμοπύ-
C λας. ἀπιθμῷσι γὰρ τοῖσί τε ἐκ τοῦ χειμῶνος
αὐτέων ἀπολομένοισι, καὶ τοῖσι ἐν Θερμοπυ-
λῇσι, καὶ τῇσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίῃσι,
τοῖσδε τοῖς τότε οὐκω ἑπομένοις βασιλεῖ, Μη-
λιέας, καὶ Δωριέας, καὶ Λοκροὺς, καὶ Βοιωτοὺς,
πλὴν στρατιῇ ἑπομένους, πλὴν Θεσπιέων τε
καὶ Πλαταιέων· καὶ μάλα Καρυστίους τε καὶ
Ἀνδρίους, καὶ Τηνίους τε καὶ τοὺς λοιποὺς νησιώ-
τας πάσας· πλὴν τῶν πόλις πολίων τῶν ἐπεμνή-
D σθην πρότερον τὰ οὐνόματα. ὅσῳ γὰρ δὴ πρόσω
ἔσαινε ἐσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ὁ Πέρσης, τοσού-
τῳ πλέω ἔθνεα οἱ εἵπετο· ἐπεὶ ὧν ἀπικέατο ἐς τὰς Ἀθήνας, πολῦτες, πλὴν Παρίων.
Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ, ἐνεκαδόκεον τὸν πόλεμον τῇ ἀποβήσεται. οἱ δὲ λοι-
ποὶ ὡς ἀπίκοντο ἐς τὸ Φάληρον, ἐνθαῦτα
κατέβη αὐτὸς Ξέρξης ὅτι τὰς νῆας, ἐβέλων
σφι συμμίξαι τε καὶ πυθέσθαι τῶν ἐπιπλεόντων 306
τὰς γνώμας. ἐπεὶ δὲ ἀπικόμενος ἐκαθίζετο,
E πρῶτοι μετάπεμποι οἱ τῶν ἐθνέων τῶν σφετέ-
ρων τύραννοι καὶ στρατάρχοι ἀπὸ τῶν νεῶν. καὶ ἵ-
ζοντο, ὡς σφι βασιλεὺς ἑκάστῳ τιμὴν ἐδε-
δώκεε. πρῶτος μὲν, ὁ Σιδώνιος βασιλεὺς· μετὰ
δὲ, ὁ Τύριος· ὅπῃ δὲ, ὦν ἄλλοι. ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς
ἵζοντο, πέμψας Ξέρξης Μαρδόνιον, ἠρώτα, ἀ-
πο πειρώμενος ἑκάστου, εἰ ναυμαχίην ποιέοιτο.

ἐπεὶ δὲ τοῦτον ἤρώτα ὁ Μαρδόνιος ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σιδωνίου, οἱ μὲν ἄλλοι κατὰ τὠυτὸ ἀπεφέροντο τὴν γνώμην· ἀξιοφέρεντο, κελεύοντες ναυμαχίῃ ποιέεσθαι· Ἀρτεμισίη δὲ τάδε ἔφη, Εἰπέ μοι τοῦτο βασιλῆα Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τάδε λέγω, οὔτε κακίῃ γνομένῃ ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι τῇσι πρὸς Εὐβοίῃ, οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένῃ, δίκαιόν τι ἐόντα γνώμῃσι μετρίῃσι χρᾶσθαι, τά τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά. καίτοι τάδε λέγω, φείδεο τῶν νεῶν, μηδὲ ναυμαχίῃσι ποιέεο. τοὶ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες ἐόντες κατὰ θάλασσαν, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. τί δὲ πάντως δεῖ σε ναυμαχίῃσι αἰσχυνδέω θύειν; οὐκ ἔχεις μὲν τὰς Ἀθήνας, τῶνπερ εἵνεκα ἐρμήθης στρατὸς ἐστάλθαι; ἔχεις δὲ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα; ἐμοὶ δὲ τοι ἀντέστησαν μὲν οὐδεὶς ὅσοι περ ἐδόκεον· οἱ δὲ τοι αἰτέσαντες, ἀπήλασας οὕτω ὡς ἐκείνοις ἔπρεπε. τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν αἰτιπολεμίων πρήγματα, τοῦτο φράσω· σὺ μὲν μὴ ἐπιχθῇς ναυμαχίῃ ποιεύμενος, ἀλλὰ τὰς νέας αὐτοῦ ἔχε πρὸς γῇ κοίλῃσι, ἢ καὶ προβαίνων ἐς τὴν Πελοπόννησον, σύ περ τοι δίκαιόν τι χωρὶς τῶν νεῶν ἐλήλυθας. οὐ γὰρ οἷοί τε πολλὸν χρόνον εἰσί τοι αὐτέχειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ σφέας ἀπαναστήσεις· καὶ δὴ πάντως φεύξονται. οὔτε γὰρ οἵ τε πάρεσφι αὐτοὶ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, οὔτε αὖ τοῖσι ὀπίσω ἐστὶ οἶκος, ἵνα σὺ ὀπίσω τὴν Πελοπόννησον ἐλαύνῃς τὸν πεζὸν στρατόν, ἀπέχεσθαι μέλλοντες τοῦ σοὶ εἶναι αὐτέων ἥκοντα· ὧδε σφι μελήσει τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέειν. ἢν δὲ αὐτίκα ἐπιχθῇς ναυμαχήσας, δείδοικα μὴ ὁ ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς, τὸν πεζὸν πρόσθε κακώσῃ. πρὸς δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βάλεο, ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι, χρηστοί. σοὶ δὲ ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοί εἰσι· οἳ δὲ συμμάχων λόγῳ λέγονται εἶναι, ἐόντες Αἰγύπτιοί τε καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλικες, καὶ Παμφύλοι, τῶν ὄφελός ἐστι οὐδέν. ταῦτα λεγούσης πρὸς Μαρδόνιον, ὅσοι μὲν ἦσαν φίλοι τῇ Ἀρτεμισίῃ, συμφορὴν ἐποιεῦντο τοὺς λόγους, ὡς κακόν τι πείσοντος πρὸς βασιλῆος, ὅτι οὐκ ἐᾷ ναυμαχίῃ πειρᾶσθαι·

A Posteaquam Mardonius à Sidonio exorsus, singulos circumiens interrogauit, cęteri quidem eandem dixere sententiam, iubentes fieri prælium: Artemisia verò, Hæc, inquit, Mardoni, quæ dico, regi referas: [a] me neque in prælijs ad EVbœam gestis ignauissimã extitisse, neque minima contulisse in te, domine. ideo, quum talis sim, æquum esse, ea quæ in rem tuam maximè esse sentio, demõstrare. Itaque hoc tibi suadeo, vt B nauibus parcas, nec prælium nauale facias cum iis viris qui tanto sunt tuis in mari præstantiores, quãto fœminis viri. Quid enim necesse habes omnino venire in discrimen pugnæ naualis? nónne Athenas habes quarum gratia expeditionẽ sumpsisti? nonne reliquam Græciam? ac nemo tibi obsistit? Qui tibi obsistebant, ita summoti sunt vt eos decebat. Quò autem ego recasuras hostiũ C res arbitror, id exponam: Si non instabis pugnæ nauali committendæ, sed classem perges hĩc cõtinere ad terram, aut etiam tendere ipse in Peloponnesum, tũc tibi, domine, succedent ea quorum gratia venisti. neque enim diu tibi resistere Græci possunt, sed dilabentur, & abs te ad suas quisque vrbes defugient. quoniã neque commeatus est eis in hac insula, vt ego audio, neque, si tu in Peloponnesum pedestres copias duces, hĩc eos credibile est D perstituros qui illinc huc aduenerunt, neque de pugna pro Athenienſibus faciẽda curaturos. At si pugnã naualem gerere appropérabis, vereor ne copiæ nauticæ malè re gesta pedestribus sint exitio. Præterea hoc etiam rex in animum dimitte: vsu venire vt bonis quidem hominibus mali serui sint, malis autem boni. Ideóque tibi (qui virorum es optimus) serui sunt mali, qui numero sociorũ censentur, AEgyptii, Cyprii, Cilices, Páphylique quibus nulla vtilitas est. Hæc loquẽte Artemisia, quicũque ei bene volebãt, noxiam illi rebantur suam orationem, tanquã aliquid mali passuræ ab rege, quem vetaret pugnam facere nauale:

a Me, quæ nec in nauali bus ad Eubœam prælijs me ignauissimè gessi, nec minima præstiti, par est, domine, sententiam meam proferendo, quæ maximè è re tua esse censeo, indicare: atque ideo hæc dico; Parce nauibus, nec prælium nauale cum iis viris, &c.

at ii qui malè consultum illi volebãt inuidebántque, vtpote cui inter primos sociorum omniũ honos haberetur, gaudebãt eius quam dixerat sententia, tanquam perituræ. Sed Xerxes, postquam ad eũ sunt relatæ sententiæ, magnopere delectatus est Artemisiæ sententia: & quum iam antea officiosam esse sensisset, tunc multo impẽsius collaudauit. Nihilominus vt [a] pluribus staretur iussit, ratus ad EVbœam suos sponte malè pugnasse, quòd videlicet ipse abfuisset: itaque constituit spectaculo pugnæ naualis interesse. Classiarii, vbi nuntiatum est illinc esse soluendũ, classem Salaminem versus ducunt, & per otium in aciem sunt digesti. Sed quum eos dies defecisset quominus prælium committerẽt, (nox enim interuenit) in posterũ diẽ sese instruebant: quum interim Græcos metus formidoq; cepit, cùm alios, tũ verò Peloponnenses, quòd ipsi desidentes in Salamine, pro Atheniẽsiũ terra essent certaturi: qui si superarentur, in insula deprehensi forẽt obsidendi, sua terra sine præsidio relicta.

Per eandem noctem pedester exercitus barbarorum contendebat in Peloponnesum: quanquam cuncta quæ poterant excogitata erant ne barbari per cõtinentem ingrederentur. Nã vbi Leonidem cum suis apud Thermopylas occubuisse accepere Peloponnenses, celerrimè ex vrbibus cõcursu facto, Isthmum insederunt, duce Cleombroto Anaxãdridæ filio, Leonidæ fratre. Ibi considentes, primùm viam Scironidem obstruxerũt, deinde cõsilio inito Isthmum muro inædificabãt, opúsque perficiebãt, quippe nemine (quum tot millia virorum essent) cessante. nam & lapides & lateres & ligna, & cistas sabulo plenas afferebãt, nullo tẽporis momẽto opus intermittẽtes, neq; diurno neq; nocturno. Hi autem è Græcis fuerũt qui ad Isthmũ auxilio cum omni copia venerũt: Lacedæmonii, & Arcades omnes, & Elei, & Corinthii, & Sicyonii, & Epidaurii, & Phliasii, & Trœzenii, & Hermionẽses.

a *Id est, Sententiã pluriũ. Qu'on se tint à la plus grande voix.*

Α Οἱ δὲ ἀγαθόμβροτοί τε καὶ φθονέοντες αὐτῇ, ἅτε ἐν τοῦτοισι τετιμημένῃ ὑπὸ πάντων τῶν συμμάχων, ἐτέρποντο τῇ αἰσχρίσι, ὡς ἀπολεομένης αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ αἰσθετείχθησαν ἀγγελμα ἐς Ξέρξεα, χάρτα τε ἦσθη τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης· καὶ νομίζων ἔτι τοῦτον σανσυδαίως εἶ), τότε πολλῷ μᾶλλον αἶνεε. ὅμως δὲ τοῖσι πλέοσι πίθεσθαι ἐκέλευε, πάδε καταδόξας· τοὺς μὲν ΕΥβοίης σφέας ἐθελοκακέειν, ὡς οὐ πρέοντας αὐτὸ· Β τότε δὲ αὐτὸς πρεσβύσετο θέσθαι ναυμαχέοντας. ἐπεὶ δὲ πρὸς Ἕλλον αἰσπλώειν, αἰσθόμενος ἐν νηὶ ὅτι τὴν Σαλαμῖνα. ἐξ πρεχρίσαν ἀγαπαξέντες κατ' ἡσυχίαν. τότε μὲν νυν οὐκ ἐξέχρησε σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχίην ποιέεσθαι. νὺξ γὰρ ἐγένετο. Οἱ δὲ πρεσβύζοντο ἐς τὴν ὑστεραίην. τοῖς δὲ Ἕλλησι εἶχε δέος τε καὶ ἀρρωδίη, οὐκ ἧκιστα δὲ τοῖς ἀπὸ Πελοποννήσου. ἀρρώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι, ὑπὲρ C γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν μέλλοιεν· νικηθέντες τε, ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες πολιορκήσονται, ἀπέντες τὴν ἐωυτῶν ἀφύλακτον.

Τῶν δὲ βαρβάρων ὁ πεζὸς ὑπὸ τὴν πρεσθοῦσαν νύκτα ἐπορεύετο ὅτι τὴν Πελοπόννησον. κατὰ τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, ὅκως κατ' ἤπειρον μὴ ἐσβάλλοιεν οἱ βάρβαροι. ὡς γὰρ ἐπύθοντο τάχιστα Πελοποννήσιοι τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδην ἐν Θερμοπύλῃσι τετελευτηκέναι, συνθραμόντες ἐκ τῶν D πολίων, ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο. καὶ σφι ἐπῆν στρατηγὸς Κλεόμβροτος ὁ Ἀναξανδρίδεω, Λεωνίδεω δὲ ἀδελφεός. ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ Ἰσθμῷ, ἐξ συλλέξαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν, μετὰ τοῦτο ὡς σφι ἔδοξε βουλευομένοισι, ᾠκοδόμεον διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ τεῖχος. ἅτε δὲ μυριάδων μυριάδων πολλέων, καὶ πάντων ἀνδρῶν ἐργαζομένων, ἐτελέετο τὸ ἔργον. καὶ γὰρ λίθοι, καὶ πλίνθοι, καὶ ξύλα, καὶ φορμοὶ ἄμμου πλήρεες ἐσεφέροντο, καὶ ἐλίνυον οὐδένα χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι, οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρης. Ε Οἱ δὲ βοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν πανδημεὶ, οἵδε ἦσαν Ἑλλήνων· Λακεδαιμόνιοί τε, καὶ Ἀρκάδες πάντες, καὶ Ἦλοι, καὶ Κορίνθιοι, καὶ Σικυώνιοι, καὶ Ἐπιδαύριοι, καὶ Φλιάσιοι, καὶ Τροιζήνιοι, καὶ Ἑρμιονέες.

307

οὗτοι

οὗτοι μὲν ἔσαν οἱ βοηθήσαντες, καὶ ὑποφαρ- A
ρωδέοντες τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ· τοῖσι δὲ
ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν. Ὀ-
λύμπια δὲ καὶ Κάρνεα παρεληλύθεε ἤδη.
οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά· τού-
τεων δὲ τὰ μὲν δύο, αὐτόχθονα ἐόντα, καὶ
χώρην ἵδρυται· τῶν τε καὶ τοπάλαι οἴκεον, Ἀρ-
κάδες, καὶ Κυνούριοι· ἓν δὲ ἔθνος τὸ Ἀχαϊ-
κόν, οὐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε,
οὐκ μέντοι τῆς ἑωυτῶν· οἰκέει δὲ τὴν ἀλλο-
τρίην. τὰ δὲ λοιπὰ ἔθνεα, τὴν ἑπτὰ, τέσσε- B
ρα ἐπήλυδά ἐστι, Δωριέες τε καὶ Αἰτω-
λοὶ, καὶ Δρύοπες, καὶ Λήμνιοι. τῶν Δωριέων
μὲν, πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλιες, Αἰ-
τωλῶν δὲ Ἦλις μούνη· Δρυόπων δὲ, Ἑρ-
μιόνη τε, καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ
τῇ Λακωνικῇ· Λημνίων δὲ, Παρωρεῆται
πάντες. ⓐ δὲ Κυνούριοι αὐτόχθονες ἐόντες,
δοκέουσι μούνοι εἶ) Ἴωνες. οὐκ δὲ δωριήσ- — καὶ οὐκ δωριήσαντας
ταντας δὲ, ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι, καὶ τῷ
χρόνου ἐόντες Ὀρνεᾶται, καὶ οἱ περίοικοι
τούτεων ὧν τὴν ἑπτὰ ἐθνέων αἱ λοιπαὶ πό-
λιες πάρεξ τῶν κατέλεξα, οὐκ τοῦ μέσου ἐ- C
κατέατο. εἰ δὲ ἐλευθέρως ἔξεστι εἰπεῖν, οὐκ
τοῦ μέσου κατήμενοι, ἐμήδιζον. ⓐ μὲν δὴ
ἐν Ἰσθμῷ, τοιούτῳ πόνῳ συνεχόμενοι, ἅτε
περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμου θέοντες, καὶ
τῇσι νηυσὶ οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι·
ⓐ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὅμως ταῦ-
τα πυθανόμενοι, ἀρρώδεον, οὐκ οὕτω περὶ
σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες ὡς περὶ τῇ Πε
λοποννήσῳ· ἕως μὲν δὴ αὐτέων ἀνὴρ πρὸς
ἄνδρα σιγῇ λόγον ἐποιέετο, θῶμα ποιού-
μενος τὴν Εὐρυβιάδεω ἀβουλίην· τέλος D
δὲ, ἐξερράγη ἐς τὸ μέσον, σύλλογός τε δὴ ἐγέ-
νετο, καὶ πολλὰ ἐλέγετο περὶ τῶν αὐτέων. οἱ
μὲν, ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀ-
ποπλώειν, καὶ περὶ ἐκείνης κινδυνεύειν, μη-
δὲ περὶ χώρης δορυαλώτου μένοντας μάχε-
σθαι· Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ Αἰγινῆται, καὶ
Μεγαρέες, αὖτις μένοντας ἀμύνασθαι.

Ἐνθαῦτα Θεμιστοκλέης, ὡς ἑωυτοῦ τῇ
γνώμῃ ἥσσω τῶν Πελοποννησίων, λαθὼν
ἐξέρχεται ἐκ τοῦ συνεδρίου. ἐξελθὼν δὲ, E
πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα
πλοίῳ, ὑποτειλάμενος τὰ λέγειν χρεών·

Hi fuerunt qui quidem auxilio venerunt, metuentes periclitáti Græciæ. Cæteris enim Peloponnenſibus id nihil admodum curæ erat, & Olympia iam & Carnia præterierant. Incolũt autem Peloponneſum gentes ſeptem, quarum duæ indigenæ eundem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades & Cynurii: vna, Achaica, quæ nunquam illa quidem è Peloponneſo exceſſit, ſed priſtino loco egreſſa, alienum incolit: reliquæ quatuor è ſeptem aduentitiæ ſũt, Dorienſes, AEtoli, Dryopes, Lemnii. Ac Doriẽſium quidẽ multæ ſunt & inſignes ciuitates: AEtolorum autem ſola Elis: Dryopum autem, Hermiona & Aſina, quæ ad Cardamylam Laconicã ſita eſt: Lemniorum autẽ, omnes Paroreatani. Cynurii autẽ, quum ſint indigenæ, ſoli putantur Iones eſſe, ſed effecti ſũt Dores, ſub imperio Argiuorum impoſiti, & progreſſu temporis, quũ eſſent Orneatæ, itémque accolæ. Harũ igitur ſeptem gentium cæteræ præter eas quas recenſui, è medio ceſſerunt: & (ſi ingenuè loqui fas eſt) in medio ſedentes cũ Medis ſentiebant. Apud Iſthmum quidem in tali labore iſti occupati erant, vtpote pro omni iam curſu, quòd nulla ſpes è claſſe affulgeret, currentes. Quæ audientes illi qui in Salamine erant, formidine afficiebantur, non tam pro ſeipſis quàm pro Peloponneſo ſoliciti, adeo vt alius alĩ adiens, & ſummiſſa voce loquens admiraretur in EVrybiade conſilii inopiam: tandem verò res erupit in medium, concilióque contractum eſt, & multa de hoc ipſo dicebantur, ab his quidem, oportere in Pelopõneſum nauigare, & pro illa adire periculum, non autem manentes, pro regione captiua pugna nauali decernere: ab Athenienſibus verò & AEginetis & Megarenſibus, ſatius eſſe illic manentes dimicare.

Ibi Themiſtocles, poſtquam ſententia Peloponnenſium euicit, clanculum è cõcilio egreſſus, miſit ad claſſem Medorum nauigium, cum quodã iuſſo dicere quæ oporteret:

cui nomen erat Sicino, contubernali ſuo, atque eodem pædagogo liberorum ſuorum: quem poſt has res geſtas ipſe Theſpienſem fecit, [a] (vbi Theſpienſes in ciuitatem ſunt recepti) atque locupletem. Is tunc nauigio ad duces barbarorum profectus, hæc inquit, Dux Athenienſiũ, quòd partibus regis fauet, præoptátq; res veſtras quàm Græcorum eſſe ſuperiores, miſit me iam clam aliis Græcis indicatum vobis, illos metu perculſos fugã facere velle, & nunc offerri vobis occaſionẽ exequendi rem omnium præclariſſimam, niſi per negligentiã eos dilabi ſinatis. nam neque inter ſe conſentiunt, neque vobis amplius obſiſtent: ſed inter ſe dimicantes cernetis eos qui vobiſcum & eos qui contra vos ſentiunt. Hac re Sicinus indicata, ab illis abſceſſit. Cui fidem habẽtes barbari, tum in inſulam paruam nomine Pſyttaleam, quæ inter Salaminem & continentem ſita eſt, multos Perſarum traiiciunt, tum mediam circa noctem cornu quod ad veſperam ſpectabat producunt Salaminem verſus, eam circumituri: producunt itẽ qui circa Ceon & Cynoſuram inſtructi erant, occupãtes omne fretum Munychia tenus. Ideo autem & naues producebant nequã Græcis liceret effugere: ſed circumuenti vicem redderent præliorum ad Artemiſium geſtorum. Ad inſulam autem Pſyttaleam traiiciebant Perſas, vt cõmiſſo nauali certamine, quum plurimum & virorum & naufragiorum eò efferretur, (erat enim inſula in traiectu pugnæ ſita) ii Perſæ [b] ſuos ſeruarent, alienos interimerent. Hoc autem ne hoſtis ſentiret, clanculum egere, nulla noctis parte conceſſa ſomno. In has ego res intuẽs, non habeo aduerſari oraculis tanquã non veris, volens euidenter loquentia conari refellere,

Auricomæ poſtquam Diana littora iungent

[a] Quo tempore Theſpiẽſes, ciues recipiebãt. *id eſt, ſua ciuitati donabant.*

[b] Alios ſeruarẽt, alios interim.

τῷ οὐόμα μὲν ἦν Σίκινος, οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῷ Θεμιστοκλέος παίδων· τὸν δὴ ὕστερον τούτεων τῶν πρηγμάτων Θεμιστοκλέης Θεσπέα τε ἐποίησε, ὡς ἐπεδέχοντο οἱ Θεσπιέες πολίτας, καὶ χρήμασι ὄλβιον. ὃς τότε πλοίῳ ἀπικόμενος, ἔλεγε πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν βαρβάρων τάδε, Ἔπεμψέ με στρατηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρη τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, (τυγχάνει γὰρ φρενέων τὰ βασιλέος, καὶ βουλόμενος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γενέσθαι ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα) φράσοντα ὅτι οἱ Ἕλληνες δρησμὸν βουλεύονται καὶ καρρωδηκότες. καὶ νῦν πρέχει καλλιστον ὑμέας ἔργων ἀπέμπτων ἐξεργάσασθαι, ἢν μὴ περίδητε διαδράντας αὐτούς. οὔτε γὰρ ἀλλήλοισι ὁμοφρονέουσι, οὔτε ἀντιστήσονται ὑμῖν. τάχιστα δὲ ἐπὶ τοὺς σφέας ὁρμᾶσθε ναυμαχέοντας τοὺς τὰ ὑμέτερα φρονέοντας, καὶ τοὺς μή. ὁ μὲν, ταῦτα σφι σημήνας, ἐκποδὼν ἀπαλλάσσετο· τοῖσι δὲ, ὡς πιστὰ ἐγίνετο τὰ ἀγγελθέντα, τόδε μὲν, ἐς τὴν νησίδα τὴν Ψυτταλείην, μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου, πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν· τόδε δὲ, ὅπως ἐγίνοντο μέσαι νύκτες, ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι τοὺς τὴν Σαλαμῖνα, ἀνῆγον δὲ καὶ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμένοι, κατέχον τε μέχρι Μουνυχίης πᾶσαν πορθμὸν τῇσι νηυσί. τῶνδε δὲ εἵνεκα ἀνῆγον τὰς νῆας, ἵνα δὴ τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπολαμφθέντες ἐν τῇ Σαλαμῖνι, δοῖεν τίσιν τῷ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγωνισμάτων. ἐς δὲ τὴν νησίδα τὴν Ψυτταλείαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων τῶνδε εἵνεκα, ὡς ἐπεὰν γένηται ναυμαχίη, ἐνθαῦτα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν νεωνήτων. ἐν γὰρ δὴ πόρρω ναυμαχίης τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἔκειτο ἡ νῆσος, ἵνα τοὺς μὲν περιποιῶσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι. ἐποίεον δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πεύσοιατο οἱ ἀντίοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτὸς, οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες, παρετέοντο. χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω αἰτιλέγειν ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες, οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε πρήγματα ἐσβλέψας,

Ἀλλ' ὅτεον Ἀρτέμιδος χρυσάορος ἱερὸν ἀκτὴν

χρυσοκόμης

Νηυσὶ γεφυρώσωσι, καὶ εἰναλίῳ Κυνοσουρᾳ,
Ἐλπίδι μαντομάνῃ λιπαρὰς πέρσαντες Ἀθήνας,
Δῖα δίκη σβέσαι κρατερὸν χόρον, ὕβριος ὄλον,
Δεινὸν μαιμώοντα, δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πυθέσθαι.
Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης
Πόντον φοινίξει· τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
Εὐρώπᾳ Κρονίδης ἐπάξει, καὶ πότνια Νίκη.

Εἰς τοιαῦτα μὲν οὕτω σαφῶς λέγοντι Βάκιδι ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι, οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω, οὔτε παρ' ἄλλων ἐνδέκομαι. τῶν δὲ ἐν Σαλαμῖνι στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλός. ἠπίστατο δὲ οὔπω ὅτι σφέας περιεκυκλοῦντο τῇσι νηυσὶ οἱ βάρβαροι· ἀλλ' ὡς σφι τῆς ἡμέρης ὥρων αἰσχύνη τεταγμένους, ἐδόκεον χῦ χώρῳ εἶναι. σὺν δὲ τοῖσι στρατηγοῖσι, ἐξ Αἰγίνης διέβη Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος μὲν, ὀστρακισμένος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου. ὃν ἐγὼ νενόμικα, πάντα νοῦν ἔχοντα καὶ δικαιότατον. οὗτος ὦν μιν γνοὺς ὅτι ὁ σύνεδρος, ἐξεκαλέετο Θεμιστοκλέα, ἐόντα μὲν ἑωυτῷ οὐ φίλον, ἐχθρὸν δὲ παμάλιστα. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῶν παρεόντων κακῶν, λήθην ἐκείνων ποιεύμενος ἐξεκαλέετο, θέλων αὐτῷ συμμίξαι. παρεγένετο δὲ ὅτι ἀπεύδοιεν ἀπὸ Πελοποννήσου ἀναγκάζειν τὰς νῆας πρὸς τὸν ἰσθμόν. ὡς δὲ ἐξῆλθέ οἱ Θεμιστοκλέης, ἔλεγε Ἀριστείδης τάδε, Ἡμέας στασιάζειν χρεών ἐστι ἐν τῷ ἄλλῳ χειμῶνι, καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε, εἰ τὸ ὀκότερος ἡμέων πλέω ἀγαθὰ τῇ πατρίδι ἐργάσεται. λέγω δὲ ὅτι ἴσον ἐστὶ παλαιά τε καὶ ὀλίγα λέγειν περὶ ἀποπλόου τοῦδε τοῦ ἐνθεῦτεν Πελοποννησίοισι. ἐγὼ γὰρ αὐτόπτης τοι λέγω γεγονὼς, ὅτι νεῶν, οὐκ ἐῶν θέλουσι Κορίνθιοί τε καὶ αὐτὸς Εὐρυβιάδης οἷοί τε ἔσονται ἐκπλῶσαι. περιεχόμεθα γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων κύκλῳ· ἀλλ' ἐσελθὼν σφι τοῦτο σήμηνον. ὁ δὲ ἀμείβεται τοῖσδε, Καίπερ τε χρηστὰ διακελεύεαι, καὶ οὐ ἠγνοήκεις. τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδεόμην γενέσθαι,

A *Nauales pontes cum littoribus Cynoſuræ,*
Spe ſtolida ſortes quòd Athenas marte ſubegit,
Compe cet iuuenẽ meritiſſima pœna ſuperbum,
Inſtinctum furiis, ſibi cedere cuncta putantem.
Nam miſcebitur æs æri, mars ſanguine pontum
Inficiet: Graiis tunc libera tempora reddet
Saturno genitus, ſimul & Victoria pollens.

Quum ita euidenter in his à Bacide dicatur, profectò neque ipſe de fide oraculis derogãda auſim dicere, neque ab aliis dici ſuſtineam. Porro inter duces qui in Salamine erant ingens conflatus eſt tumultus, nondum ſcientes à barbarorum nauibus ſe circumueniri: vbi autem orto ſole inſpexerunt hoſtem inſtructum, cenſuerunt ibidem ſibi manendum. C Quibus cõgregatis, applicuit ex AEgina Ariſtides Lyſimachi filius, Athenienſis quidem, ſed in exilium à populo iectus, quem ego (vt eius mores accepi) virũ optimum Athenis atque iuſtiſſimum cenſui. Hic vir concilio aſſiſtens, Themiſtoclem euocauit, non amicum ſibi, ſed in primis inimicum: verùm præmagnitudine præſẽtium malorum oblitus ſimultatũ, euocauit hominem colloquendi gratia. præſenſerat enim Peloponnẽſes maturare ad Iſthmum claſſem reducere. Qui, quũ prodiſſet Themiſtocles, ad eum inquit, Nos & alio tempore & hoc ipſo contẽdere debemus inter nos hac de re, vter noſtrum de patria præclarius mereatur. te verò certiorem facio, peræquè eſſe Peloponenſibus multa verba facere ac pauca de abducendis hinc nauibus. Ego enim tibi quod ipſemet vidi, refero: núc, ne ſi velint quidem, Corinthios atque ipſum EVrybiadem enauigare poſſe, quoniam circumdati ab hoſtib' vndique ſumus: quare ingreſſus ad eos, hoc indicato. Cui reſpõdẽs Themiſtocles, Vtilia ſanè, inquit, iubes, bonũ afferẽs nũtium. Nã quod ego precabar vt fieret,

a Scito enim quæ à Medis fiunt, à me profecta esse.

id ipse tu conspicatus fieri, venisti nuntiatum. [a] vt enim scias, quæ fiunt à Medis, propter me fiunt: quoniam opus factofuit vt Græci qui nolebant sua sponte ad pugnam descendere, descenderent inuiti. Tu verò, quandoquidem vtilia nuntiatum venisti, per teipsum nuntiato. Quoniam si ego retulero, videbor ré commentitiam dicere, nec ipsis persuadebo, tanquam non hoc agentibus barbaris. Itaque tute ingressus, vti res habet ipse referas. Quod vbi feceris, si tibi fidé habebunt, optimè habet: sinminus, perinde nobis erit. neque enim si vndique circumdati sumus, vt tu ais, amplius isti defugient. Aristides concilium introgressus, eadem retulit, dicens se ex AEgina veniſſe, & ægrè elapsum, latendo stationem hostiū. Omnem enim classem Græcorum, à Xerxis classe circumuentam: ideóque hortari se vt ad defensionem sui illi sese præpararent. Hæc loquutus Aristides, retrò abiit. Rursus autem inter duces altercatio orta, plerisque eorum fidem nuntio non habentibus. Quibus non credentibus aduenit triremis transfuga virorum Tenior um, cui præerat Panætius Sosimenis filio, quæ omnē veritatem attulit. Cuius facti nomine Tenii in tripode qui Delphis dedicatus est, inter eos qui barbarum debellarūt, scripti fuere. Ex hac autem naui quæ ad Salaminem & altera quæ ad Artemisiū transfugit, expleta est Græcorum classis trecentarum & octoginta nauium. duæ nanque prius ad explendum numerum defuerant naues. Græci, vbi eis verba Teniorum fecerunt fidē, sese apparauerunt tanquam dimicaturi. Et sub diluculum, quū propugnatorum cœtum fecissent, Themistocles ex omnibus quæ expedirent præcipiebat: cuius orationis summa erat, meliorum cum peioribus comparatio, quæcunque in hominis natura atque industria existūt, exhortatus vt meliora eligerēt. Vbi perorauit, iussit illos ingredi naues. quib° ingressis, rediit ab AEgina triremis quæ profecta ad AEacidas erat, móxq; omnes naues Græci soluerūt.

A αὐτὸς αὐτόπτης γενόμενος, ἥκεις. ἵνα γὰρ ἐξ « ἐμέο τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων. ἔδεε γάρ « ὅτε οὐκ ἐχόντες ἤθελον ἐς μάχην κατίσα- « σθαι Ἕλληνες, ἀέκοντας σφέας ἀναγκάσασθαι. « σὺ δέ, ἐπείπερ ἥκεις χρηστὰ ἀπαγγέλλων, αὐ- « τὸς σφι ἀγγέλλων. ἢν γὰρ ἐγὼ αὐτὰ λέγω, « δόξω πλάσας λέγειν, καὶ οὐ πείσω, ὡς οὐ « ποιεύντων τῶν βαρβάρων ταῦτα. ἀλλά σφι « σήμηνον αὐτὸς προελθών ὡς ἔχει. ἐπεὰν δὲ « 309
σημήνῃς, ἢν μὲν πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ « B κάλλιστα· ἢν δὲ ἀπιστῶσι μὴ πρὸς γνώμας, ὁ- « μοίως ἡμῖν ἔσται. οὐ γὰρ ἔτι διαφεύξονται, εἰ- « περ περιεχόμεθα πάντα χόρτον, ὡς σὺ λέγεις. « Ταῦτα ἔλεγε προελθὼν ὁ Ἀριστείδης, φά- « μενος ἐξ Αἰγίνης τε ἥκειν, καὶ μόγις ἐκ- « πλώσας λαθὼν τοὺς ἐπορμέοντας. περιέχε- « σθαι γὰρ πᾶν τὸ στρατόπεδον ὁ Ἑλληνικὸν « ὑπὸ τῶν νεῶν τῶν Ξέρξεω. παραινέεσθαί « τε σφι ἐβούλετο, ὡς ἀλεξησομένους. καὶ ὁ « μὲν, ταῦτα εἰπὰς, μετεστήκεε· τοῖσι δὲ αὖτις
C ἐγίνετο λόγων ἀμφισβησίη. οἱ μὲν γὰρ πλοῦνες τῶν στρατηγῶν οὐκ ἐπείθοντο τὰ ἐξαγγελθέντα. ἀπιστεόντων δὲ τουτέων, ἦλθε τριήρης ἀνδρῶν Τηίων αὐτομολέουσα, τῆς ἦρχε ἀνὴρ Παναίτιος ὁ Σωσιμένεος, ὃς δὴ ἔφερε πᾶν τὸ ἀληθήιον πᾶσιν. διὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἐνεγράφησαν Τηῖοι ἐν Δελφοῖσι ἐς τὸν τρίποδα, ἐν τοῖσι τὸν βάρβαρον κατελοῦσι. σὺν δὲ ὧν ταύτῃ τῇ νηῒ τῇ αὐτομολησάσῃ ἐς Σαλαμῖνα, καὶ τῇ πρότερον ὑπ'
D Ἀρτεμίσιον τῇ Λημνίῃ, ἐξεπληροῦτο ὁ ναυτικὸς τοῖσι Ἕλλησι ἐς τὸν ἀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νῆας. δύο γὰρ δὴ νηῶν τότε κατέδεε ἐς τὸν ἀριθμόν. τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς πιστὰ δὴ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν Τηίων ῥήματα, προεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἠὼς τε διέφαινε, καὶ οἱ σύλλογον τῶν ὁπλιτέων ποιησάμενοι· προεκήρυσσε δὲ ἔχοντα μὲν ἐκ πρώτων Θεμιστοκλέης, τὰ δὲ ἔπεα ὑπὸ πᾶσι χρέων τοῖσι ἤδεσι αὐτίκα θέμενα. ὅσα δὲ
E ἐν ἀνθρώπου φύσι καὶ κατασκέσι ἐγίνετο, πρηγέας δὴ τουτέων τὰ κρέσσω αἱρέεσθαι, καὶ καταπλέξας τοῦ ῥήσιν, ἐσβαίνειν ἐκέλευε ἐς τὰς νῆας. καὶ οὗτοι μὲν δὴ ἐσέβαινον, καὶ ἦκε ἡ ἀπ' Αἰγίνης τριήρης, ἣ κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀπεδήμησε. ἐνταῦθα αἴπερ τὰς νῆας ἀπέσας ἔπλωον Ἕλληνες.

ἀναχωρήσοισι δὲ σφι, αὐτίκα ἐπεκέατο ⓐ A In quos mouentes cõtinuò barbari ſunt inuecti. Ibi cæteri quidem Græci * quum inhiberent remos, ceſsimque irent, Aminias Palleneus vir Athenienſis, euectus naui in hoſtilem incurrit: cui implicitus quũ hæreret, nec abſtrahi poſſet, ita cæteri veniẽtes auxilio conſerti ſunt. Hunc in modum aiunt Athenienſes extitiſſe initium pugnæ: AEginetæ verò, nauem quæ ad AEacidas abierat feciſſe initium. Quanquã etiam hoc refertur, ſimulacrum mulieris fuiſſe eis oblatum: & quum apparuiſſet, ita illos exhortatum vt omnis Græcorum exercitus exaudierit: ſed prius his verbis conuitiatum, [b] O dæmonii, quouſque remos inhibebitis? Cæterùm aduerſus Athenienſes inſtructi erant Phœnices. nam hi cornu tenebant quod ad Eleuſinem occidentémque vergebat. Aduerſus Lacedæmonios inſtructi erant Iones. hi autẽ cornu tenebant quod ad auroram ſpectabat & Pireum: quorum pauci admonitu Themiſtoclis de induſtria ignauiter agebant, plerique minimé. Enimuerò complurium trierarchorum nomina commemorare poſſem, qui Græcas naues expugnauere: ſed neminẽ nominabo præter Theomeſtorem Androdamantis filiũ, & Phylacon Hiſtiæi filium, ambos Samios. quorum duntaxat ideo mẽtionẽ facio, quòd Theomeſtor ob hanc nauatam operã à Perſis tyrannus Sami ſit creatus: Phylacus inter bene de rege meritos adſcriptus ſit, & multo tractu ſoli donatus. Bene meriti autem de rege, Perſica lingua Oroſangæ vocantur. De his quidẽ ita res habet. Multitudo autem regiarum nauium ad Salaminẽ expugnabatur, partim ab Athenienſibus corrupta, partim ab AEginetis, vtpote Græcis ſeruato ordine ac loco certantibus, barbaris & incompoſitè & inconſultè agentibus: vt non ab re fuerit talẽ eis rem contingere qualis contigit. quãquam eo die fuerunt atque extiterunt longè ſeipſis præſtãtiores, & quàm ad EVbœã extiterãt, pro ſe quiſque adnitentes, ac Xerxem reformidãtes, quòd ab eo ſe ſinguli conſpici arbitrabãtur.

* Quum in pugnam inhiberent vt appulſuri. *Bud.*

b O miſeri,

βάρβαροι. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ὅτι τοῦ πρύμνῃσι ἀνεκρούοντο, καὶ ὤκελλον ἐς νῆας· Ἀμεινίης δὲ Παλληνεὺς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἐξεναυδεὶς, νηὶ ἐμβάλλει. συμπλακείσης δὲ τῆς νηὸς, καὶ οὐ δυναμένων ἀπαλλαγῆναι, οὕτω δὴ οἱ ἄλλοι Ἀμεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον. Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω λέγουσι γενέσθαι τῆς ναυμαχίης τὴν ἀρχήν· Αἰγινῆται δὲ, τὴν καὶ τοὺς Αἰακίδας ἀποδημήσασαν ἐς Αἴγιναν, ταύτην εἶναι τὴν ἀρξασαν. λέγεται δὲ καὶ τάδε, ὡς φάσμά σφι γυναικὸς ἐφάνη· φανεῖσαν δὲ παρακελεύσασθαι, ὥστε καὶ ἄπαν ἀκοῦσαι τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· ὀνειδίσασαν πρότερον τάδε, Ὦ δαιμόνιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρούεσθε; καὶ μὲν δὴ Ἀθηναίοισι ἐτετάχατο Φοίνικες· οὗτοι γὰρ εἶχον ὁ πρὸς Ἐλευσῖνός τε καὶ ἑσπέρης κέρεος. καὶ οἱ Λακεδαιμονίοισι, Ἴωνες· οὗτοι δὲ εἶχον τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τε καὶ τὸν Πειραιέα. ἐβουλοκάκεον μούνοισι αὐτέων, καὶ ὀλίγοι, οἱ δὲ πλοῦνες, οὐ. ἔχω μὲν νυν συχνῶν οὐνόματα τριηκοίρχων καταλέξαι, τῶν νέας Ἑλλησίδας ἑλόντων. χρήσομαι δὲ αὐτοῖσι τούτοισι, πλὴν Θεομήστορός τε τοῦ Ἀνδροδάμαντος, καὶ Φυλάκου τοῦ Ἱστιαίου, Σαμίων ἀμφοτέρων. τοῦδε εἵνεκα μέμνημαι τούτων μούνων, ὅτι Θεομήστωρ μὲν ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου Σάμου ἐτυραννεύσε, καὶ ξεσθέντων τῶν Περσέων· Φύλακος δὲ, βουργέτης βασιλέος ἀνεγράφη, καὶ χώρῃ ⓐ ἐδωρήθη πολλῇ. ⓐ οἱ δὲ βουργέται τοῦ βασιλέος, ὀρθοστάδην καλέονται Περσισί. τοσοῦτο μὲν νυν τούτους τοῦτον εἶχε. τὸ δὲ πλῆθος τῶν νεῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκακοῦτο, αἱ μὲν, ὑπ' Ἀθηναίων δεφθορόμεναι, αἱ δὲ, ὑπὸ Αἰγινητέων. ἅτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων καὶ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ ταξαμένων ἔτι, οὐδὲ σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδέν, ἔμελλε τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι οἷόν περ ἀπέβη. καί τοι ἔσθ' ὅτε καὶ ἐβοήθουν ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ μαχρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ τοῖς ΕΥβοίῃ, πᾶς τις τοῦ θυμοῦ μιμνόμενος καὶ δείματα Ξέρξῃ· ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θηήσεσθαι βασιλέα.

aaa. iii.

Et de aliis quidem vel barbarorum vel Græcorum ſingulatim, quomodo dimicauerint, nō poſſum pro comperto referre. Circa Artemiſiam verò hoc rei geſtum, ex quo impenſius illa regi commendata eſt: Poſteaquam regiæ res in multum tumultuationis deuenerant, hoc interim tempore Artemiſia, quum nauē ſuam Attica inſequeretur, nullū habēs effugium, quia ante ipſam naues amicorum, ſua verò proxima hoſti erat, hoc ſibi putauit faciendum, quod & feciſſe profuit. nam vt fugiebat Atticam nauem, in nauem ſociam, quæ erat virorum Calyndēſium, impegit, quáque rex Calyndēſium Damaſithymus vehebatur. Cum quo etſi huic iam inde quum eſſent in Helleſponto, contentio interceſſerat, tamē incertum an conſultò id fecerit, an fortuitò nauis Calyndenſium oblata fuerit. Eam Artemiſia vbi incurrit pariter ac demerſit, proſpero caſu vſa & duplex hinc ſibi bonum eſt adepta. nam trierarchus Atticæ nauis eā conſpicatus incurriſſe barbarorum virorum nauem, exiſtimans hanc Artemiſiæ nauem aut Græcā eſſe, aut è barbaris profugiſſe, & à Græcis pugnare, ab hac ad alias ſe conuertit. Ita ex hoc facto contigit Artemiſiæ tum vt exitium euitaret, tum vt è malo opere præcipuè ſe probatam apud Xerxem redderet. ſiquidem fertur, quum rex ſpectans animaduertiſſet hāc nauem alteri incurriſſe, quendam eorum qui aderant dixiſſe, Cernis Artemiſiam domine, vt bene præliatur, vtque nauem hoſtilem depreſſit? Et regem interrogaſſe nunquid verè id opus Artemiſiæ eſſet: & illos, vtpote qui planè noſſent inſigne nauis Artemiſianæ, ita rem habere adfirmaſſe, ratos eam nauē quæ corrupta eſſet, hoſtilē fuiſſe. ná præter cætera quæ mulieri (vt dictū eſt) proſperè ceſſerunt, hoc quoque acceſſit, quòd è naui Calyndenſi nemo ſeruatus eſt qui exiſteret accuſator. Vnde Xerxē ferunt ad ea quæ narrabātur dixiſſe, Viri quidē extiterunt mihi fœminæ, fœminæ autē, viri.

A χτ' μὲν δὴ τοὺς ἄλλους, οὐκ ἔχω μετιξετέρους εἶπαι ἀτρεκέως, ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο· χτ' δὲ Ἀρτεμισίῃ πάδε ἐγένετο, ἀπ' ὧν βὐδοκίμησε μᾶλλον ἔτι παρὰ βασιλῆι. ἐπεὶ γὰρ ἐς θόρυβον πολλὸν ἀπίκετο τὰ βασιλέος πρήγματα, ἐν τούτῳ τῷ χειρῶνι ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδιώκετο ὑπὸ νηὸς Ἀτθιχῆς. ἐοῦσα δὲ ἡ οὐκ ἔχουσα δκαφυγέειν, (ἔμπροσθεν γὰρ αὐτῆς ἔσαν ἄλλαι νῆες φίλιαι, ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα) ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι, ὃ καὶ συνέβη ποιῆσαι. διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀτθιχῆς, φέρουσα ἐνέβαλε νηὶ φιλίῃ, ἀνδρῶν τε Καλυνδέων, καὶ αὐτὸ ὄπι πλέοντος τοῦ Καλυνδέων βασιλέος Δαμασιθύμου. εἰ μὲν καί τι νεῖκος πρὸς αὐτὸν ἐκεκότεε ἔτι ἐὸν Ἑλλήσποντον ἐόντων, οὐ μέντοι ἔχω γε εἰπαι, οὔτε εἰ ὀκνήσασα αὐτὸ ἐποίησε, οὔτε εἰ συνεκύρησε ἡ τῶν Καλυνδέων χτ' τύχη πρόσπεσοῦσα νηῒ. ὡς δὲ ἐνέβαλέ τε καὶ κατέδυσε, B εὐτυχίῃ χρησαμένη, διπλᾶ ἐωϋτῇ ἀγαθὰ ἐργάσατο. ὅ,τε γὰρ τῆς Ἀτθιχῆς νηὸς τριήραρχος, ὡς εἶδέ μιν ἐμβάλλουσαν νηῒ ἀνδρῶν βαρβάρων, νομίσας τὴν νῆα τὴν Ἀρτεμισίης ἢ Ἑλληνίδα εἶ), ἢ αὐτομολέειν ἐκ τῶν βαρβάρων, καὶ ἀΐξαι ἀμείψας, ἀποστρέψας, πρὸς ἄλλας ἐτράπετο. τοῦτο μέν, τοιοῦτο αὐτῇ συνῆλθε γενέσθαι δκαφυγέειν τε καὶ μὴ ἀπολέσθαι· τοῦτο δὲ C συνέβη ὥστε κακὸν ἐργασαμένῃ, ἀπὸ τούτων αὐτῇ μάλιστα βὐδοκιμῆσαι παρὰ Ξέρξῃ. λέγεται γάρ, βασιλέα ἡνϑύμενον, μαθεῖν τὴν νῆα ἐμβαλοῦσαν, καὶ δή τινα εἶπαι τῶν παρεόντων, Δέσποτα, ὁρᾷς Ἀρτεμισίην ὡς εὖ ἀγωνίζεται, καὶ νῆα τῶν πολεμίων κατέδυσε; καὶ τὸν ἐπείρεσθαι εἰ ἀληθέως ὁ Ἀρτεμισίης ἔργον. καὶ ἐκεῖνον φάναι, σαφὲς δὲ ὑπίσημον τῆς νηὸς ἐπίστασθαι. τὴν δὲ δι' ἀφθαρείσας ἡπιστέατο εἶ) πολεμίην. τά τε γὰρ ἄλλα, ὡς εἴρηται, αὐτῇ συνῆλθε ἐς εὐτυχίην γενόμενα, καὶ τὸ τῶν ἐκ τῆς Καλυνδικῆς νηὸς μηδένα ἀποσωθέντα κατήγορον γενέσθαι. Ξέρξην δὲ εἶπαι λέγεται πρὸς τὰ φερόμενα, Οἱ μὲν ἄνδρες, γεγένηται μοι γυναῖκες· αἱ δὲ γυναῖκες, ἄνδρες.

310

B Persæ autem, vbi citato itinere ad traiectum peruenere, Hellespontum nauibus traiecere ad Abydum. non enim intentas iam rates inuenere, sed tempestate dissolutas. Ibi copiosiorẽ quàm in itinere commeatum adepti, nulla modestia sese reficientes, ac mutatis aquis, permulti interibant ex iis qui de exercitu superfuerant: cæteri cum Xerxe Sardis peruenere. Narratur autẽ

C & alia hæc res, Xerxem, posteaquam Athenis profectus est ad oram super Strymonem, illinc non amplius terra iter fecisse: sed exercitu Hydarni permisso, quẽ ad Hellespontum deduceret, ipsũ nauem Phœnissam conscendisse, vt in Asiam se reciperet: & dũ cursum tenet, à Strymonia ingenti vento fuisse exceptum: & eo vehementius tempestate vexatum quòd nauis referta vectoribus erat, vtpote quũ super contabulationes essent frequentes

D Persæ qui cum Xerxe vehebantur. Ibi metu perculsum regem cum clamore interrogasse gubernatorem num qua salus eis esset. Et quum ille respondisset, Here, nulla admodum est, nisi horum victorum aliqua fiat abitio: tunc Xerxem eo audito ita loquutum, Viri Persæ, nunc aliquis vestrũm declaret se curam habere regis. in vobis enim videtur sita esse salus mea. Hæc vbi

E dixit Xerxes, illos eo adorato desiliisse in mare: atque ita leuata naui, Xerxem incolumem in Asiam peruenisse. Et vbi primùm in terram egressus est, hoc egisse: gubernatorem, quòd regis quidem animam seruasset, aurea

corona donasse: quòd autem multos Persarum perdidisset, decollasse. Hic autem alter modus qui narratur reuersionis Xerxis, haudquaquam fidem apud me habet, cùm propter alia, tum propter obitum Persarum. [a] nã si id regi à gubernatore dictum est, tamé ex infinitis rationibus, vel ob hanc vnam, cui repugnari non potest, negarim hoc regẽ fuisse facturum: quin potius Persas iussurum è tabulatis in ventrem nauis descendere, vtpote qui primores Persarum essent: & remiges Phœnices, Persis numero pares, in mare deiecturũ. Sed is (vt dictum est superius) itinere pedestri cum reliquo exercitu in Asiam reuersus est. Cuius rei id quoque magno est testimonio, quòd constat, Xerxem, quũ rursus in Asiam reciperet se, Abdera peruenisse, [b] adhibuisséque conuiuio Abderitas, & acinace aureo eos [c] ac tiara auro intertexta donasse: & vt ipsi oppidani aiunt, illum, postquam ex Athenis retrò fugit (quod apud me nide caret) illic primùm zonam [d] resoluisse: adeo fuerat terrore correptus. Sunt autẽ Abdera magis ad Hellespontum sita quàm Strymon, atque littus ex quo nauem illum conscendisse ferunt.

Cæterùm Græci posteaquam Andrum expugnare nequeunt, conuersi in Carystum, vastato illorum agro rediere Salaminem. Ibi ante omnia diis primitias selegerunt cùm aliarum rerum, tũ Phœnissarum triremium tres: quarum vna reponeretur apud Isthmum (quæ ad meam vsque memoriam extabat) altera apud Sunium, tertia Aiaci illic apud Salaminem. Secundo loco prædam inter se dispartiere, ex qua primitias Delphos misere. Vnde statua effecta est longitudine cubitorum [e] decem, truncam nauis partem manu sustinens: eodẽ in loco stans vbi Alexander Macedo aureus. Missis Delphos primitiis, Græci publicè deum percõtati sunt nunquid perfectas & gratas primitias accepisset. Quibus ille respondit habere se quidẽ à Græcis aliis, verùm non ab AEginetis: sed reposcere donũ optimè nauatæ

a Nam si hæc ita Xerxi fuerunt à gubernatore dicta, ex decẽ millibus sententiam suam hac de re proferentibus haud vnus fuerit qui neget regem hoc facturũ fuisse: Persas iuss. *Ad Verbum, Ex decẽ millibus sententiarum, Vel opinionũ, Vnam mihi repugnantem non habeo. Ex quibus Verbi Videat lector an alium sensum elicere possit.*

b Et hospitii fœdus cum illis iniisse. *Vel, hospitij necessitudinem cũ illis contraxisse.*

c Ac triremi auro intertexta. *Vel (Vt alij) triremi snaurata. Certè intertexta improprè hic diceretur. At Valla pro περὶ legit pro περιῤῥεῖ.*

d Soluisse vt liberum omni metu.

e Duodecim

Α σταθῆναι χρυσέην τε φαίνη τὸν κυβερνήτεα· ὅτι δὲ Περσέων πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐτόν. οὕτω δὲ ἄλλως λέγεται ὁ λόγος περὶ τῆς Ξέρξεω νόσου, οὐδαμῇ ἐμοιγε πιστὸς, οὔτε ἄλλως, οὔτε τὸ Περσέων τῦτο πάθος. εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω ἐρρήθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ὁ μειρήσι γνώμησι μέλω οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλέα τοιόνδε· οὐ μὰ τὸν καταφράκτους, καταβιβάσαι ἐς κοίλην Β νῆα, ἐόντας Πέρσας, καὶ Περσέων τοὺς πρώτους· τῶν δ' ἐρετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν. ἀλλ' ὁ μὲν (ὡς καὶ πρότερόν εἴρηται) ὁδῷ χερσαίῃ ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ, ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐὼν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπιχάρμος ἐς Ἄβδηρα, καὶ ξεινίῃ τε σφι σωθέντι, καὶ δωρησάμενος αὐλοὺς ἀκινάκη τε χρυσέῳ καὶ τιήρεϊ χρυσοπάστῳ. καὶ, (ὡς αὐλοὶ λέγουσι Ἀβδηρεῖται, λέγοντες μέν μοι οὐδαμῇ ἐμοὶ πιστὰ) πρῶτον ἀλύσαντα τὴν ζώνην φθύγων ἐξ Ἀθηναίων ὀπίσω, ὡς ἂν ἀδείη ἐών· πρὸς τῇ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τι Ἄβδηρα ἵδρυται, ἢ τῷ Στρυμόνος, καὶ τῆς ἠιόνος. ὅθεν δή μιν φασὶ ἐπιβῆναι ὅτι τὴν νῆα. 318

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ἐξελεῖν τὴν Ἄνδρον, στρατώσαντες ἐς Κάρυστον, καὶ δηιώσαντες αὐτέων τὴν χώρην, D ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. πρῶτα μέν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια ἄλλά τε καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας· τὴν μέν, ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν· τὴν δὲ, ὅτι Σουνιήτην τὴν δὲ, τῷ Αἰακίδῃ αὖτις ἐς Σαλαμῖνα. μετὰ δὲ τοῦτο, διεδάσαντο τὴν λείην, καὶ τὰ ἀκροθίνια ἔπεμψαν ἐς Δελφούς· ἐκ τῶν ἐλήλυθε ἀνδριὰς ἔχων ἐπὶ τῇ χειρὶ ἀκρωτήριον νηός, ἐὼν μεγάθος δυώδεκα πηχέων· ἑστήκεε δὲ αὐτοῦ τῇπερ ὁ Μακεδὼν E Ἀλέξανδρος ὁ χρύσεος. πεμψάντων δὲ ἀκροθίνια τῶν Ἑλλήνων ἐς Δελφοὺς, ἐπηρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροθίνια. ὁ δὲ παρ' Ἑλλήνων μὲν τῶν ἄλλων ἔφησε ἔχειν, παρ' Αἰγινητέων δὲ, οὔ· ἀλλ' ἀπαιτέειν αὐτοὺς τὰ ἀριστεῖα τῆς

ὲν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Αἰγινῆται δὲ πυθόμενοι, αἰέθεσαν ἀστέρας χρυσέους, οἱ ὅπι ἐστὸ χαλκέου ἐόντες τρεῖς ὅπι τῆς γαυλίης, ἀστεπτότατοι τῶν Κρησσοῦ κρητήρος. μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς λείης ἔπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμόν, ἀριζήια δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γνώμης Ἑλλήνων αἰεὶ τὸν πόλεμον τόνδε. ὡς δὲ ἀπικόμενοι οἱ στρατηγοὶ διενέμοντο τὰς ψήφους ὅπι τῷ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες ἐκ πάντων, ἕκαστα πᾶς τις αὐτέων ἑωυτῷ ἐπέθετο τὴν ψῆφον, αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι. δεύτερα δέ, ἁ πολλοὶ σὺν ἐξεπίστιον Θεμιστοκλέα κρίνοντες. ἁ μὲν δὴ ἐμαντοῦτο· Θεμιστοκλέης δὲ δευτερείοισι μᾶλλον ἐστέφθη πολλόν. οὐ βουλομένων δὲ τούτων κρίνειν τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ, ἀλλ' ἀποπλωόντων ἑκάστων ἐς τὴν ἑωυτῶν ἀκρίτων, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐδόκεε τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἁπάντων τὴν Ἑλλάδα. ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμήθη τοῖσι τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ τοῦτο ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι· καί μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριζήια μὲν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος, Θεμιστοκλέι, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. ἐδωρήσαντο δὲ μιν ὄχῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαντι. αἰνέσαντες δὲ πολλά, προέπεμψαν αἰσθόμενοι τεσσεράκοντα Σπαρτιητέων λοχαγοὺς, οὗτοι οἵπερ ἱππεῖς καλέονται, μέχρι οὔρων τῶν Τεγεητικῶν. μοῦνον δὴ τόνδε τῶν πρώτων αἰνεσάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Σπαρτιῆται προέπεμψαν. ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἀθήνας, ἐνθαῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος, τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐών, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἀφανέων, φθόνῳ καταμπλέων, ἐνείκεε Θεμιστοκλέα, τιμὰ ἐς Λακεδαίμονα ἀπιξιν προφέρων, ὡς δι' ἐκεῖνον ἔχοι τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δέ, ἐπεί τε ἐνέκειτο καὶ οὐκ ἐπαύετο τοῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶπε,

ad Salaminem operæ in pugna nauali. Id quum audissent AEginetæ, aureas stellas tres dedicauerunt, quæ super malum nauis æreum stant apud angulum, proximè Crœsi craterem. Post dispartitam prædam Græci ad Isthmum nauigauerunt, daturi præcipuum præmium Græcorũ meritissimo, qui in hoc bello præclarissimè rem gessisset. Eò vbi peruentum est, duces Græci in aram Neptuni suam quisque sententiam scriptam detulere, quémnam ex omnibus primum & quem secundum iudicarent. In ea autem suum quisque nomen inscripsit, se illum qui præstantissimus extitisset existimans: sed in secundis partibus Themistocli adiudicandis plerique congruerunt. Ita quum singuli in primo loco singulos calculos haberent, in secundo Themistocles multo superior extitit. Et licet hanc rem Græci liuore quodam superfederint indicare, in suam quisque patriam reuecti, tamen Themistocles & habitus est & celebratus per vniuersam Græciã omnium Græcorum longè prudentissimus. Ipse tamen quia nõ fuisset honore affectus ab iis qui ad Salaminem dimicassent, vt honore afficeretur Lacedæmonem se contulit. Eum Lacedæmonii & splendidè exceperunt, & magnificè honorauerunt: & primas quidem partes rei bene gestæ, EVrybiadæ: solertiæ verò ac dexteritatis, Themistocli dederunt, vtrunque oleagina corona donantes: præterea hunc [a]biga quæ apud Spartã erat præstantissima: laudatúmque verbis amplissimis, trecenti ex primoribus Spartiatarũ, qui equites vocantur, discedentem ad Tegeaticos vsque fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus quos nouimus hominibus Spartiatæ abeuntem deduxerunt. Eidem, postquam ex Lacedæmone Athenas venit, ibi [b]Timodemus vnus ex inimicis eius, alioqui nõ è claris viris, liuore insaniens, crimini dabat itionem in Spartam: dicens illum Athenarum respectu, non sui, ab Lacedæmoniis honores assequutum. Et quum non faceret finem talia dicendi, inquit ei Themistocles,

a Curru omnid qui Spartæ erant præstantissimo. Vel, pulcherrimo.

b Timodemus Aphidnæus. Valla autẽ Ἀφιδναῖος omisit, aut potius nõ legit, quod certè suspectum etiam reddunt quæ sequuntur.

O homo, ita res habet, neque ego si Belbinitanus forem, sic à Spartanis honoratus fuissem: neque tu, etsi Atheniensis. Atque hæc hactenus.

Artabazus autem Pharnacis filius, vir inter Persas cùm antea illustris, tum ex rebus Platæensibus factus illustrior, regem deducebat iis sexaginta millibus quæ sibi Mardonius delegerat: quem vbi traiectu tenus comitatus est, quũ iam ille in Asia esset, regressus circa Pallenen agebat, vtpote Mardonio per Thessaliã Macedoniamque hybernante, nec alias copias obire curante. Nec è sua dignitate existimabat nõ diripere rebelles Potidæatas, in quos casu incidisset. Etenim Potidæatæ, postquam rex præteriit, & classis Persica à Salamine fugiens abiit è conspectu, à barbaris defecerant: mox aliis quoque qui Pallenen incolebant rebellantibus. Tunc verò Artabazus Potidæam obsedit: & suspicatus etiã Olynthios ab rege defecturos, & ipsos obsedit. Eam autem vrbem tenebant Bottiæi qui è sinu Thermæo fuerãt à Macedonibus ejecti. Hos Artabazus postquam obsidione cepit, in paludẽ deductos trucidauit, vrbémque administrandam Critobulo Toronæo tradidit, à genere Chalcidensi. Ita Chalcidenses Olynthũ obtinuere. Expugnata Olyntho Artabazus Potidææ obsidendæ impensius incumbebat. Hoc faciens, cum Timoxeno Scionæorum magistratu de faciẽda proditione transegit, incertum mihi quónam modo ab initio: neque enim traditur. ad extremum ita actum est: Quoties exaratum libellum aut Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum mittere volebat, eum sagittæ postremo inuoluebat, adaptatísque desuper pennis, ad locum de quo conuenerat sagittã emittebat. Sed Timoxenus qui Potidæam prodebat, proditionis compertus est. nam Artabazus ad conuentum locum sagittam dirigens, frustrante iactu humerum cuiusdam Potidæatæ percussit. Ad quem saucium turba

A ΟὟτω ἔχει τοι· οὔτ' ἂν ἐγὼ ἐὼν Βελβινίτης ἐπιμήθιων οὕτω τοὺς Σπαρτιήτεων, οὔτ' ἂν σὺ ὢν Ἀθηναῖος. Ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτον ἐλήλυθε.

Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ τοῦδε εἰὼν, ὃν δὲ τῶν Πλαταιϊκῶν καὶ μᾶλλον ἔτι ἐπιφανής, ἔχων ἐξ μυριάδας στρατοῦ ὃν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, τοῦτον ἐπεμπε βασιλέα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ, ὀπίσω παρὰ Θεσσαλίην,

B καὶ τὴν Παλλήνην ἐλήλυθε, ἅτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος τοῦ Θεσσαλίῃ τε καὶ Μακεδονίῃ, καὶ οὐδὲν κω κατεπείγοντος ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπεδον, οὐκ ἐδίκαιου συντυχὼν ἀπέχεσθαι Ποτιδαιήτησι μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαι σφέας. οἱ γὰρ Ποτιδαιῆται, ὡς βασιλεὺς παρεξελελάκεε, καὶ ὁ ναυτικὸς τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύγων ἐκ τῆς Σαλαμῖνος, ἐκ τοῦ 319.
φανεροῦ ἀπέστασαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων· ὡς

C δὲ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ τὴν Παλλήνην ἔχοντες. ἐνθαῦτα δὴ Ἀρτάβαζος ἐπολιόρκεε τὴν Ποτιδαίην. ὑποπτεύσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος, καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε. εἶχον δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι, οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐξαναστάντες ὑπὸ Μακεδόνων· ἐπεὶ δὲ σφέας εἷλε πολιορκέων, κατέσφαξε ἐξαγαγὼν ἐς λίμνην. τὴν δὲ πόλιν παραδιδοῖ Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν, καὶ τῶν Χαλκιδικῶν

D ἔθνεϊ. καὶ οὕτω Ὀλυνθον Χαλκιδέες ἔσχον. ἐξελὼν δὲ ταύτην ὁ Ἀρτάβαζος, τῇ Ποτιδαίῃ ἐπετεκμήρατο μάλιστα· τοῦ δὲ χρόνου δὲ οἱ τοῦτο ἐθύμωσε, ὅτι ἐπίθετο τοῦδε τοιῷδε· Τιμόξεινος ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγὸς ὑπέσχετο μὲν τοῦτον ἄρχειν, ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω εἰπεῖν· (οὐ γὰρ ὧν λέγεται) τέλος μέντοι, τοιάδε ἐγένετο· ὅκως βιβλίον γράψαιτο ὁ Τιμόξεινος ἐθέλων τοῦδε Ἀρτάβαζον πέμψαι, ὁ Ἀρτάβαζος τοῦδε Τιμόξεινον, ἐξθύματος παρὰ τὰς γλυφίδας περιλίξαντες, καὶ πτερώσαντες τὸ βιβλίον, ἐπέξθυον ἐς συγκείμενον χωρίον. ἐπαίσιος δὲ ἐγίνετο ὁ Τιμόξεινος τοῦδε τοιῷδε τὴν Ποτίδαιαν. ἐξθύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκείμενον, ἁμαρτὼν τοῦ χωρίου τούτου, βάλλει αὐδρὸς Ποτιδαιήτεω τὸν ὦμον. ὃς δὲ, βληθεὶς, τοῦ ἑστήκεε, τοῦ ὅμιλος,

ἂν σωπήσεται

(οἷα φιλέϊ γίνεσθαι ἐν πολέμῳ) οἱ αὐτίκα τὸ τόξωμα λαβόντες, ὡς ἔμαθον τὸ βιβλίον, ἔφερον ὅτι τοὺς στρατηγούς· πρῶτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων Παλληναίων συμμαχίη. τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ὅτι λεξαμένοισι τὸ βιβλίον, καὶ μαθοῦσι τὸν αἴτιον τῆς προδοσίης, ἔδοξε μὴ κατακτεῖναι Τιμόξενον προδοσίη, τῆς Σκιωναίων πόλιος εἵνεκα, μὴ νομίζοιατο εἶναι Σκιωναῖοι ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον αἰεὶ προδόται. ὁ μὲν δὴ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπαίσιος ἐγένετο. Ἀρταβάζῳ δὲ, ὅτε πολιορκέοντι ἐγένετο πρεῖς μῆνες, γίνεται ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, καὶ χρόνον ὅτι πολλόν. ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι τὸ γινόμενον, παρίεσαν ἐς τὴν Παλλήνην. ὡς δ' αἱ δύο μοῖραι διαδιαπρήσσουσι, ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι ἦσαν, ἃς διελθούσας χερσὶν ἔσω ἔδει ἐν τῇ Παλλήνῃ, ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, ὅση οὐδαμά κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις γινομένη. οἱ μὲν δὴ νέφ αὐτέων οὐκ ὑπισάμενοι διεφθείροντο, οἱ δὲ ὑπισαμένους Ποτιδαιῆται ὑπιπλώσαντες πλοίοισι ἀπώλεσαν. αἴτιον δὲ λέγουσι Ποτιδαιῆται τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος καὶ τοῦ Ποσειδέωνος πάθεος γενέσθαι τόδε, ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος ἐς τὸν νηὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἱσίεσαν οὗτοι τῶν Περσέων νέφ καὶ διέφθαρσαν ἔσω τῆς θαλάσσης. αἴτιον δὲ τοῦτο λέγοντες, οὐ λέγειν ἔμοιγε δοκέουσι. τοὺς δὲ περιγινομένους ἀπῆγε Ἀρτάβαζος ἐς Θεσσαλίην πρὸς Μαρδόνιον. οὗτοι μὲν οἱ πρέμψαντες βασιλῆα, οὕτω ἔπρηξαν.

Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω περιγινόμενος, ὡς προσέμιξε τῇ Ἀσίῃ, φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος, καὶ βασιλῆά τε καὶ τὸν στρατὸν ἐκ Χερσονήσου διεπόρθμευσε ἐς Ἄβυδον, ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. ἅμα δὲ ἦρι ἐπιλάμψαντος, πρὸς Σάμον συνελέγετο ἐς Σάμον. αἱ δὲ τῶν νεῶν καὶ ἐχειμέρισαν αὐτοῦ. Περσέων δὲ καὶ Μήδων οἱ πλοῦνες ἐπεβάτευον. στρατηγοὶ δὲ σφι ἐπῆλθον, Μαρδόντης τε ὁ Βαγαίου καὶ Ἀρταΰντης ὁ Ἀρταχαίου· συνῆρχε δὲ τούτοισι καὶ ἀδελφιδεὸς αὐτοῦ Ἀρταΰντεω προσαγορεύμενος ὁ Ἀμίτρης· ἅτε δὲ μεγάλως πεπληγότες, οὐ προΐεσαν αἰωτέρω τὰ πρὸς ἑσπέρης, οὐδ'

(vt adsolet in bello fieri) quum concurrisset, subitò reuulsa sagitta, animaduertens libellum, detulit ad magistratus. aderat autē & cæterorum Pallenensiū commilitium. Perlecto libello magistratus & cognito proditionis autore, non tamen censuerunt Timoxenum esse plectēdum, Scionææ ciuitatis gratia, ne in posterum semper Scionæi pro proditoribus haberentur. Atque hūc quidem in modum Timoxenus proditionis manifestus fuit. Artabazum verò tres iam menses obsidentem ingens æstus maris excepit, & is diutius: vnde barbari videntes locum factum lacunosū, in Pallenen concesserunt. quorum quum duæ partes permeassent eluuiem, tres aliæ supererant, quas vbi pertransissent, oportebat intrare Pallenen. sed eas tanta maris æstuatio inuasit quanta nunquam extiterat, vt indigenæ aiunt, quū ea frequēter illic accidat. Eorū qui nādi erant ignari, interiere: qui erant gnari, eos Potidæatæ nauigiis adorti trucidauere. Huius autem æstus ac restagnationis & cladis Persarum ferunt Potidæatæ hinc causam extitisse, quòd isti è Persis qui sunt à mari oppressi, in tēplum Neptuni & eius simulacrū quod situm est in suburbanis, impiè gesserant. Hanc fuisse causam illi videntur verè dicere. Eos autem qui superauere, Artabazus in Thessaliam ad Mardonium duxit. Et cum iis qui regē reduxerunt ita est actum.

Classiarius autem Xerxis exercitus qui superfuerat, vbi à Salamine fugiens attigit Asiam, rege cum aliis copiis è Chersoneso Abydum traducto, hyemauit apud Cumam. Idē primo statim vere Samum cōuenit, vbi nonnullæ naues hyemauerant. Eius classis plerique epibatæ erant ex Persis & Medis, ducésque superuenerant, Mardontes Bagæi, & Artayntes Artachæi filius, cuius patruelis Amitres ab eodem ascitus erat istorū collega. Hi vtpote magnopere percussi, nō audebāt occasum versus producere, ne

vnus quidem: sed apud Samum subsidentes Ioniam à rebellando prohibebant, trecentas naues cum Ioniis habentes. Neque expectabant fore vt Græci in Ioniã irent, sed vt sua tutari contenti essent: ducta ex hoc coniectura, quòd ipsos è Salamine fugientes non fuissent insequuti, sed libenter abscessissent. [a] Atque vt se victos mari, ita longè superiorem terra Mardonium futurum arbitrabantur. Qui dum apud Samum erant, simul consultabant si quid mali possent facere hostibus, simul subauscultabant quonam res Mardonii spectarent. At Græcos excitabat tũ veris aduentus, tum Mardonius in Thessalia agens. & eorum quidem exercitus pedestris nõdum cogebatur: naues autem in AEginam abierant numero centum ac decem, præfecto atque nauarcho Leutychide, qui fuit Menaris, qui fuit Agesilai, qui fuit Hippocratidæ, qui fuit Leutychidis, qui fuit Anaxilai, qui fuit Archidami, qui fuit Anaxãdridæ, qui fuit Theopompi, qui fuit Nicãdri, qui fuit Charili, qui fuit Eunomi, qui fuit Polydectis, qui fuit Prytanis, qui fuit EVryphontis, qui fuit Proclis, qui fuit Aristodemi, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli, qui fuit Herculis filius, ex altera ab regia familia. Hi omnes, præter duos qui primi post Leutychidem commemorati sunt, reges Spartæ fuerunt. Athenienſium autem, duce Xãthippo Ariphronis filio, hac omni classe AEginam profecta, adueniunt eò nuntii Ionum iidem qui nuper ierant ad orandos Lacedæmonios vt Ioniam liberarent, quorum vnus fuit Herodotus Basilidis filius. Hi, septem fuerant ab initio, qui coniuratione inter se facta de trucidãdo Stratte Chiorum tyranno, postea cõspiratione patefacta per vnum ex ipsis qui rem detulerat, cæteri qui sex erant, è Chio se subduxerunt, Spartámque se contulerũt, & tunc AEginam, oraturi Græcos vt in Ioniam nauigarent: ægréq; exbratos Delon vsque perduxêre. Nam vlteriora omnia

a De mari igitur animum abiecerant, sed longè superiorem, &c. ad Verbum, Circa mare igitur animo victi erãt. Vel, animis cecidérant. Id est, De rebus igitur mari gerendis spem abiecerant.

A ἐπεναύκαζε θαρσέας· ἀλλ' ἐν τῇ Σάμῳ κατήμενοι, ἐφύλασσον τὴν Ἰωνίην μὴ ἀποσχῇ, νέας ἐχοντες σὺν τῇσι Ἰδούσι τριηκοσίας. οὐ μὴν ἤλπιζόν γε τὸν Ἕλληνας προσελεύσεσθαι ἐς τὴν Ἰωνίην, ἀλλ' ἀποχρήσειν σφι τὴν ἑωυτῶν φυλάξαντι· σταθμεύμενοι ὅτι σφέας οὐκ ἐπεδίωξαν φεύγοντας ἐκ Σαλαμῖνος, ἀλλ' ἀσμενοι ἀπαλλάσσοντο. κατ' μὲν νυν τὴν θάλασσαν ἑωυτοὺς ἔσεσθαι τῶν θυμῷ, πεζὴ δὲ ἐδόκεον πολλῷ κρατήσειν

B Μαρδόνιον. ἐόντες δὲ ἐν Σάμῳ, ἅμα μὲν ἐβουλεύοντο εἴ τι δυνατὸν κακὸν τοῖς πολεμίοις ποιέειν, ἅμα δὲ καὶ ὑπακούειν οὐκ ἔμελλον τὰ Μαρδονίου κρήγματα. τὸν δὲ Ἕλληνας τό, τε ἔαρ ἐγίνετο πλέον ἤδη, καὶ Μαρδόνιος ἐν Θεσσαλίῃ ἐών. ὁ μὲν δὴ πεζὸς οὔπω συνελέγετο· ὁ δὲ ναυτικὸς ἀπίκετο ἐς Αἴγιναν, νῆες ἀριθμὸν δέκα καὶ ἑκατόν. στρατηγὸς δὲ καὶ ναύαρχος ἦν Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱπποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχίδεω, τοῦ Ἀναξίλεω, τοῦ

C Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου, τοῦ Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλεω, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Πρόκλεος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος· ἐὼν τῆς ἑτέρης οἰκίης τῶν βασιλέων. οὗτοι πρῶτοι, πλὴν τῶν δυῶν τῶν μετὰ Λευτυχίδεα πρότερον καταλελεγμένων, οἱ ἄλλοι, βασιλῆες ἐγένοντο Σπάρτης. Ἀθηναίων δὲ ἐστρατήγεε Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρων.

D ὡς δὲ προεγένοντο ἐς τὴν Αἴγιναν πᾶσαι αἱ νῆες, ἀπίκοντο Ἰώνων ἄγγελοι ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· οἱ καὶ ἐς τὴν Σπάρτην ὀλίγῳ πρότερον τούτων ἀπικόμενοι, ἐδέοντο Λακεδαιμονίων ἐλευθερωτὴν Ἰωνίην, τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ Βασιλείδεω ἦν· οἱ φασιόμενοι σφι γενόμενοι, ἐπεβούλευον θάνατον Στράτῃ τῷ Χίου τυράννῳ, ἐόντες ἀρχὴν ἑσταλ. ὑπιβουλεύοντες δὲ ὡς φανερὸν ἐγένοντο,

E ἐξευρεθέντος τὴν ὑπόθεσιν ἑνὸς τῶν μετεχόντων, οὕτω δὴ οἱ λοιποὶ ἓξ ἐόντες ὑπῆλθον ἐκ τῆς Χίου, καὶ ἐς Σπάρτην ἀπίκοντο, καὶ δὴ καὶ τότε ἐς τὴν Αἴγιναν, τῶν Ἑλλήνων διόμενοι καταπλώσαντες ἐς τὴν Ἰωνίην· οἱ προήγαγον αὐτοὺς μόνους μέχρι Δήλου. τὸ γὰρ πρόσω πρὸ

δεινὸν

δεινὸν ἰὼ τοῖσι Ἕλλησι, οὔτε τὴν χώρων ἐοῦσι ἐμπείροισι, στρατιῆς τε πολλὰ πλέα ἐδόκεε εἶναι. τὴν δὲ Σάμον ἠπίστατο δόξῃ καὶ Ἡρακλέας στήλας ἴσον ἀπέχειν. σεισθέντι δὲ τοιούτῳ, ὥστε τοὺς μὲν βαρβάρους ὑπὸ τοῦ ἑτέρης ἀνωτέρω Σάμου μὴ τολμᾶν καταπλώσαντας καταῤῥωδηκότας, τοὺς δὲ Ἕλληνας, χρηίζοντων Χίων ὑπὸ τοῦ τὴν ἐπὶ κατωτέρω Δήλου. οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσον σφέων. A

Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἔπλωον ἐς τὴν Δῆλον· Μαρδόνιος δὲ ὡς τὴν Θεσσαλίην ἐχείμαζε. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενος, ἔπεμπε κατὰ χρηστήρια ἄνδρα Εὐρωπαῖον γένος, οὔνομα δὲ Μῦν· ἐντειλάμενος πάντα χῆ μὲν χρησάμενον ἐλθεῖν, τὴν οἱά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι. ὅ,τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθεῖν τοὺς τῶν χρηστηρίων ταῦτα ἐπετέλεσε, οὐκ ἔχω φράσαι· (οὐ γὰρ δὴ λέγεται) δοκέω δ' ἔγωγε ὡς καὶ τὴν πρόσθεν τῶν πρηγμάτων, καὶ οὐκ ἄλλου τινὸς πέρι πέμψαι. οὗτος ὁ Μῦς ἐς τε Λεβάδειαν ἀπικόμενος φαίνεται, καὶ μισθῷ πείσας τὸν ὑπηρεῖον ἄνδρα, καταβὰς παρὰ Τροφώνιον. καὶ ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων ἀπικόμενος ἐπὶ τὸ χρηστήριον. καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας ὡς ἀπίκετο, τοῦτο μὲν, τὴν Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο. (ἔστι δὲ, καὶ κατὰ τὸν Ὀλυμπίη, ἱεροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι) τοῦτο δὲ, ξεινόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας, κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιάρεων. Θηβαίων δὲ τοῖσι ἔξεστι μαντεύεσθαι αὐτόθι ἀφ' τόδε· ἐκέλευε σφέας ὁ Ἀμφιάρεως ἀφ' χρηστηρίων ποιεύμενος, ὁκότερα βούλονται ἑλέσθαι τουτέων, ἐωυτῷ ἢ ἄτε μάντι χρέεσθαι, ἢ ἄτε συμμάχῳ, τῷ ἑτέρῳ ἀπεχομένους· οἱ δὲ σύμμαχόν μιν εἵλοντο εἶναι. ἀφ' τοῦτο μὲν οὐκ ἔξεστι Θηβαίων τοῖσι αὐτόθι καταχοιμηθῆναι. τότε δὲ γενόμενοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται ὑπὸ Θηβαίων. ἐλθεῖν ἄρα Εὐρωπαῖον Μῦν, ἐπιχωριάζοντα πάντα τὰ χρηστήρια, καὶ ἐς τοῦ Πτῴου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος· τοῦτο δὲ ἱρὸν, καλέεται μὲν Πτῷον, ἔστι δὲ Θηβαίων, κεῖται δὲ ὑπὸ τῆς Κωπαΐδος λίμνης, τοῖσι οὔρεϊ, ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος. ἐς τοῦτο δὲ ἱρὸν ἐπεί τε προσῆλθεν καλεόμενον τοῦτον Μῦν, B

Græcis formidolosa erant, cùm locorum ignaris, tum plena hostium esse, & tantundem abesse Samum, quantum Herculis columnas credētibus. Contigítque id rei vt neque barbari supra Samum occidentem versus nauigare auderent, metu perterriti: neque Græci Chiorum rogatu, orientem versus, vltra Delon. ita timor medium eorum tuebatur.

Dum Græci nauigauere in Delon, Mardonius qui in hyber nis apud Thessaliam erat, inde mouens misit ad oraculū quendam genere EVropeum, nomine Murem, iubens vt quantumcunque sibi liceret peruaderet ad oraculum consultandum: edocuítque quid vellet ab oraculis scire. Quid autem fuerit haud compertum habeo. non enim memoratur: opinor autē nihil aliud quàm de rebus præsētibus fuisse. Constat hunc Murem in Lebadiā venisse, & mercede corrupto quodā indigena Trophonium descēdisse, & ad Abas Phocensium, ad oraculum: quinetiam prius Thebas adisse. Ibíque tum Apollinem Ismenium consuluisse, quòd illic, quemadmodum in Olympia, fas est in templis scisscitari oracula: tum quodam non Thebano, sed peregrino pecunia corrupto, in delubro Amphiarai obdormisse. Ideo autem nemini Thebano licet eo in loco vaticinū esse, quòd quum Amphiaraus optionē eis dedisset vtrum mallent vate vti se an auxiliatore: Thebani sibi auxiliatorem eum maluerūt. eapropter nefas est vlli Thebano illic obdormiscere. Tunc autem maximum extitisse miraculum, vt à Thebanis mihi narratur: Murem EVropeum, peruestigatis omnibus oraculis, isse etiam ad fanum Apollinis Ptoi. vocatur autem id fanum ita: sed ipsorum Thebanorum est, situm supra paludē Copaidē, ante montem, proximè vrbem Acræphiā. Ad hoc templū postquam peruenisset is qui Mus appellaretur, C D E

ἐφύλασσον] ἐφύλαξαν

ἐγκαταχοιμηθῆναι.

ſequutos eum tres viros publicè delectos ad deſcribenda ea quæ homini reſpõderentur. & ſtatim antiſtité barbara lingua vſam: & qui eos ſubſequebãtur, ſtupuiſſe audiẽtes barbaram linguam pro Græca. Quúmque neſcirẽt quid in præſenti negotio agerẽt, Murem Europeum pugillares ab eis quos ferebant abſtuliſſe, & in illis ea quæ dicerentur à propheta exaraſſe, eáque, vt dicebant, lingua Caria: & vbi illa ſcripſiſſet, digreſſum in Theſſaliam abiiſſe. Ea Mardonius intelligens quid dicerent, nuntium dehinc Athenas mittit Alexãdrum Macedonem Amyntæ filium,[a] tũ quia in eũ propenſi erãt Perſæ, (quippe cuius ſororem Gygæã Amyntæ filiam in matrimonio habuerat Bubares vir Perſes, ex qua genuerat Amyntam in Aſia, aui materni ferentem nomẽ, cui ab rege Phrygiæ data erat incolenda vrbs Alabanda) tum quia audiebat hoſpitalem atque munificum eſſe virũ, Mardonius mittendum duxit: hac præcipuè ratione arbitratus ſe conciliaturũ ſibi Athenienſes, populũ & multum & ſtrenuum eſſe audiens, [b] & qui cladis Perſicæ in mari acceptæ præcipuus autor extitiſſet. Quibus ſibi conciliatis, ſpem concipiebat facilè potiundi maris, provt etiam contigiſſet. nam terreſtribus copiis longè ſibi ſuperior eſſe videbatur. Ita colligebat ſuas res fore ſuperiores rebus Græcorum. Cui fortaſſis oracula illa reddita ſuadebant vt Athenienſem ſibi ſociũ aſciſceret. His obtemperans, Alexandrum hunc mittebat ſeptimum à Perdicca, qui Macedonum tyrannidem obtinuit hũc in modum: Tres fratres à Temeno oriundi, Gauanes, Aëropus, Perdiccas, ex Argo in Illyricos profugerunt: & ex Illyriis tranſgreſſi ſuperiorem Macedoniã, peruenerunt ad vrbem Lebæam. vbi ſe ad mercenariam operam regi locauerunt, vnus quidem equis, alter verò bobus,

a Tum quòd affinitate cũ Perſis iunctus eſſet.

b Et quẽ cladis Perſicæ, in mari acceptæ præcipuum autorẽ extitiſſe credebat.

A ἕπεσθαί οἱ τῶν ἀστῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ἀπὸ τοῦ χοινοῦ, ὡς ἀποχραψομένους τὰ θωμάσειν ἔμελλε. καὶ τοῦτο τε τῷ τοιῷμαν- 321
τιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν· καὶ τοὺς μὲν ἑπομένους τῶν Θηβαίων ἐν θυμῷ ἔχεσθαι ἀκούοντας βαρβάρου γλώσσης αὐτὰ Ἑλλάδος· ὧδε ἔχειν, ὅ, τι χρήσοντα τῷ παρεόντι πρήγματι· τὸν δὲ Εὐρωπέα Μῦν, ἐξαρπάσαντα πρὸ αὐτέων τὰ ἐφέροντο δέλτον, τὰ λεχθέντα ὑπὸ τοῦ προφήτεω
B γράφειν ἐς αὐτά. (φάναι δὲ Καρὶς μὲν γλώσσῃ χρᾶν) συλλεγόμενον δὲ, οἱ ἐλθόντα ἀπίσσω ἐς Θεσσαλίην. Μαρδόνιος δὲ ἐπιλεξάμενος ὅ, τι δὴ ἐῶν λέγοντα τὰ χρηστήρια, μετὰ ταῦτα ἔπεμψε ἀγγελον ἐς Ἀθήνας Ἀλέξανδρον τὸν Ἀμύντεω, ἄνδρα Μακεδόνα· ἅμα μέν, ὅτι οἱ προξενίδες οἱ Πέρσαι ἦσαν. (Ἀλεξάνδρῳ γὰρ ἀδελφεὴ Γυγαίη, Ἀμύντεω δὲ θυγατέρα, Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε Ἀ-
C μύντης ὁ ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἔχων τὸ οὔνομα τοῦ μητροπάτορος· τῷ δὴ ἐκ βασιλῆος τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμεσθαι) ἅμα τε ὁ Μαρδόνιος πυθόμενος ὅτι πρόξενός τε εἴη καὶ εὐεργέτης ὁ Ἀλέξανδρος, ἔπεμπε. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους οὕτω ἐδόκεε μάλιστα προσκτήσεσθαι, λεών τε πολλὸν ἄρχειν ἀκούων εἶ καὶ ἄλκιμον· τά τε κατὰ θάλασσαν σὺν τύχῃ σφι παθήματα κατεργασαμένους μάλιστα Ἀθη-
D ναίους ἠπίστατο. τουτέων δὲ προσγενομένων, κατήλπιζε ὑπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν· τάδε γὰρ αὐτῷ καὶ ἐῶν. πεζῇ τε ἐδόκεε πολλῷ εἶναι χρέσσων· οὕτω τε ἐλογίζετο κατύπερθε οἱ τὰ πρήγματα ἔσεσθαι τῶν Ἑλληνικῶν. τάχα δ' ἂν καὶ τὰ χρηστήρια ταῦτά ⓐ προλέγει συμβουλεύοντα σύμμαχον ⓦ Ἀθηναῖον ποιέεσθαι· τοῖσι δὴ πειθόμενος ἔπεμπε. τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου τούτου ἕβδομος γενεὴ Περδίκ-
E κης ἐστί, ὁ κτησάμενος τῶν Μακεδόνων τὴν τυραννίδα τρόπῳ τοιῷδε. ἐξ Ἄργεος ἐφυγον ἐς Ἰλλυριοὺς τῶν Τημένου ἀπογόνων τρεῖς ἀδελφεοὶ, Γαυάνης τε καὶ Ἀέροπος καὶ Περδίκκης· ἐκ δὲ Ἰλλυριῶν ὑ-
περβαλόντες ἐς τὴν ἄνω Μακεδονίην, ἀπίκοντο ἐς Λεβαίην πόλιν. ἐνθαῦτα καὶ ἐθήτευον ὅτι μισθῷ παρὰ τῶν βασιλέι, ὁμὲν, ἵππους νέμων· ὁ δὲ, βοῖς· τῷ δὲ

» ὁ δὲ νεώτατος αὐτέων Περδίκκης, τὰ λεπτὰ τῶν πρεσβάτων. (ἔσαν γὰρ τὰ παλαιὰ καὶ αἱ τυραννίδες τῶν ἀνδρῶν ἀδυνατέες χρήμασι, καὶ μοῦνον ὁ δῆμος) ἡ γυνὴ τοῦ βασιλέος, αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε. ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ ἠπιώτου τοῦ Περδίκκεω, διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ. ἐπεὶ ὦν αἰεὶ τωὐτὸ τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε πρὸς τὸν ἄνδρα ἑωυτῆς. ὡς δὲ ἤκουσε, ἐπῆλθέ οἱ αὐτίκα ὡς εἴη τέρας, καὶ φέρει ἐς μέγα τι. καλέσας δὲ τοὺς ἥβας, τοῖσι μάντιες σφι ἀπαλλάσσεσκον ἐκ γῆς τῆς ἑωυτοῦ. ⓐ δὲ, τὸν μισθὸν ἔφασαν δίκαιον εἶναι ἀπολαβόντας, οὕτω ἐξιέναι. ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς, τοῦ μισθοῦ πέρι ἀκούσας, ἐγὼ γὰρ κού τι καὶ προσδοκέω ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος, εἶπε, θεοπροπέων ἠρώμενος, Μισθὸν δὲ ὑμῖν ἐγὼ ὑμέων ἄξιον τόνδε ἀπο-δίδωμι· δείξας τὸν ἥλιον. ὁ μὲν δὴ Γαυάνης τε καὶ ὁ Αἴροπος ⓐ πρεσβύτεροι ἔσαν, ἐκπεπληγμένοι, ὡς ἤκουσαν ταῦτα. ὁ δὲ παῖς, ἐτύγχανε γὰρ ἔχων μάχαιραν, εἶπας τάδε, Δεκόμεθα ὦ βασιλεῦ τὰ δίδοις, περιγράφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τοὔδαφος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον. περιγράψας δὲ, ἐς τὸν κόλπον ἧς ἀρυσάμενος ἐκ τοῦ ἡλίου, ἀπαλλάσσετο αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. ⓐ μὲν δὴ ἀπίεσαν. τῷ δὲ βασιλέι σημαίνει τις τῶν πρέσβεων οἷόν τι χρῆμα ποιήσειε ὁ παῖς, καὶ ὡς σφὶ νόῳ ἐκείνων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ δεδομένα. ὁ δὲ, ταῦτα ἀκούσας, καὶ ὀξυθυμήσας, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς ἱππέας ἀπολέοντας. ποταμὸς δὲ ἐστὶ τῇ χώρῃ ταύτῃ, τῷ θύουσι οἱ τουτέων τῶν ἀνδρῶν ἀπ' Ἄργεος ἀπόγονοι "σωτῆρια. οὗτος, ἐπεί τε διέβησαν οἱ Τημενίδαι, μέγας οὕτω ἐρρύη ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι διαβῆναι. οἱ δὲ, ἀπιχόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίης, οἴκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω· ἐν τοῖσι Φυτοῖσι αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμήν τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. ἐν τούτοισι ὁ Σιληνὸς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων. ὑπὲρ δὲ τῶν κήπων ὄρος κεῖται, Βέρμιον οὔνομα,

χρ τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐπῆλθε αὐτίκα χρ φέροι μέγα τι

χρ ἀπῆει.

minimus autem natu, minutis pecoribus pascendis. [a] Erant autem priscorum hominū tyrannides in re nummaria exiles, nō solùm populares facultates: adeo ipsi regi sua vxor coquebat cibaria. Hæc quum animaduertisset panem pueri Perdiccæ mercenarii, dum coqueretur, effici duplum quàm erat, idque semper contingere, indicauit marito. [b] Ille re audita, illico ingressus est vt ostentum cerneret, quónam modo quid maius excresceret: móxque accitis mercenariis, vt à sua domo discederent imperauit. Et quum isti dicerent, ita demum se abscedere iustum esse vbi mercedem accepissent: [c] tūc rex mercedē nominari audiens, Hunc, inquit (solem ostendens, in deum contumelioſus) dignā vobis mercedem reddo. Immeabat autem in ædes per fumariū sol. Hoc audientes maiores natu Gauanes & Aëropus, stetere attoniti. at puer, Accipim[d] rex quæ das, præloquutus, gladio (nam gladium gerebat) circumscripsit in pauimento domus solem: circumscriptúmque quum ter in sinum suum hausisset, abiit cum cæteris. [d] Quale autem esset id quod faciebat puer, & quòd data cum illorum assensu accipiebat minimus natu, renuntiauit quidam assessorum regi. Hoc audito, rex ira percitus equites ad eos interimendos mittit. Est autem in ea regione amnis cui tanquā liberatori immolant posteri illorū qui ab Argo erant: hic amnis, posteaquam eū Temenidæ trāsierant, ita vehemens effectus erat vt ab equitibus transiri nequierit. Temenidæ in aliam Macedoniæ plagam transgressi, habitarunt prope hortos qui ferebātur esse Midæ Gordio geniti, quibus in hortis sua sponte nascuntur rosæ sexagenûm foliorum, fragrātiori odore quā cæteræ: & in quib[o] (vt fertur à Macedonib[o]) Silenus fuit exceptus. Super eos situs est mons, nomine Bermius,

a Erant enim ōlim regna etiam in re nummaria exilia, non solùm populus. Regis autem vxor illis ipsamet farinam subigebat: sed dū coquebatur panis Perdiccæ pueri mercenarii, in duplam molem excrescebat. Quod quū semper contingeret, id marito indicauit. *Dicit autem τυραννίδες pro τύραννοι. perinde est enim ac si dixisset, Erāt enim olim ipsi quoque reges pecunia inopes. Quod Herodotus subiungit necus mirum videatur quòd rex ipse illos pascendis suis armentis & gregibus præfecerit. At Valla ex Enim facsens Autem, ita hoc interpretatur quod de regiū vxore narratur, quasi Herodotus hoc velut argumentum illius inopiæ afferat: ideóque particula adeo vtitur.*

b At illi, vt audiuit, statim hæc cogitatio animū subiit, *vel, illi in mentem venit*, factum illud, magnū aliquid portendere. ideóque accersitis mercenar. *Ad Verbum, Portentū esse [hāc rem] & ad magnum aliquid spectare. Vel, tendere. At Valla errorem inceptum ab ἐπῆλθε, prosequutus est in φέροι.*

c Tunc rex, vbi mercedis mētionem fieri audiuit, sole tūc fortè per fumarium, *sine ea minum* domū ingrediente, dixit furore correptus, At ego hanc mercedem vobis dignam rependo. ostēdebat autem solem. *Vel, At ego vobis hāc mercedem per solem. id est, in mercedem.*

Vel, pro mercede, vt μισθὸν dicatur per appositionem. Videtur autem voluisse significare illos debere abunde magna mercedi loco ducere quòd saltem illos à se dimitteret. d At regi quidam ex eius assessoribus, quod egerat puer, & quòd ille quum omnium natu minimus esset, quæ sibi data erant accepisset, id certo consilio factum esse, renuntiauit. *Nam σὺν νόῳ (rarissimum alioqui loquendi genus) hoc videtur significare. q.d. Gallicè, Et qu'il ne fasoit cela sans y auoir bien pensé.*

per hyemem inaccessus. Hinc egressi postquam eam plagã obtinuerunt Temenidæ, cæteram Macedoniam subegerunt. Ab hoc autem Perdicca hũc in modum Alexander oriundus est: Amyntæ filius fuit Alexander, Amyntas Alcetæ, pater Alcetæ fuit Aëropus, Aëropi Philippus, Philippi [a] Argæus, huius Perdiccas, qui parauit imperiũ. Ita Amyntæ fuit Alexander filius: qui vbi Athenas venit à Mardonio missus, ita verba fecit, Viri Athenienses, Mardonius hæc inquit, Nũtius mihi ab rege venit in hæc verba, Atheniẽsibus iniurias quas mihi intulerunt omnes remitto. nunc autem Mardoni ita facito: Suam eis regionẽ reddito: præterea aliam pro suo arbitratu eligant, suáque libertate potiantur. Quinetiam eorum tépla, si mecum fœdus inire volent, omnia quæ ego incendi, restituito. Hic nuntius quũ mihi allatus sit, necesse habeo ista exequi, nisi per vos steterit. Ego verò hæc vobis duco dicẽda, Quid insanitis, bellum regi inferentes, cui nec vnquam præstare, nec semper obstare poteritis? Nostis enim Xerxis & copias & facta: auditis quoque nunc de exercitu qui mecũ est: [b] quem si superaueritis atque viceritis, nulla vobis (si sapitis) spes erit, quum alius multo maior exercitus sit adfuturus. Nolite igitur, æquiparando vos regi, priuari solo vestro, [c] & pro vobis ipsis assiduè discurrere. imò potius his molestiis vos explicate, quum adsit vobis pulcherrima explicandi facultas, quòd ab rege prouocati vt societatẽ belli nobiscum ineatis citra dolum & fraudem, liberati eritis. Hæc me iussit Atheniẽses apud vos Mardonius dicere. Ego verò de mea in vos beneuolentia nihil commemorabo. neque enim nunc primùm eã cognouistis. Obsecro autem vt Mardonio morẽ geratis, quos animaduerto non semper validos fore ad gerẽdum cum Xerxe bellum: quales si animaduerterẽ esse, nequaquã huc cũ his mandatis venissẽ. Quippe regis vires supra humanas sunt,

a Argæus,

b Quo si potentiores extiteritis, eúmque viceritis (quod nequaquã sperandum, si sapitis)

c Et semper de vita vestra periclitari. Vos igitur potius in gratiã *cum rege* redite, quum reconciliationis pulcherrima se vobis offerat occasio, regẽ ad hanc propensum habentibus. Inita nobiscũ citra dolum & fraudẽ societate belli, liberi estote.

A ἄλλον ἀπὸ χειμῶνος. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενοι, ὡς ταῦτα ἔσχον, κατεσφέροντο τὴν ἄλλην Μακεδονίην. ἀπὸ τούτου δὴ τοῦ Περδίκκεω Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε. Ἀμύντεω παῖς ἦν Ἀλέξανδρος· Ἀμύντης δὲ, Ἀλκέτεω· Ἀλκέτεω δὲ πατὴρ ἦν Ἀέροπος. τοῦ δὲ, Φίλιππος· Φιλίππου δ', Ἀράβαος· τοῦ δὲ, Περδίκκης, ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχήν. ἐγεγόνεε μὲν δὴ ὧδε Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω. ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἀθηναίους παρὰ ἦν πεμφθεὶς ὑπὸ Μαρδονίου, ἔλεγε τάδε, B Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Μαρδόνιος τάδε λέγει, Ἐμοὶ ἀγγελίην ἧκε τῶνδε βασιλεὺς, λέγουσα οὕτω, Ἀθηναίοισι τὰς ἁμαρτάδας τὰς ἐξ ἐκείνων ἐς ἐμὲ γενομένας πάσας μετίημι. νῦν τε ὧδε Μαρδόνιε ποίεε. τοῦτο μὲν, τὴν χώρην σφι ἀπόδος· τοῦτο δὲ, ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἐλέσθων αὐτοὶ ἥντινα ἂν ἐθέλωσι, ἔοντες αὐτόνομοι. ἱρά τε πρήσσε σφι (ἢν δὴ βούλωνταί γε ἐμοὶ ὁμολογέειν) αὐόρθωσον, ὅσα ἐγὼ C συνέφρησα. τουτέων δὲ ἀπιγμένων, αἰσχρὸς ἔσχει μοι ποιέειν ταῦτα, ἢν μὴ ὑμέτερον αἴτιον γένηται. λέγω δ' ὑμῖν τάδε, Νῦν τί μαίνεσθε πόλεμον βασιλέϊ ἀνταφερόμενοι; οὔτε γὰρ ἂν ὑπερβάλοισθε, οὔτε οἷοί τε ἐστὲ ἀντέχειν τὸν πρώτα χρόνον. εἴδετε μὲν δὴ τῆς Ξέρξεω στρατηλασίης τὸ πλῆθος, καὶ τὰ ἔργα· πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὸν νῦν ἐπόμενον· τοσοῦτο μοι δοκέει ἔμπεδον εἶναι δύναμις. ὥστε καὶ ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε, καὶ νικήσητε, (τῷ γὰρ ὑμῖν εὐδεμία D ἐλπὶς, εἴγε δὴ φρονέοιτε) ἄλλη παρέσται πολλαπλησίη. μὴ ὦν βουλεύεσθε ἀεισυμβουλεύειν βασιλεῖ, στέρεσθαι μὲν τῆς χώρης, δέξαι δὲ αἰεὶ τοὺς ὑμέων αὐτῶν· ἀλλὰ καταλλάσσεσθε. πρέπει δὲ ὑμῖν καλλίστη καταλύσασθαι, βασιλέος ταύτην ὥρμημένου· ἐστὲ ἐλεύθεροι, ἡμῖν ὁμηχανίῃ σὺν θεῷ γενόμενοι αὐθί τε δόλου καὶ ἀπάτης. Μαρδόνιος μὲν ταῦτα ὦ Ἀθηναῖοι ἐπετείλατό μοι εἰπεῖν πρὸς ὑμέας. ἐγὼ δὲ τοῦ μὲν δυνοίης τῆς πρὸς ὑμέας ἐόντος ἐμοῦ, οὐδὲν λέξω. οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐπύθεσθε. προσχήζω δ' ὑμέων πείθεσθαι Μαρδονίῳ. ἐπορέω γὰρ ὑμῖν οὐκ οἷοίσι τε ἐσομένοισι τὸν πρώτα χρόνον πολεμέειν Ξέρξῃ. εἰ γὰρ ἐπῴρων ἔτι ἐπὶ ὑμῖν, οὐκ ἂν κοτε ἐς ὑμέας ἦλθον, ἔχων λόγους τοιούσδε. καὶ γὰρ δυνάμιος ὑπερφερέοντος ἡ βασιλῆος ἐστὶ

» καὶ χεὶρ ὑποβρύχιος. ἐὰν οὖν μὴ αὐτίκα ὁ- A & manus prælonga. [a] Quòd nisi properè assétiamini magna pollicétibus, quippe ex æquo fœdus facere volétibus, timeo vestram vicem, qui ex omnibus sociis & maximè in via habitatis, & soli semper præcipuam cladem accipitis, possidentes terram inter diuersas acies positam. [b] Itaque inducite hoc in animum quod magnopere est è vestra dignitate, quũ rex magnus vobis Græcorum solis iniurias remittens, cupiat effici amicus. Hæc Alexãder. Quem Athenas ire ad inducendos in barbari societatem Athenienses quum audissent Lacedæmonii, id ne fieret vehemẽter extimuerunt, reminiscentes oraculorũ, fatale esse vt ipsi cum cæteris Doriẽsibus è Peloponneso eiicerentur à Medis pariter & Athenien sibus. ideóque sine mora mittendos illuc censuere legatos. Et sanè contigit vt concioni adessent Lacedæmonii. extraxerant enim Athenienses tempus, probè scientes fore vt Lacedæmonii audirent venire à barbaro nuntium ad societatem contrahendam. quare de industria id fecere ad declarandam Lacedæmoniis sententiam suam. Vbi dicendi finem fecit Alexander, excipientes nũtii Spartanorum, ita loquuti sunt, Nos verò miserè Lacedæmonii oratum vos ne quid noui in Græciã agatis, neque verba quæ adferuntur à barbaro admittatis: quòd id neque iustũ sit vllo modo, neque decorum cùm aliis Græcis, tum præcipuè vobis: ídque multis de causis. Vos enim hoc bellum excitastis etiam nobis inuitis, & propter imperium vestrum est decertatum: quod certamen nunc in vniuersam Græciam emanauit: [c] cuius totius vos præcipui authores fuistis, & Græcis causa seruitutis, res nullo pacto tolerãda. quum præsertim constet Athenienses semper & iam inde à priscis temporibus vindicasse permultos homines in libertatem. Et tristem quidem conditionem vestram dolemus, quòd iam bis proventu frugum fraudati estis, & iam domibus quæ dirutæ sunt caretis. quo nomine Lacedæmonii

a Nisi igitur statim cum illis paciscamini, luculentas conditiones vobis proponentibus, quibus pacisci volunt.

b Enimuero moretem gerite. magni enim vestra refert, regem magnum vobis solis Græcorum iniurias condonare, & amicitiam vobiscum inire velle.

c Adde quòd Athenienses, quorum omnium autores extiterũt, primos ex Græcis iugum seruitutis subire, res est profectò intoleranda. quum præsertim vos constet semper & iam inde à prisc. Gr legatum ἠχῆς δουλοσύνης.

» μολογήσητε, μεγάλας προτεινόντων ὅτ' οἵ- » σι ὁμολογέειν ἐθέλουσι, δείμαίνω ὑμέων ὑ- » μέων, ἐν πείσῳ τε μάλιστα οἰκημένων τῶν » συμμάχων πάντων, αἰεί τε φθειρομένων » μοιρίων, ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν » ἐκτημένων. ἀλλὰ πείθεσθε. πολλοῦ γὰρ ὑ- » μῖν ἄξια ταῦτα, εἰ βασιλεύς γε ὁ μέγας » μοιρίσιοι ὑμῖν Ἑλλήνων τὰ ἁμαρτάδας ἀ- » πιεὶς, ἐθέλῃ φίλος γενέσθαι. Ἀλέξαν- δρος μὲν ταῦτα ἔλεξε. Λακεδαιμόνιοι δὲ, B πυθόμενοι ἥκειν Ἀλέξανδρον ἐς Ἀθήνας, ἐς ὁμολογίην ἄξοντα τῷ βαρβάρῳ Ἀθηναίους, ἀναμνησθέντες τῶν λογίων, ὡς σφέας χρεὼν ἐστὶ ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Δωριεῦσι ἐκ- πεσεῖν ἐκ Πελοποννήσου ὑπὸ Μήδων τε καὶ Ἀθηναίων, κάρτα τε ἔδεισαν μὴ ὁμο- λογήσωσι τῷ Πέρσῃ Ἀθηναῖοι, αὐτίκα τέ σφι ἔδοξε πέμπειν ἀγγέλους. καὶ δὴ σπεύ- σαντες ὥστε ὁμοῦ σφέων γενέσθαι τὴν κα- τάστασιν. ἐπῳχέμεινάν γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι δρῶ- σαντες, εὖ ἐπιστάμενοι ὅτι ἔμελλον Λα- κεδαιμόνιοι πύθεσθαι ἥκοντα τοῦδε τοῦ βαρβάρου ἄγγελον ὅτι ὁμολογίην πυθό- μενοί τε, πέμψειν καὶ πάχος ἀγγέλους. ὅπως ὦν ἐποίουν, ἐνδεικνύμενοι τοῖσι Λα- κεδαιμονίοισι τὴν ἑωυτῶν γνώμην. ὡς δὲ ἐπαύσατο λέγων Ἀλέξανδρος, Μαρδονίου- » μενοι ἔλεγον οἱ ἀπὸ Σπάρτης ἄγγελοι, Ἡ- » μέας δὲ ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι δεησομέ- » νους ὑμέων, μήτε νεώτερον ποιέειν μηδὲν καὶ D » τὴν Ἑλλάδα, μήτε λόγοις ἐνδέκεσθαι πα- » ρὰ τοῦ βαρβάρου. οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδαμῶς, » οὔτε κόσμον φέρον οὔτέ γε ἄλλοισι Ἑλλήνων » οὐδαμοῖσι, ὑμῖν δὲ δὴ καὶ μᾶλλον πάντων ἥκιστα, » πολλῶν εἵνεκα. ἐγείρατε γὰρ τόνδε τὸν πόλε- 323 » μον ὑμεῖς, οὐδὲν ἡμέων βουλομένων, καὶ πρὸ » ὑμετέρας δοχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο· νικῶν δ' φέρῃ » ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. δικαίως τε, ὑμεῖς ἀ- » πάντων αἰτίοι γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλ » λησι Ἀθηναίοις, οὐδαμῶς ἀναγκαίην οὖσαν E » αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθε- » ρώσαντες ἀνθρώπων. πιεζομένοισι μὲν τοῖσι » ὑμῖν σπουδὰς ἐθέμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν ἐστέρησθε » δίξων ἤδη, καὶ ὅτι οἰκοφθορήσετε χρόνον ἤδη » πολλόν. αὖτις δὲ ὑμῖν Λακεδαιμόνιοί τε

vobis ac cæteri ſocii ſpondent ſe vxores veſtras & omnia ad bellū inutilia [a] proximè domeſticos ſuos, quoad bellum hoc ſteterit, alituros. Neque verò vos Alexāder Macedo ſeducat, [b] commendans Mardonii orationem. facit enim quod ſibi faciendum eſt: quippe qui tyrannus tyranno operam præſtat. Sed nō idem veſtra facere intereſt, ſi rectè ſapitis, qui ſcitis nihil barbaris eſſe neque fidum neque verum. Hæc quum nuntii dixiſſent, Atheniēſes Alexandro ita reſponderunt, Et ipſi cognitum habemus hoc, vires Medorum etiam atque etiā maiores eſſe quàm noſtras, vt id [c] nihil interſit exprobrare nobis: attamen in tutanda libertate eatenus reſiſtemus quatenus valebimus. Vt autem ſocietatem cū barbaro contrahamus, neque tu perſuadere tētes, neque nos, ſi tu tentaueris, perſuadebimur. [d] Tu verò renuntia Mardonio Atheniēſes dicere, quoad ſol eodem itinere meabit quo nunc meāt, eouſque ſe nunquam cum Xerxe ſocietatem inituros, ſed ſe protegendo propulſaturos eum, fretos ope deorum atque heroum, quorum ille, nihil penſi habens, & templa & ſimulacra incendit. [e] Tu quoque poſthac cum iſtiuſmodi oratione ne committas vt Athenis videaris, néve per ſpeciē emolumentorum infanda nos facere ſuadeas. nolumus enim te ingratum quippiam ab Atheniēſibus pati, quibus & hoſpes & amicus es. Hæc Alexandro reſpōderunt. nuntiis autem Spartiatarum iſta, [f] Lacedæmonios vereri ne fœdus ineamus cum barbaro, ſanè humanū eſt; neque hoc verētes eos turpe eſt veniſſe, quibus mens Athenienſium inexplorata eſſet: quoniā neque tantū auri vſquā gentium eſt, neque regio vlla ſpecie & bonitate præſtans, quam nos accipientes, vt cum Medis ſentiremus, ad tradēdam ſeruituti Græciā inducerēmur. Quod ne faciamus, etſi velimus, multa & magna nos debortantur: primū atque idem maximū, quòd deorū ædes effigieſque incēſæ pariter & obrutæ ſūt, quas

a Ad rem domeſticā pertinentia.

b Poliens. *ideſt, exornans.*

c Nihil opus ſit.

d Atque adeo nunc renuntia Mard.

e Tu quoque ne poſthac in conſpectū Athenienſium venias oratiōnē huiuſmodi adferens: neque, dum in nos officioſus eſſe videris, *vel bene de nobis mereri*, ad cōmittenda nefaria nos hortare.

f Veritos quidē eſſe Lacedæmonios ne cum barbaro fœdus iniremus, humanum fuit: ſed tamen turpe eſſe videtur, vos qui ſciretis qua ſint animi magnitudine præditi Atheniēſes, eo metu correptos fuiſſe. quoniam neque tantum, &c. *Vt ſit ſenſus, illum quidem timorem, humanum fuiſſe, id eſt, à diffidentia quadam naturæ hominum ingenita profectum eſſe: non debuiſſe tamē illum in illis reperire locum illam diffidentiam apud illos qui Atheniēſium magnitudinē animos perfectam haberent. Simplicior tamen eſſet ſenſus, & ad verba ſita quæ ſequūtur, accommodatior, ei μὴ θέμιν ἐστὶ τυγχάνειν ἐπισταμένοισι, ſi aliquis cum ὀπισάμενοι iungi poſſet, eo modo quo dicitur κακῶς ὀπίσω ἰδεῖν & κακῶς εἰδέναι, pro οὐκ ἐπίστασθαι. Sed & φρόνημα ſimpliciter pro propoſito ſuo mēte poſſimus etiam fortaſſe accipere, cum Valla.*

A καὶ οἱ σύμμαχοι ἐπαγγέλλονται γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετέων ἐχόμενα πρώτα ὅτι θρέψειν ἔστ' αὐ ὁ πόλεμος ὅδε συνεχήκη. μηδὲ ὑμέας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀναγνώσῃ, λείπων τὸν Μαρδονίου λόγον. τοῦτο μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα ἐστί· (τύραννος γὰρ ἐὼν, τυράννῳ συγκαπηργάζεται) ὑμῖν δὲ οὐ ποιητέα, εἴπερ εὖ τυγχάνετε φρονέοντες, ἐπισταμένοισι, ὡς βαρβάροισί ἐστι οὔτε πιστὸν, οὔτε ἀληθὲς οὐδέν. ταῦτα B ἔλεξαν οἱ ἄγγελοι. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίναντο τάδε, Καὶ αὐτοὶ τοῦτό γε ἐπισάμεθα, ὅτι πολλαπλησίη ἐστὶ τῷ Μήδῳ δυνάμις ἢπερ ἡμῖν· ὥστε οὐδὲν δεῖ τοῦτό γε ὀνειδίζειν. ἀλλ' ὅμως ἐλευθερίην ἀσπασόμενοι, ἀμυνεύμεθα οὕτω ὅκως αὐ δυνώμεθα. ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας πειρῶ ἀναπείθειν, οὔτε ἡμέες πεισόμεθα. νεῦ τε ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τὴν περ καὶ νεῦ ἔρχεται, μήκοτε C ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ. ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοι μὲν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι, τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίλλω ὄπιν ἔχων, ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. σύ τε τὸν λοιπὸν λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ὄπτι φαίνεο Ἀθηναίοισι· μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν, ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε. οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἀχάριν πρὸς Ἀθηναίων παθεῖν, ἐόντα πρὸς ξεῖνόν τε καὶ φίλον. πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον D ταῦτα ὑπεκρίναντο· πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ἀγγέλους, τάδε, Τὸ μὲν δεῖσαι Λακεδαιμονίους μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ βαρβάρῳ, κέρτα αἰδεσσιμίην ἐῶ. ἀτὰρ αἰσχρὸς γε οἰκατε δεδιότες δ' Ἀθηναίων φθόνημα ἀρρωδῆσαι· ὅτι οὔτε χρυσός ἐστι γῆς οὐδαμόθι τοσοῦτος, οὔτε χώρη κάλλει καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι, ἐθέλομεν αὐ μηδίσαντες, καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. πολλά τε γὰρ καὶ μεγάλα ἐστὶ τὰ ἀναγκαίουντα ταῦτα μὴ ποιέειν, μηδ' ἐθέλειν ἐθέλομεν. πρῶτα μὲν καὶ μέγιστα, τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα ἐμπεπρησμένα τε καὶ συγκεχωσμένα, τοῖσι

ἐλευθερίην Γλιχόμενοι,

» ἡμέας αἰσχύνης ἔχει πλεῖον ἐς τὰ μέγι- A
» στα μᾶλλον ἢ σὺν ἐκείνοισι τῶν τοῦτα ἐργα-
» σαμένων. αὖτις δὲ, ὃ Ἑλληνικὸν ὁμαιμόν τε
» καὶ ὁμόγλωσσον, καὶ θεῶν ἱδρύματά τε κοι-
» νὰ καὶ θυσίαι, ἤθεά τε ὁμόδοπα. οἷσι καὶ
» προδόντας γενέσθαι Ἀθηναίους οὐκ ἂν δῦ
» ἔχοι· βουλεύσασθέ τε οὕτω, εἰ μὴ πρότερον ἐ-
» τυγχάνετε βουλεύμενοι. ἔστι δ' αὖ καὶ εἰς πε-
» ρὴν Ἀθηναίων, μηδαμᾶ ὁμολογήσοντας ἡ-
» μέας Ξέρξῃ. ὑμέων μέντοι ἀγάμεθα τὴν
» προθυμίην, τὴν πρὸς ἡμέας ἐοῦσαν, ὅτι B
» προείδετε ἡμέων οἰκηΦθορημένων οὕτω,
» ὥστε βουλὴν ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας.
» καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἀνταπλήρωται· ἡμέες
» μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω ὅκως ἂν ἔχωμεν,
» οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας. νῦν δὲ ὡς οὕτω ἐ-
» χόντων, σπουδὴν ὡς τάχιστα ἀπέμπετε.
» ὡς γὰρ ἡμεῖς εἰκάζομεν, οὐκ ἐκὰς χρόνου
» παρέσται ὁ βάρβαρος ἐσβαλὼν ἐς τὴν ἡμε-
» τέρην· ἀλλ' ἐπεὰν τάχιστα πύθηται τὴν
» ἀγγελίην ὅτι οὐδὲν ποιήσομεν τῶν ἐκεῖνος ἡ- C
» μέων προσεδέετο. πρὶν ὧν παρῆναι ἐκεῖνον ἐς
» τὴν Ἀττικὴν, ἡμέας χρεὼν ἐστὶ βοηθῆ-
» σαι ἐς τὴν Βοιωτίην.

nos in primis vltum ire neceſſe eſt potius quàm cum iis fœderari qui iſta fecerunt: deinde, quum ſimus Græci eiuſdem & ſanguinis & linguæ, quorum & ſana & ſacrificia communia ſũt, & mores adſimiles, eorum proditores fieri Athenienſes, nõ bene haberet, [a] Ex quo, ſi antea neſciebatis, nunc ita accipiatis, dũ vel vnus Athenienſium ſupererit, nunquam nos conuenturos eſſe cum Xerxe. Veſtram autem erga nos prouidentiam, [b] quòd conſulatis nobis domo carentibus ita vt domeſticos noſtros alere velitis, gratam habemus: [c] & licet beneficium veſtrum cumulatum ſit, nos tamen ita illud tolerabimus vt nihil vobis moleſtiæ adferamus. Quod quum ita ſit, copias primo quoque tempore emittendas curate. nam (vt nos coniectamus) non diu differet barbarus ingredi regionẽ noſtram: ſed ſimulatque acceperit nuntium nos nihil eorum eſſe facturos quæ orauit, aderit. qui antequam adſit in Attica, tẽpus eſt nos in Bœotiam auxilio ire.

a Atque adeo hoc ſcitote ſi antea neſciuiſſetis.

b Quòd ita nobis proſpiciatis quorum euerſæ ſunt fortunæ, vt alere domeſt. noſtros velitis.

c Ac vos quidẽ beneuolentiæ officio plenè iam defuncti eſtis: nos verò quibus poterimus modis nos ſuſtentare pergemus, nihil vobis faceſſendo negotii. *Negant enim ſe velle vti beneficio illo quod offerunt Lacedæmonij, cuius tamen gratiam illi habeant non minus quàm ſi vterentur. Ideóque χάρις ἀνταπλήρωται referendum eſt ad id quod obtulerunt Lacedæmonij, quamuis non præſtiterint. q. d. Iam nos vobis abundè obſtrinxiſtis, quum hoc beneficium in nos conferre paratos eſſe vos dixiſtis.*

HERODOTI Halicarnassei historiarum liber nonus, qui inscribitur CALLIOPE.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ Ἁλικαρνασσέως ἱστορίων ἐννάτη, ἐπιγραφομένη ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

formidine ſententiam dicere ignauiſſimã, expedire ex his caſtris nos in vrbem Thebanorũ concedere obſidendos.[a] quam ſententiã rex antea aliũde quàm ex me audiet. Sed de hoc aliâs dicetur. Nunc autem iſtis ita facientibus non eſt remittendum, ſed inſtandum, donec intercepti nobis dent pœnas eorũ quæ in Perſas perpetrarunt. Hæc loquutus, Perſas Aſopo trãſmiſſo curſim ducit contra Græcorum agminẽ, táquam fugam capeſſentium: Lacedæmonióſque ſolos ac Tegeatas adeptus eſt. nam Athenienſes tranſuerſis tramitibus ſubter prærupta in planum digreſſos non cernebat. Cæteri autem barbarorum agminũ præfecti Perſas mouentes ad Græcos inſequendos conſpicati, ſublatis & ipſi ſignis cuncti inſequuntur, pro ſe quiſque maturãtes,[b] nulla diligentia, nullo ordine viam ingreſſi. Et iſti quidem cum vociferatione ac tumultu inſtabant Græcis, tanquam excepturi. Pauſanias autem, vbi equitatu premi cœpit, equitem ad Athenienſes mittit, qui hæc diceret, Viri Athenienſes, propoſita dimicatione maxima, vt aut libera Græcia ſit aut ſeruituti obnoxia, proditi ſumus à ſociis noctu elapſis & nos Lacedæmonii & vos Athenienſes: quod reliquum eſt, ita nobis videtur eſſe faciendum, vt quàm ſtrenuiſſimè poſſum[c] noſmetipſos defenſantes, mutuo ſimus auxilio. Ac ſi quidem in vos priores impetum dediſſet equitatus, è noſtra dignitate erat & Tegeatarum qui nobiſcum Græciam non prodiderunt, ſubſidio vobis venire: nunc, quoniam totus in nos equitatus cõtẽdit, debetis vos ad partem maximè laborantem ſuppetias ferre. Quòd ſi vobis aliquo diſcrimine occupatis fas non eſt ſubſidio venire, ſaltem hoc gratificamini nobis vt ſagittarios mittatis: quos agnoſcimus longè omniũ qui in hoc bello ſunt prõptiſſimos eſſe ad nos exaudiẽdos. Hæc vbi audiere Atheniẽſes, quũ mouerent ad ferendam ſtrenuè opem, & iam aduentarent, ibi in eos ii Græci qui partes regias ſequebantur,

a Quam ipſe quoq; rex ex me audiet.

b Nullo delectu, nullóque ordine v. ing. *Vel, Inordinatè & confuſé.*

A δήσαντά τε, ἀποδέξαθαι γνώμῃσι δειλο- «
πάτῃσι, ὡς χρεὼν εἴη αἰζηΐξαντας ὅ τρα- «
πόμενον, ἰέναι ἐς τὸ Θηβαίων ἄστυ πολιορκη- «
σομένους· τὴν ἐπὶ τοῖς ἐμοῖ βασιλεὺς πρό- «
σεται. κῆ τούτεων μὲν ἕτερωθι ἔσται λόγος· νεῦ «
δὲ ἐκείνοισι τοῦτα ποιοῦσι οὐκ ὀπίσω ἐόν «
ὅσι, ἀλλὰ διωκτέοι εἰσί· ἐς ὃ καταλαμφθέν- «
τες, δώσουσι ἡμῖν τῶν δὴ ἐποιήσαντο Πέρσαι «
πρώτων δίκας. Ταῦτα εἰπὰς, ἦγε τοὺς «
Πέρσας, δρόμῳ διαβάντας Ἀσωπὸν ποταμόν· τῶν τοῦ Ἀσωπ.
B σον τῶν Ἑλλήνων, ὡς δὴ ἀποδιδρησκόντων· «
ἐπεὶ χέτε ὅτι Λακεδαιμονίους τε καὶ Τεγεήτας μούνους. Ἀθηναίους γὰρ τραπομένους ἐς «
τὸ πεδίον, ὑπὸ τῶν ὀχθέων οὐ κατόπτευε. Πέρ- «
σας δ' ὁρέοντες ὡρμημένους διώκειν τοὺς Ἕλ- «
λήνας οἱ λοιποὶ τῶν βαρβαρικῶν τελέων «
ἄρχοντες, αὐτίκα πρῶτοι ἦσαν τὰ σημήια, «
καὶ ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, οὔτε κό- τῶν ἕκαστοι
σμῳ οὐδενὶ κοσμηθέντες, οὔτε τάξι. καὶ οὗ- «
τοι μὲν βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ ἐπήισαν, ὡς ἀναρ- «
C πασόμενοι τοὺς Ἕλληνας· Παυσανίης δ', ὡς «
προσέκειτο ἡ ἵππος, πέμψας πρὸς τοὺς Ἀ- «
θηναίους ἱππέα, λέγει τάδε, Ἄνδρες Ἀθη- «
ναῖοι, ἀγῶνος μεγίστου προκειμένου, ἐλευθέ- «
ρῳ εἶ ἢ δεδουλωμένῳ τῷ Ἑλλάδα, «
προδεδόμεθα ὑπὸ τῶν συμμάχων ἡμεῖς «
τε οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμεῖς οἱ Ἀθηναῖοι, «
ὑπὸ τῷ παρημερινῷ νύκτα ἀφανάν- «
των. νεῦ ὧν δέδοκται τοιῇδε χρᾶσθαι τῷ ποιητέῳ «
ἡμῖν· ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμεθα ἄριστα «
D προσχωρέειν ἀλλήλοις. εἰ μὲν γὰρ ἐς ὑμέας «
ὥρμησε πρῶτα ἡ ἵππος, χρεὼν δὴ ἡμέας τε «
καὶ τοὺς μετ' ἡμέας τῷ Ἑλλάδα οὐ προ- τῶν ὑμέων
διδόντας Τεγεήτας, βοηθέειν ὑμῖν· νεῦ δὲ, ἐς «
ἡμέας γὰρ ἅπασα κεχώρηκε, δίκαιοί ἐστε ὑμεῖς «
πρὸς τῷ πιεζομένῳ μάλιστα τῶν μοιρέων «
ἀμυνέοντες ἰέναι. εἰ δ' ἄρα αὖτις ὑμέας 339
καταλαμβάνει ἀδυνάτου τι βοηθέειν, ὑμεῖς «
δ' ἡμῖν τοὺς τοξότας ἀποπέμψαντες χάριν «
θέσθε. σαφοίδαμεν δὲ ὑμῖν ἐόντα τὸν παρ- «
E εόντα τόνδε πόλεμον ἐόσι πολλὸν προθυ- «
μοτάτοισι, ὥστε καὶ τοῦτα ἐσακούειν. Ταῦ- «
τα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς ἐπύθοντο, ὡρμέατο βοη-
θέειν, καὶ τὰ μάλιστα ἐπαμυνέειν. καὶ σφι ἤ-
δη τείχεσι ὑπιππεύουσι ἀμπαλτεύουσι
Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλέος ἠνομένων,

ὥστε μηκέτι δύνασθαι βοηθῆσαι. ὃ γὰρ προκείμενον σφέας ἐλίπεε. οὕτω δὴ μουνωθέντες Λακεδαιμόνιοι καὶ Τεγεῆται, ἐόντες σὺν φιλοῖσι ἀριθμὸν, μυρίοι, πεντακισμύριοι, Τεγεῆται δὲ, τρισχίλιοι· (οὗτοι γὰρ οὐδαμοὶ ἀπεκρίζοντο ἀπὸ Λακεδαιμονίων) ἐσφαγιάζοντο, ὡς συμβαλέοντες Μαρδονίῳ τῇ τε παρούσῃ καὶ οὐ γὰρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστά, ἐπίπλον δὲ αὐτῶν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλοὶ, καὶ πολλῷ πλέονες ἐτρωματίζοντο. φερόντων γὰρ τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι, ἀπίεσθη τοξευμάτων πολλὰ ἀφειδέως οὕτω, ὥστε προβαλομένων τῶν Σπαρτιητέων, καὶ τῶν σφαγίων οὐ γινομένων, ἀποβλέψαντα πρὸς τὸν Παυσανίην τὸν Πλαταιέων, ἐπικαλέσασθαι τὴν θεὸν, χρήζοντα μηδαμῇ σφέας ψευδείην τῆς ἐλπίδος. ταῦτα δ' ἐπὶ τούτου ἐπικαλευμένου, προεξαναστάντες πρότεροι οἱ Τεγεῆται ἐχώρεον ἐς τοὺς βαρβάρους. καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι αὐτίκα μετὰ τὴν εὐχὴν τὴν Παυσανίεω, ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά. ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγίνετο, ἐχώρεον καὶ οὗτοι ἐπὶ τοὺς Πέρσας, καὶ οἱ Πέρσαι αὐτοῖσι, τὰ τόξα μετέντες. ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέρρα μάχη· ὡς δὲ ταῦτα ἐπεπτώκεε, ἤδη ἐγίνετο ἡ μάχη ἰσχυρὴ πρὸς αὐτὸ τὸ Δημήτειον, καὶ χρόνον ὅτι πολλόν, ἐς ὃ ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν. τὰ γὰρ δόρατα ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων οἱ βάρβαροι. λήμματι μὲν νεῦν καὶ ῥώμῃ οὐκ ἔασονες ἔσαν οἱ Πέρσαι, ἄοπλοι δὲ ἐόντες, καὶ πρὸς, ἀνεπιστήμονες ἔσαν, καὶ οὐκ ὁμοῖοι τοῖσι ἀντίοισι σοφίῃσι. προεξαίσσοντες δὲ κατ' ἕνα, καὶ δέκα, καὶ πλείονές τε καὶ ἐλάσσονες συγκεφόμενοι, ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, καὶ διεφθείροντο. τῇ δὲ ἐτύγχανε αὐτὸς ἐὼν Μαρδόνιος, ἀπ' ἵππου τε μαχόμενος λευκοῦ, ἔχων τε περὶ ἑωυτὸν λογάδας Περσέων τοὺς ἀρίστους χιλίους, τούτῳ δὴ καὶ μάλιστα τοὺς ἀντίους ἐπίεσαν. ὅσον μὲν νεῦν χρόνον Μαρδόνιος περιῆν, οἵδε ἀντεῖχον, καὶ ἀμυνόμενοι κατέβαλλον πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων· ὡς δὲ Μαρδόνιος ἀπέθανε, καὶ τὸ περὶ ἐκεῖνον τεταγμένον ἐὸν ἰσχυρότατον ἔπεσε, οὕτω δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐτράποντο, καὶ εἶξαν τοῖσι Λακεδαιμονίοισι. πλῆθος γὰρ σφέας ἐδηλέετο ἡ ἐωθὼς ἐρῆμος ἐοῦσα ὅπλων.

ἐχόντων

ex aduerso instructi inuadunt.

Quo factum est vt [a] Athenienses ab iis vrgentibus auxilium ferre non possent, ægrè admodum id ferentes. Ita destituti Lacedæmonii, numero cum leui armatura quinquaginta millia, & Tegeatæ numero tria millia (hi enim nusquam ab Lacedæmoniis dirimebantur) sacrificauerunt tanquam cõflicturi cũ Mardonio præsentibúsque copiis: & quũ litare non potuissent, multi eorum interea cadebant, multo plures vulnerabantur. Confertis enim gerris Persæ ingentem vim sagittarum emittebant, adeo instanter vt [b] satagẽtibus Spartiatis, & quia litare nõ poterant, respiciẽs ad templum Iunonis Platæésium Pausanias, implorauerit deam, obsecrauerítque ne spes sua ipsos omnino frustraretur. Adhuc eo deam his verbis inuocante, Tegeatæ prius exurgentes in barbaros tendũt: statimque post Pausaniæ preces sacrificantibus Lacedæmoniis exta pulchra extitere: qui aliquãto pòst & ipsi in Persas eũt. Persæ omissis arcub° ex aduerso stetere. Ad quorum gerra primùm pugna atrox commissa est iuxta ipsum Cereris templum, eáque pertinax, donec ad propulsionẽ ventum est. Siquidem barbari prehensantes lanceas confringebãt, nec audacia nec robore inferiores: sed inermes erãt & imperiti, nec hostibus prudẽtia pares. qui etsi deni plurésve aut pauciores in singulos irruebant, tamen quia confusi incidebant, à Spartiatis conficiebantur. Mardonius, qua parte ipse ex equo albo ciens pugnam, mille delectis Persarum præstantissimis stipatus erat, ea maximè parte hostẽ vrgebat. qui quandiu superfuit, tandiu Persæ resistentes sesèque defensantes, strauere multos Lacedæmoniorum. Postea verò quàm Mardoni°, & agmẽ quod circa illum robustissimum erat, occubuit, tum demum alii quoque terga vertentes cessere Lacedæmoniis, [c] quorum plerisque officiebat vestis armis vacans.

a Athenienses ad ferendas suppetias ire non possent. quod enim obiectum erat, negotium illis faceſſebat.

b Quum premerentur Spartiatæ,

c Plurimùm enim illis *Persis* offic.

inermes enim cũ armatis prælium faciebant. Ibi & vltio necis Leonidæ de Mardonio peracta est, secundum oraculum Spartiatis redditum: & victoria omnium quas vnquã nouimus speciosissima potitus est Pausanias Cleombroti filius, Anaxandridæ nepos. Huius autem superiora maiorũ nomina in Leonida recensui. illius enim iidem qui & Pausaniæ maiores fuere. Oppetiit autem Mardonius sub Aimnesto, viro inter Spartiatas eximio: qui aliquandiu post bellum Medicum trecentos viros secum habens, apud Stenyclerum cum omnibus Messeniis quibuscum erat bellũ, conflixit, vbi ipse & trecenti illi occubuere. Ad Platæas autẽ Persæ, postquam à Lacedæmoniis in fugam versi sunt, nullo ordine ad castra sua contendunt, & ad murum ligneum quem fecerant in parte quadam agri Thebani. Tenet autem me admiratio, quũ iuxta lucum Cereris dimicaretur, ne vnum quidem Persarum visum esse intrasse fanum, neque circa templum occubuisse, sed plerosque in profano: sed opinor (si quid de rebus diuinis opinari oportet) deã ipsã eos nõ recepisse, quia tẽplũ quod est in Eleusine Anactoriũ concremauerãt. Hacten' pugna hæc gesta est.

Artabazus autem Pharnacis filius, cui iam inde ab initio displicuerat Mardonium relinqui ab rege in Græcia, quique multis verbis pugnam dissuadens nihil profecerat, hoc sibi agẽdum putauit. Is, quòd sibi non placerent quæ à Mardonio fiebãt, eos quibus præerat (præerat autem non paruis copiis, sed ad quadraginta vsque millia hominũ) ducebat instructos, dum prælium fiebat, quid futurum è prælio esset probè intelligẽs, iusserátque omnes ire confertos quacũque ipse duceret, & quâ viderent ipsum festinantem. Sic iussas tanquam ad pugnam copias ducens, cernit Persas fugientes. ita non seruato amplius eodem ducẽdi ordine, sed repetè effuso cursu fugæ se dedit, nõ ligneũ murũ versus, aut Thebana mœnia, sed ad Phocenses, animo celerrimè perue-

A ποδὸς γὰρ ὁπλίτας ἐόντες γυμνῆτες, ἀγῶνα ἐποιεῦντο. ἐθαῦμα ἥ τε δίκη τοῦ φόνου τοῦ Λεωνίδεω, καὶ τὸ χρηστήριον, τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐκ Μαρδονίου ἐπετελέετο, καὶ νίκην ἀναιρέεται κάλλιστην ἁπασέων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου τοῦ Ἀναξανδρίδεω. τῷ δὲ κατύπερθε οἱ προγόνων τὰ οὐνόματα εἴρηται ἐς Λεωνίδεω· οὗτοι γὰρ σφι τυγχάνουσι ἐόντες. ἀποθνήσκει δὲ Μαρδόνιος ὑπὸ Ἀιμνήστου, ἀνδρὸς ἐν
B Σπάρτῃ λογίμου· ὃς χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὰ Μηδικὰ, ἔχων ἄνδρας τριηκοσίους, στρατέλατε ἐπὶ Στενυκλήρῳ, πολέμου ἐόντος Μεσσηνίοισί τε πᾶσι· καὶ αὐτός τε ἀπέθανε καὶ οἱ τριηκόσιοι. οἱ δὲ Πλαταιῆσι οἱ Πέρσαι ὡς ἐτράπησαν ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, ἔφυγον σφέα κόσμον ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ ἑωυτῶν, καὶ ἐς τὸ τεῖχος τὸ ξύλινον, καὶ ἐποίησαν τὸ μοίρῃ τῇ Θηβαΐδι. θῶυμα δέ μοι ὅκως τοῦ τῆς Δήμητρος τὸ ἄλσος μαχομένων,
C οὐδὲ εἷς ἔφατο τῶν Περσέων οὔτε ἐσελθὼν ἐς τὸ τέμενος, οὔτε ἐναποθανὼν περὶ τὸ ἱρόν, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐν τῷ βεβήλῳ ἔπεσον. δοκέω δὲ, (εἴ τι περὶ τῶν θείων πρηγμάτων δοκέειν δεῖ) ἡ θεὸς αὐτὴ σφέας οὐκ ἐδέξατο, ἐμπρήσαντας τὸ ἱρὸν τὸ Ἐλευσῖνι ἀνακτόριον. αὕτη μὲν νυν ἡ μάχη ὧδε τοῦτον ἐγένετο. 340

Ἀρταβάζος δὲ ὁ Φαρνάκεος αὐτίκα τε οὐκ ἀρέσκετο, κατ' ἀρχὰς λιπομένῳ Μαρδονίου ἀπὸ βασιλέος· καὶ τότε πολλὰ ἀπαγορεύοντα, οὐδὲν ἤνυε, συμβάλλειν οὐκ ἐῶν. ἐποίησέ τε αὐτὸς τοιάδε, ὡς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖσι πρήγμασι τοῖσι τοῦ Μαρδονίου ποιευμένοισι. τὸν ἐστρατήγεε ὁ Ἀρτάβαζος· εἶχε δὲ δυώδεκα μυριάδας οὐκ ὀλίγῳ, ἀλλὰ καὶ ἐς τεσσερεσκαίδεκα μυριάδας αὐθις ἐωυτόν· τούτοισι ὅκως ἡ συμβολὴ ἐγίνετο, οὗ ἐξεπιστάμενος τὰ ἔμελλε ἀποβήσεσθαι ἀπὸ τῆς μάχης, ἦγε κατηρτισμένος, τὸν καὶ ἐν τῇσι πομπῇσι εἶναι πρώτους τῇ αὐτὸς ἐξηγέηται, ὅκως αὖ αὐτὸν ὁρέωσι ἀσφαλέως ἔχοντα. τοῦτο μὲν δὴ ἐξαγείλας, ὡς ἐς μάχην ἦγε δὴθεν τὸν στρατόν. ἐπὶ τὸν κατηρτισμένον

E ἐπὶ τὸν πομπείων

τερὸν δὲ τῆς ὁδοῦ, ὥρεα δὴ καὶ φεύγοντας τοὺς Πέρσας. οὕτω δὴ οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἐπεχάρσιος ἔφευγον, οὔτε ἐς τὸ ξύλινον οὔτε ἐς τὸ Θηβαίων τεῖχος, ἀλλ' ἐς Φωκέας, ἐθέλων ὡς τάχιστα ὅτι

χεσα ὅπῃ τὸν Ἑλλήσποντον ἀπικέσθαι. οἱ δὲ A
ὅτοι μὲν δὴ τοιούτῳ ἐχρήσαντο. τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλῆος ἐθελοκακεόντων, Βοιωτοὶ Ἀθηναίοισι ἐμαχέσαντο χρόνον ὅτι συχνόν. οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων, οὗτοι ἔχον τοσοῦτῳ οὐκ ὀλίγῳ, μαχόμενοί τε καὶ οὐκ ἐθελοκακέοντες οὕτω, ὥστε τριηκόσιοι αὐτέων οἱ πρῶτοι καὶ ἄριστοι ὑπαυτὰ ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων· ὡς δὲ ἐχρήσαντο καὶ οὗτοι, ἔφυγον ἐς τὰς Θήβας, ὁρμὴν ποιεύμενοι οἱ Πέρσαι, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ὁ πᾶς ὅμιλος, B
οὔτε δόρυ μαχεσάμενος οὐδενί, οὔτε ἀποδεξάμενός τι, ἔφυγον. δηλοῖ τέ μοι ὅτι πάντα τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἤρτητο ὑκ Περσέων, εἰ καὶ τότε οὗτοι, πρὶν ἢ καὶ συμμίξαι τοῖσι πολεμίοισι, ἔφυγον, ὅτι καὶ τοὺς Πέρσας ἑώρων. οὕτω τε πρῶτοι ἔφυγον, πλὴν τῆς ἵππου τῆς τε ἄλλης καὶ τῆς Βοιωτίης. αὕτη δὲ τοσαῦτα μοῦνον ὠφέλεε τοὺς φεύγοντας, αἰεί τε μετὰ τῶν πολεμίων ἀγχίσα ἑοῦσα, ἀπείργουσά τε τοὺς φιλίους φεύγοντας ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων. οἱ μὲν δὴ νικῶντες εἵποντο, τοὺς Ξέρξεω διώκοντες καὶ φονεύοντες. ὁ δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ φόβῳ ἀγγέλλεται τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι τοῖσι τεταγμένοισι περὶ Ἥραιον, καὶ ἀπομνυομένοισι τῆς μάχης, ὅτι μάχη τε γένοιτο, καὶ νικῷεν οἱ περὶ Παυσανίεω. οἱ δέ, ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπείνα κόσμον ταξάμενοι, οἱ μὲν ἀμφὶ Κορινθίους, ἐτράποντο διὰ τῆς ὑπωρέης καὶ τῶν κολωνῶν τῶν φερουσέων ἄνω, ἰθὺ τοῦ ἱεροῦ τῆς Δήμητρος· οἱ δὲ ἀμφὶ Μεγαρέας τε καὶ Φλιασίους, διὰ τοῦ πεδίου τοῦ λεωφόρου τοῦ ὁδοῦ. ἐπεί τε δὲ ἀγχοῦ τῶν πολεμίων ἐγένοντο οἱ Μεγαρέες καὶ Φλιάσιοι, ἀπιδόντες σφέας οἱ τῶν Θηβαίων ἱππόται ἐπειγομένους ἐπείνα κόσμον, ἤλαυνον ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ἵππους, τῶν ἵππαρχε Ἀσωπόδωρος ὁ Τιμάνδρου. ἐσπεσόντες δὲ κατεστόρεσαν αὐτέων ἑξακοσίους, τοὺς δὲ λοιποὺς κατήραξαν διώκοντες ἐς Κιθαιρῶνα. οὗτοι μὲν δὴ οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο. οἱ δὲ Πέρσαι, καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος, ὡς κατέφυγον ἐς τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔθησαν ὅπῃ τοὺς πύργους ἀναβαίτης, πρὶν ἢ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπικέσθαι· ἀναβαίτης δὲ, ἐφερέξατο ὡς ἤδυνέατο ἄριστα τὸ τεῖχος.

niendi ad Hellespontũ. & hi quidem horsum iter intenderunt. Cæteris autem Græcis qui stabãt à regis partibus, ignauiter de industria agentibus, Bœoti tamen perdiu cum Atheniensibus decertauerunt. Nam ex Thebanis ii qui cum Medis sentiebant, hi non parum strenuos se præstiterunt: qui nolentes vltrò ignauiter agere, ita dimicarunt vt trecenti primores eorum ac fortissimus quisque illic sub Atheniẽsibus occubuerint. Vbi autem & isti terga dederunt, nõ quò Persæ & alia multitudo, [b] quæ aut cum nemine pugnauerat, aut nõ expectauerat, sed Thebas versus fugerunt. Omnem autem rem pependisse à Persis, (quanquam & ipsorum quidam, antequam cũ hoste congrederentur, fugæ se mandauerunt) apud me fidem facit, [b] quòd ad Persas intuebantur: atque ita cuncti illis victis fugam capesserunt, præter equitatum tum alium tum Bœotorum: qui hactenus profuit fugiẽtibus, vt assiduè adhærens hosti, arceret eũ ab amicis quos Græci insequebantur. Insequebantur enim Græci victores, vrgendo Xerxianos atque interficiendo. Inter hũc tumultum nuntiatur Græcis qui circa templum Iunonis instructi à prælio aberant, geri prælium & Pausanianos vincere. Ea re audita, Corinthii, Megarenses & Phliasii nullo ordine eunt: Corinthii rectà per colles quâ itur ad Cereris tẽplum: alii per cãpum, quæ planissima viarum erat. Quos iam hosti propinquos nullo ordine irruere conspicati Thebani equites, quorũ præfectus erat Asopodorus Timandri filius, equos in illos incitauerunt, eósque adorti sexcentos strauerũt: cæteros ad Cithæronem vsque persequuti, terga ceciderunt. Et isti quidem Megarenses atque Phliasii nulla cũ laude perierunt. At Persæ cæteráque multitudo postquam ad ligneum murum effugerũt, turres, antequam Lacedæmonii aduenirent, ascẽdere occupant. Illis conscensis quam commodissimè possunt murũ præstruunt.

a Quæ nec cũ quoquam pugnauerat, nec vllum egregium facinus ediderat.

b Quòd quum Persas fugientes vidissent, ita demum omnes fugæ se dederunt, præter equit.

ex quo ſubeuntibus mox Lacedæmoniis, acrior extitit muri oppugnatio. Nã quoad Athenienſes abfuere, non modò ſeſe barbari defenſabant, ſed etiam Lacedæmoniis antecellebãt, vtpote ignaris murorum oppugnãdorum: vt verò Athenienſes ſuperuenere, tũ atrox muri oppugnatio propugnatioque extitit, eáq; permagno temporis ſpatio: ſed tandem virtute & pertinacia Athenienſes murum tranſcenderũt, ſubruerúntque, atque ea parte ſe Græci infuderunt, [a] quorũ Tegeatæ introiere principes: iidémque tentorium Mardonii diripuerunt, & ex eo cùm alia, tũ verò equorum præſepe Mardonii ex ere totũ, ſpectatu dignum: quod præſepe Mardonii Tegeatæ in templo Aleæ Mineruæ repoſuerunt. nam cætera quæ cepere, in vnum cum cæterorum Græcorum præda contulerunt. Proruto muro barbari non amplius cateruã cogere, nemo ſtrenuitatis memor eſſe, videlicet oppreſſi intra exiguum tempus, & tot myriadibus interceptis exterriti. [b] Quos tanto ſtudio Græci trucidabãt vt ex triginta myriadibus (exceptis quatuor, cum quibus Artabaz[e] aufugit) ne tria quidem millia hominum cædi ſuperfuerint. E Lacedæmoniis autem qui Spartani eſſent, vnus & [c] triginta ſunt omnino deſiderati: Tegeatarũ, ſedecim: Athenienſium, duo & quinquaginta.

Porro inter barbaros ſtrenuiſſimi extiterunt, è peditibus quidem Perſæ, ex equitibus autem Sacæ, è viris verò, Mardonius: inter Græcos autem cũ Tegeatæ Athenienſéſque multùm eminuerunt, tum multo plus Lacedæmonii. Quod nulla alia re poſſum oſtendere, niſi quòd omnes hi eos qui ſibi oblati ſunt viceruntː Lacedæmonii verò quod robuſtiſſimum fuit hoſtilis exercitus ſuperauerunt. Quorum longè præſtãtiſſimus extitit mea ſententia Ariſtodemus, [d] is qui ſolus trecentorũ, quòd ex Thermopylis euaſiſſet, dedecus ignominiámque acceperat. Secundũ hũc nauauere operam Poſidonius & Philocyon & Amompharetus Spartiata.

a Ex quibus primi Teg. introiere pr.

b Quos adeo facile erat Græcis trucidare vt ex trig.

c Nonaginta

d *Vide ſupra, pag. 523.*

Α τῶν δὲ ἐσελθόντων τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ τὸ τεῖχος ἐστὶ τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη. ἕως μὲν γὰρ ἀπῆσαν οἱ Ἀθηναῖοι, οἵ τε ἠμύνοντο, καὶ πολλῷ πλέον ἔχον τῶν Λακεδαιμονίων, ὥστε οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχέειν· ὡς δὲ σφι οἱ Ἀθηναῖοι παρεγένοντο, οὕτω δὴ ἰσχυρὴ ἐγίνετο τειχομαχίη, καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. τέλος δὲ, ἀρετῇ τε καὶ λιπαρείῃ ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος, καὶ ἤρειπον, τῇ δὴ ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες. παρῆσαν δὲ ἐσῆλθον Τεγεῆται ἐς τὸ τεῖχος, καὶ τὸ σκηνέωμα τὸ Μαρδονίου οὗτοι ἔσαν οἱ διαρπάσαντες, τά τε ἄλλα ἐξ αὐτῆς, καὶ τὸν φάτνιον τῶν ἵππων ἐοῦσαν χαλκέην πᾶσαν, καὶ θέης ἀξίην. τὸν μὲν οὖν φάτνιον ταύτην τὸν Μαρδονίου ἀνέθεσαν ἐς Β νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης Τεγεῆται, τὰ δὲ 341
ἄλλα ἐς τὠυτὸ ὅσα περ ἔλαβον ἐσήνεικαν τοῖσι Ἕλλησι. Ἀπὸ δὲ βάρβαροι οὐδὲν ἔτι ξῖφος ἐποιήσαντο πεσόντος τοῦ τείχεος, οὔτε τις αὐτέων ἀλκῆς ἐμέμνητο· ἀλύκταζόν τε C οἷα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πεφοβημένοι τε καὶ πολλαὶ μυριάδες κατειλημμέναι ὑπ' ὀλίγων. πρῶτοι δὲ τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν οὕτω, ὥστε τετρήκοντα μυριάδων στρατοῦ, καταδεουσέων τεσσέρων, τὰς ἔσχον Ἀρταβάζος ἔφυγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι. Λακεδαιμονίων δὲ τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπέθανον ἄνδρες ἐν τῇ συμβολῇ, εἰς καὶ ἐννενήκοντα. Τεγεητέων δὲ, ἑκκαίδεκα· Ἀθηναίων δὲ, δύο καὶ πεντήκοντα. D

Ἠρίστευσε δὲ τῶν βαρβάρων πεζὸς μὲν, ὁ Περσέων, ἵππος δὲ, ὁ Σακέων· ἀνὴρ δὲ λέγεται Μαρδόνιος. Ἑλλήνων δὲ ἀγαθῶν γενομένων καὶ Τεγεητέων καὶ Ἀθηναίων, ὑπερέβαλοντο ἀρετῇ Λακεδαιμόνιοι. ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ ἔχω ἀποσημήνασθαι. ἅπαντες γὰρ οὗτοι τοὺς κατ' ἑωυτοὺς ἐτίμων. ὅτι δὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότατον ἐστρατεύσαντο, καὶ τούτων ἐκράτησαν, καὶ ἄριστος ἐγένετο μακρῷ Ἀριστόδημος κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας. οὗτος οὖν Θερμοπυλέων μοῦνος τῶν τριηκοσίων σωθεὶς, ἔχε ὄνειδος καὶ ἀτιμίην. μετὰ δὲ τοῦτον, ἠρίστευσαν Ποσειδώνιός τε καὶ Φιλοκύων καὶ Ἀμομφάρετος Σπαρτιήτης.

κατὰ ἰσχυρότατον.

καίτοι γνωμώνης λέγης ὃς γνοίτο αὐτέων ἄ- A
ριστος, ἔγνωσαν ἁπάντων γνόμωνοι Σπαρ-
τιητέων, Ἀριστόδημον μὲν βουλόμενον φα-
νερῶς ἀποθανεῖν ἐκ τῆς παρεούσης αἰ-
τίης, λυσσῶντά τε καὶ ἐκλείποντα τὴν τά-
ξιν, ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα. Ποσει-
δώνιον δὲ, οὐ βουλόμενον ἀποθνήσκειν, ἄν-
δρα γνώσεσθαι ἀγαθὸν· τοσούτῳ τοῦτον εἶ)
ἀμείνω. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ φθόνῳ αἴ
κ' εἴποιεν. οὗτοι δὲ τοὺς κατέλεξα πρώτους,
πλὴν Ἀριστοδήμου, τῶν ἀποθανόντων ἐν B
ταύτῃ τῇ μάχῃ, τίμιοι ἐγένοντο. Ἀριστό-
δημος δὲ, βουλόμενος ἀποθανεῖν ἀπὸ τῆς
προειρημένης αἰτίης, οὐκ ἐτιμήθη. οὗ-
τοι μὲν τῶν ἐν Πλαταιῇσι ὀνομαστότατοι ἐ-
γένοντο. Καλλικράτης γὰρ ἔξω τῆς μάχης
ἀπέθανε, ἐλθὼν ἀνὴρ κάλλιστος ἐς δ' στρα-
τόπεδον τῶν τότε Ἑλλήνων, οὐ μόνον αὐ-
τέων Λακεδαιμονίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων
Ἑλλήνων. ὃς, ἐπειδὴ ἐσφαλάζετο Παυ-
σανίης, κατήμενος ἐν τῇ τάξι, ἐξωμα- C
τίσθη τοξεύματι τὰ πλευρά· καὶ δὴ τὸν
μὲν ἐμάχοντο, ὁ δ' ὀξυλωβεγμένος ἐδυσθα-
νατέε τε, καὶ ἔλεγε πρὸς Ἀρίμνηστον, ἄν-
δρα Πλαταιέα, οὐ μέλειν οἱ ὅτι πρὸ τῆς
Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρή-
σατο τῇ χειρὶ, καὶ ὅτι οὐδὲν ὅσῳ οἱ ἀποδε-
δεγμένον ἔργον ἑωυτοῦ ἄξιον προθυμευ-
μένου ἀποδέξασθαι. Ἀθηναίων δὲ λέ-
γεται ὠδοκιμῆσαι Σωφάνης ὁ Εὐτυχί-
δεω, ἐκ δήμου Δεκελῆθεν· Δεκελέων δὲ D
τῶν τότε ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς
πάντα χρόνον, ὡς αὖτοὶ Ἀθηναῖοι λέ-
γουσι. ὡς γὰρ δὴ Τυνδαρίδαι κατὰ Ἑλένης
κομιδὴν Τυνδαρέου ἐσέβαλον ἐς γῆν
τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθει, καὶ ἀ-
νίσασαν τοὺς δήμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξ-
έκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι καὶ τοὺς Δε-
κελέας. (ἐπὶ δὲ αὐτὸν Δέκελον) ἀφθόμενον
τε τῆς Θησέος ὕβρεως, καὶ δειμαίνοντα, μὴ
πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηγησάμε-
νόν σφι ὃ πρῶτον πρῆγμα, κατηγήσασθαι ἐ-
πὶ τοὺς Ἀφίδνας, τοὺς δὴ Τίτακος ἐὼν αὐ-
τόχθων κατὰ τοῦτο δίδοῖ Τυνδαρίδῃσι.
τοῖσι δὲ Δεκελεῦσι ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου
ἐν Σπάρτῃ ἀτελείη τε καὶ προεδρίη
ἀμφοτέρη ἐς τόδε αἰεὶ ἔπι ἐοῦσα οὕτω,

Quanquam quum ſermo haberetur quiſnam præſtantiſſimus extitiſſet, ii Spartiatæ qui adfuere, cenſuerũt, Ariſtodemum, etſi præclara facinora edidit, tamen ad eluendam eam quam contraxerat inuidiam, ordinem deſeruiſſe, & propalã mori voluiſſe: Poſidonium verò, qui perire noluiſſet, ob id extitiſſe tanto præſtabiliorem virũ. verùm id fortaſſe liuore dixerunt. Qui hac in pugna mortẽ oppetiere, omnes honore affecti ſunt, præter Ariſtodemum: qui ideo caruit honore quòd ob cauſam prædictã ſibi occumbendum putauit. Hi ſunt qui ad Platæas nobiliſſimi extitere. nam Callicrates extra prælium occubuit: quo nemo tunc in caſtra Græcorum [a] præſtãtior venerat, non modò Lacedæmoniorum, ſed etiam aliorum Græcorum. Hic, quum Pauſanias ſacrificaſſet, ſedens in ordine, ſagitta per latera ictus eſt: & quum aliis pugnantibus ipſe exportaretur, ſeſe moriẽtem miſerabatur, ad Aimneſtum virum Platæenſem inquiens, non ſibi dolere quòd pro Græcia periret, ſed quòd nihil manu vſus eſſet, nullámque operam nauaſſet dignam ſe & ſua cupiditate nauãdi. Ex Atheniẽſibus eminuiſſe fertur Sophanes Eutychidis filius, è tribu Decelenſi. Deceleẽſes autem rem aliquando geſſerunt (vt ipſi Atheniẽſes aiunt) in omne æuum fructuoſam. ſiquidem quũ olim ad inueſtigandam Helenã Tyndaridæ cum magnis copiis oram Atticam inuaſiſſent, & populos è ſedibus ſuis eiicerẽt, ignari quónam loci ſubducta Helena eſſet, tunc Decelenſes feruntur, & (vt quidam volunt) ipſe Deceleus, tum dolore cõtumeliæ quæ Theſeo fieret, tum metu totius Athenienſium ſoli, ne vaſtaretur, expoſuiſſe illis omnem rem geſtã, eóſque deduxiſſe ad Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Decelenſibus permanſit ad hãc vſque memoriã in Sparta immunitas vectigaliũ, & dignitas præſidẽdi:

a Formoſior

adeo quidē vt bello quod multis poſtea annis inter Athenienſes atque Peloponnēſes geſtum eſt, Lacedæmonii quum cæterā Atticam popularentur, à Decelea temperauerint. Ex hoc populo ortus Sophanes, & præclariſſimè inter Athenienſes nauata opera, ancipiti ſermone celebratur: vno, fertur geſtaſſe ferream ancoram è balteo thoracis catena alligatam, quam, quoties aduentantibus hoſtibus propinquus erat, obiiciebat, ne illi irruētes, ipſum ex ordine ſummouere poſſent: rurſus eiſdem in fugam ſe vertentibus, reſumpta ancora ita fugientes inſequebatur. Altero ſermone à ſuperiori differente fertur geſtaſſe ancoram non ferreā, ex balteo alligatam, ſed inſignitā in ſcuto, quod nunquam quieſcens, aſſiduè rotabatur. Extat & alterum Sophanis præclarum facinus, quòd obſidentibus AEginam Atheniēſibus, Eurybiadem virum Argiuum quinque certaminum victorem ex prouocatione interemit. Sed aliquanto poſt hoc bellum in quo vir egregius extitit, dum Athenienſium vnà cum Leagro Glauconis filio dux eſſet, & de metallis aureis decertaret, contigit vt ſub Edonibus apud Daton occumberet. Poſt barbarorum ſtragē ad Platæas editam, tranſfugit illuc ad Græcos mulier quædam, quæ erat pallaca Pharādatis filii Theaſpis viri Perſæ: hæc quum ac cepiſſet Perſas fuſos eſſe, Græcos victores, tum multo auro ornata, inter ancillas & ipſas ornatas, cū veſte ſpecioſiſſima, carpento aduenit: ex eóque deſcendens pergit ad Lacedæmonios adhuc in cæde occupatos: & intuita Pauſaniam illa omnia adminiſtrantē, agnouit hominem, cuius & nomen iampridem & patriam didicerat. Eius genua amplectens, Spartæ rex, inquit, libera me ſupplicem captiuitatis ſeruitute, quā etiā hoc facto demeritus es quòd iſtos extinxiſti neque dæmonū neque deorū reſpectū habentes.

A ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον πολλοῖσι ἔτεσι τούτων γενόμενον Ἀθηναίοισί τε καὶ Πελοποννησίοισι, σινομένων τὴν ἄλλην Ἀττικὴν Λακεδαιμονίων, Δεκελέης ἀπέσχετο. Τούτου τοῦ δήμου ἐὼν ὁ Σωφάνης, ὃς ἀριστεύσας τότε Ἀθηναίων, δίξοις λόγοις λεγομένοις ἔχει. τὸν μὲν, ὡς ἐκ τοῦ ζωστῆρος τοῦ θώρηκος ἐφόρεε χαλκέην ἀλύσιν δεδεμένην ἀγκύρεω σιδηρέου· τὸν, ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι, βαλλέσκετο, ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τά-

B ξιος, μετακινήσας μὴ δύναιατο. γινομένης δ' 342
φυγῆς τῶν ἐναντίων, δέδοκτο, τὸν ἄγκυραν αἰαλαβόντα, οὕτω διώκειν. τοῦτο μὲν οὕτω λέγεται. ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων, τῷ πρότερον λεχθέντι ἀμφισβητέων, λέγεται ὡς ὀπὶς ἀσπίδος τορεύσης καὶ οὐδαμᾶ ἀτρεμιζούσης ἐφόρεε ἄγκυρεν, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ θώρηκος δεδεμένην σιδηρέου. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σωφανέι λαμπρὸν ἔργον ἐξεργασμένον· ὅτι τῶν ἑκατὸν Ἀθηναίων Αἰγινητέων, Εὐρυβιάδεα τὸν Ⓜ Ἀργεῖον ἄνδρα πεντάεθλον ἐκ

C τοῦ κλήσιος ἐφόνωσε. αὐτὸν δὲ Σωφανέα χρόνῳ ὕστερον τουτέων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ, τοῦ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχόμενον. ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωντο Ⓐ βάρβαροι, ἐνθαῦτά σφι ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος· ἣ ὡς ἔμαθε ἀπολωλότας τοὺς Πέρσας, καὶ νικῶντας τοὺς Ἕλληνας, ἐοῦσα παλλακὴ Φαρανδάτεω τοῦ Τεά- χ' Φαρνα-δάτεω

D σσιος, ἀνδρὸς Πέρσεω, κοσμησαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ ἀμφίπολοι, καὶ ἐσθῆτι τῇ καλλίστῃ ἐκ τῶν στρεουσέων, καταβᾶσα ἐκ τῆς ἁρμαμάξης, ἐχώρεε ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔτι ἐν τῇσι φονῇσι ἐόντας· ὁρῶσα δὲ πρῶτα ἐκείνα διέποντα Παυσανίην, τοῦτόν τε ὀνώμανε ἐξεπισαμένη καὶ τὸν πάτρων, ὥστε πολλάκις ἀκούσασα, ἔμπης τε Ⓜ Παυσανίην, καὶ λαβομένη τῶν γονάτων, ἔλεγε τάδε, Ὦ βασιλεῦ Σπάρτης, λύσαί με τὸν «
ἱκέτην αἰχμαλώτου δουλοσύνης. σὺ γὰρ «

E καὶ ἐς τόδε ἐνίκησας, τοὺς δὲ ἀπολέσας τοὺς οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας. «

» εἰμὶ δὲ γένος μὲν, Κῴη, θυγάτηρ δὲ Ἡγη- A
» τορίδεω τοῦ Ἀνταγόρεω. εἶπε δέ με λαβὼν ἐν
» Κῷ ἔχει ὁ Πέρσης. ὁ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε,
» Γύναι, θάρσει, καὶ ὡς ἐτήτυς, καὶ εἰ δὴ τοῖς
» τοῦτο τυγχάνεις ἀληθέα λέγουσα, καὶ εἶ θυ-
» γάτηρ Ἡγητορίδεω τοῦ Κῴου, ὃς ἐμοὶ ξεῖνος
» μάλιστα τυγχάνει ἐὼν τῶν περὶ ἐκείνους τοὺς
» χώρους [a] οἰκεομένων. ταῦτα δὲ εἰπὰς, τότε
μὲν ἐπέτρεψε τῶν ἐφόρων τοῖσι περιοῦσι, ὕ-
στερον δὲ ἀπέπεμψε ἐς Αἴγινάν, ἐς τὴν αὐ-
τὴ ἤθελε ἀπικέσθαι. μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν B
τῆς γυναικὸς, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἀπίκοντο
Μαντινέες ἐπεξεργασμένοισι. μαθόντες δὲ
ὅτι ὕστεροι ἥκουσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν
ἐποιεῦντο μεγάλην, ἀξιοί τε ἔφασαν εἶ-
σφέας ζημιῶσαι. πειθανόμενοι δὲ τοῖς
Μήδοισι τοῖς μετ' Ἀρταβάζου φεύγουσι, τού-
τοισι ἑδίωκον μέχρι Θεσσαλίης. Λακεδαι-
μόνιοι δὲ οὐκ ἐῶν φεύγοντας διώκειν. οἱ δὲ
ἀναχωρήσαντες ἐς τὴν ἑωυτῶν, τοὺς ἡγεμό-
νας τῆς στρατιῆς ἐδίωξαν οἰκου τῆς γῆς. μετὰ C
δὲ Μαντινέας, ἦκον Ἦλεοι· καὶ ὡσαύτως
οἱ Ἦλεοι τοῖσι Μαντινεῦσι συμφορὴν ποι-
ησάμενοι, ἀπαλλάσσοντο. ἀπελθόντες δὲ καὶ
οὗτοι, τοὺς ἡγεμόνας ἐδίωξαν. τὰ μὲν Μαν-
τινέας μὲν καὶ Ἦλείους τοσαῦτα.

Ἐν δὲ Πλαταιῆσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ
τῶν Αἰγινητέων ὑὸς Λάμπωνος Πυθέω, Αἰ-
γινητέων τὰ πρῶτα φέρων· ὃς ἀνοσιώτατον
λόγον ἔχων, ἴετο πρὸς Παυσανίην· ἀπικό-
» μενος δὲ αὐτοῦ ἐκεῖ, ἔλεγε, Ὦ παῖ Κλεομ- D
» βρότου, ἔργον ἔργασαί τοι ὑπερφυές, μέγα-
» θός τε καὶ κάλλος. καὶ τοι θεὸς προέδωκε, ῥυ-
» σάμενον τὴν Ἑλλάδα, κλέος καταθέ-
» σθαι μέγιστον Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.
» σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ὅτι τούτοισι ποίησον,
» ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μείζων, καί τις ὕ-
» στερον φυλάξηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑ-
» πάρχειν ἔργα ἀπάθαλα ποιέων ἐς τοὺς
» Ἕλληνας. Λεωνίδεω γὰρ ἀποθανόντος
» ἐν Θερμοπύλῃσι, Μαρδόνιός τε καὶ Ξέρ- E
» ξης ἀποταμόντες τὴν κεφαλὴν ἀνεσταύ-
» ρωσαν. σὺ δὲ τὴν ὁμοίην ἀποδιδοὺς, ἔπαι-
» νον ἕξεις πρῶτα μὲν παρὰ τῶν Σπαρτιητέων
» πάντων, αὖτις δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων Ἑλ-
» λήνων. Μαρδόνιον γὰρ ἀνασκολοπίσας, τὸ-
» πιμφρήσας ἐς πάντων ἐσορέοντα τὸν Λεωνίδεω.

[a] οἰκεομένων.

Equidem genere sum Coa, Hegetoridæ Antagoræ filia, quam vi raptam ex Co vir Persæ habuit. Huic respondens Pausanias, Bono, inquit, animo esto, [a] tũ quia supplex, tum quia multa loqueris vera. nam filia es Hegetoridæ Coi, mihi inter omnes qui illa circa loca incolũt hospitis summi. Hæc loquutus, eam imprætiarum ephoris qui aderãt commendauit: postmodum in AEginam, quò illa voluit, ducendam curauit. Post huius mulieris digressum continuò Mantinei superuenerũt re iam confecta: qui se animaduertentes veniſſe serò ad pugnam, magnæ iacturæ loco id sibi esse putauerunt, sed idoneos se esse ad sumendas de ipsis pœnas dixere. Itaque cognito, Medos qui cum Artabazo erant, fugæ se mandasse, eos in Thessaliam vsque persequuti sunt, etsi vetantibus Lacedæmoniis insequi fugientes. Iidem postea domum reuersi, duces suos exilio mulctauerunt. Post Mantineos aduenere Elei, qui itidem vt Mãtinei magno id sibi detrimento existimãtes, domũ regressi sunt, suósque & ipsi duces exilio mulctauerunt. Hactenus de Mãtineis & Eleis.

Erat autem apud Platæas in exercitu AEginetarum è primoribus Lampon Pythei filius, qui Pausaniam adiens, infandissima vsus est oratione, inquiens, Fili Cleombroti, rem tu mirificam & magnitudine & fulgore gessisti, cui dii tribuerunt vt liberata Græcia, omnes quos nouimus Græcos gloria supergredereris. quod superest in hac re, agas ita vt & tu maiore fama celebreris, & aliquis barbarorum posthac caueat nefanda facinora perpetrare in Græcos. Etenim Leonidæ apud Thermopylas interempti reciso capite Mardonius ac Xerxes truncum in crucem sustulerũt: quibus si vicem reddes, laudem nanciscēris, primùm ab omnibus Spartiatis, secundo loco ab vniuersis Græcis, siquidem suffixo Mardonio, Leonidam patruum tuum fueris vltus.

[a] Tũ quòd supplex, tum quòd sis (si modò vera loqueris) Hegetoridæ Coi filia, quocũ mihi maior quàm cum alio quoquam circum illa loca habitantium, hospitii fœdus intercedit. *i. Tum eo nomine quòd sis supplex, & quòd mihi maiolabilis.*

Hæc Lampon, gratiam se inituA rum ratus apud Pausaniam dicebar. Cui respondens Pausanias, Tuam, inquit, hospes AEgineta, beneuolentiam atque prouidétiam amplector: tamen ab æquitate iudicandi deerras. nã & me & patriam quos in altum extulisti ob hæc gesta, ad nihilum redigis, quum suades mihi sæuire in mortuum, aísque me auditurum melius si istud fecero, quod barbaros decet potius facere quã Græcos, quódque in illis exprobramus. quare ego neque AEginetis, neque iis quibus ista probantur assentior: contentúsque sum Spartiatis placere vt honestè agam, honestéque dicam. Leonidæ autem, cui me iubes parentare, affirmo & ipsi & cæteris qui apud Thermopylas occubuerũt, magnificè esse parentatum, innumerabilibus horũ funeribus. Tu verò posthac ad istud consulendum ne me adieris: quod tibi C impune esse, loco beneficii ponas. Hoc quũ ille audisset, abiit. Pausanias autem edicto proposito nequis de præda quid tangeret, iussit [a] seruos omnem comportare pecuniam. Illi per castra disperfi inueniunt tentoria auro & argento referta, lectósque auro & argento constratos: crateras etiam aureos, phialásque, & alia vasa potoria, necnon saccos super plaustra, interlucentibus intus inclusis ex auro & argento D lebetibus. Quinetiam è cæsorũ cadaueribus exuebãt armillas & torques & acinaces aureos. Nam varii generis vestimenta nullius mométi habebantur, earúmque rerum multum furto subtrahẽtes serui AEginetis venundabãt, multum, quod occultare nõ poterãt, repræsentabãt. vnde principium extitit ingentium diuitiarum AEginetis, vtpote aurum à seruis pro ære mercãtibus. Collata autem pecunia decimam selegerunt, ex qua tũ deo qui Delphis est, tripes aureus ibi repositus est, insistens super tricipiti ex ære colubro, proximè aram: tum deo qui est in Olympia, æreus decem cubitorum Iupiter: tum deo qui est apud Isthmum, æreus septem cubitorum Neptunus.

a Helotes, *quod erat peculiare seruorum Laced. nomẽ. quod & paulò post & alibi Gariũ locũ obseruãdum.*

ὁ μὲν, δοκέων χαριεῖσθαι, ἔλεγε τάδε· ὁ δὲ αὐτα μείβετο τοῖσδε, Ὦ ξεῖνε Αἰγινῆτα, δέ « μοι δύνοσίν τε ἐς τοσοῦτον, ἀγαμαι σεο τὴν εὐ« μένειαν τὴν περὶ ἐμέ· μὴ μέντοι ἡμάρτηκας γνώ« 343 μης. ἐξαίρεσις γάρ « με ὑφεῖλε, καὶ τιμωρίη πάντως καὶ τὸ ἔργον, ἐς δ « μηδὲν κατέβαλες, πρὸς νεκρῷ λυμαί« νεσθαι· καὶ, ἢν ταῦτα ποιέω, φὰς ἀμείνονά με « ἀκούσεσθαι, τὰ πρέπει μᾶλλον βαρβάροισι « ποιέειν ἢ τοῖσι Ἕλλησι, καὶ ἐκείνοισι δὲ ὀνειδί« ζομεν. ἐγὼ δὲ ὧν τούτου εἵνεκα μήτε Αἰγι« νήτῃσι ἀδοίμι, μήτε τοῖσι ταῦτα φρέσκεται· « ἀποχρᾷ δέ μοι, Σπαρτιήτῃσι φρεσκόμενον, « ὅσια μὲν ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λέγειν. Λεωνίδῃ « δὲ, τῷ με κελεύεις τιμωρῆσαι, φημὶ μεγά« λως τετιμωρῆσθαι. ψυχῇσί τε τῇσι τῶνδε καὶ « εἰθμήτοισι τετίμηται αὐτός τε καὶ οἱ ἄλλοι « ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες. σὺ « μέντοι ἔτι ἔχων λόγον τόνδε, μήτε προσέλ« θῃς ἐμοιγε, μήτε συμβουλεύῃς. χαίειν τε ἐ« ᾶσι, ἐὼν ἀπαθής. ὁ μὲν, ταῦτα ἀκούσας, ἀ« πελάσετο. Παυσανίης δὲ κήρυγμα ποιη« σάμενος, μηδένα ἅπτεσθαι τῆς λείης, συγ« κομίζειν ἐκέλευε τοὺς εἵλωτας τὰ χρήματα. « οἱ δὲ, διὰ τὸ στρατόπεδον σκιδνάμενοι, εὕ« ρισκον σκηνὰς κατεσκευασμένας χρυσῷ καὶ « ἀργύρῳ, κλίνας τε ὑπὸ χρύσους καὶ ἐπαργύ« ρους· κρητῆράς τε χρυσέους, καὶ φιάλας τε « καὶ ἄλλα ἐκπώματα· σάκκους τε ὑπ' ἁ« μαξέων εὕρισκον, ἐν τοῖσι λέβητες ἐφαίνοντο « ἐόντες χρύσεοί τε καὶ ἀργύρεοι. ἀπό τε « τῶν κειμηλίων νεκρῶν ἐσκύλευον ψέλλιά τε καὶ « στρεπτοὺς, καὶ τοὺς ἀκινάκας, ἐόντας χρυσέους· « ἐπεὶ ἐσθῆτός γε ποικίλης λόγος ἐγίνετο οὐ« δείς. συλήσαντα πολλὰ μὲν κλέπτοντες ἐπώ« λεον τοῖσι τοῦ Αἰγινήτας οἱ εἵλωτες, πολ« λὰ δὲ καὶ ἀπεδείκνυσαν, ὅσα αὐτέων οὐκ οἷά « τε ἦν κρύψαι. ὥστε Αἰγινήτῃσι οἱ μεγάλοι « πλοῦτοι ἀρχὴν ἐνθεῦτεν ἐλάμβανον, οἱ γὰρ χρυ« σὸν, ἅτε ἐόντα χαλκὸν πρίν, τοῦτον τὸν εἱ« λωτέων ὠνέοντο. συμφορήσαντες δὲ τὰ χρή« ματα, καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι « θεῷ, ἀπ' ἧς ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνέστηκε, ὁ « ὑπὲρ τοῦ τριηκοντώρου ὄφιος τοῦ χαλκέου ἑστε« ὼς ἀγχίσπορος τοῦ βωμοῦ· καὶ τῷ ἐν Ὀλυμ« πίῃ θεῷ ἐξελόντες, ἀπ' ἧς δεκάπηχυν χάλ« κεον Δία ἀνέθηκαν· καὶ τῷ ἐν Ἰσθμῷ θεῷ, ἀπ' « ἧς ἑπτάπηχυς χάλκεος Ποσειδέων ἐξεγλύφη.

ταῦτα ἐξελόντες, τὰ λοιπὰ διαιρέοντο καὶ ἔ- A
λαβον ἕκαστοι, τῆ ἀξιοι ἦσαν, καὶ τὰς παλλακὰς
τῶν Περσέων, καὶ τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ
ἄλλα χρήματά τε καὶ ὑποζύγια. ὅσα μὲν
νυν ἐξαίρετα τοῖσι ἀριστεύσασι αὐτέων ἐν
Πλαταιῆσι ἐδόθη, οὐ λέγεται τοῖς οὐδα-
μῶν, δοκέω δ' ἔγωγε καὶ τούτοισι δοθῆναι.
Παυσανίῃ δὲ πρῶτα δέκα ἐξαιρέθη τε καὶ
ἐδόθη, γυναῖκες, ἵπποι, τάλαντα, κάμηλοι,
ὡς δὲ αὔτως καὶ τἄλλα χρήματα. λέγε-
ται δὲ καὶ τάδε γενέσθαι, ὡς Ξέρξης φεύγων B
ἐκ τῆς Ἑλλάδος, Μαρδονίῳ τὴν κατα-
σκευὴν κατάλιποι τὴν ἑωυτοῦ. Παυσανίην
ὦν ὁρέοντα τὴν Μαρδονίου κατασκευὴν χρυ-
σῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ ποικιλτοῖσι στρωμασι ποι-
κίλοισι κατεσκευασμένην, κελεῦσαι τοὺς τε
ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς κατὰ ταὐτὰ
καθὼς Μαρδονίῳ δεῖπνον παρασκευάζειν.
ὡς δὲ κελευόμενοι οὗτοι ἐποίεον ταῦτα, σκη-
νὴν τε Παυσανίην ἰδόντα κλίνας τε χρυ-
σέας καὶ ἀργυρέας εὖ ἐστρωμένας, καὶ τρα- C
πέζας χρυσέας καὶ ἀργυρέας, καὶ παρασκευὴν
μεγαλοπρεπέα τοῦ δείπνου, ἐκπλαγέντα
τὰ παρεκείμενα ἀγαθὰ, κελεῦσαι ὑπερ γέ-
λωτι τοὺς ἑωυτοῦ διακόνους παρασκευάσαι
Λακωνικὸν δεῖπνον· ὡς δὲ τῆς θοίνης ποιη-
θείσης ἐπὶ πολλὸν ὁ μέσον, Παυσανίην
γελάσαντα μεταπέμψασθαι τῶν Ἑλλήνων
τοὺς στρατηγούς· συνελθόντων δὲ τουτέων,
εἶπαι Παυσανίην, δεικνύντα ἐς ἑκατέ-
» ρην τοῦ δείπνου τὴν παρασκευὴν, Ἄνδρες D
» Ἕλληνες, τῶνδε εἵνεκα ἐγὼ ὑμέας συνήγα-
» γον, βουλόμενος ὑμῖν τοῦδε τοῦ Μήδων βα-
» σιλῆος τὴν ἀφροσύνην δεῖξαι· ὃς τοιῆνδε
» διαγνώμην ἔχων, ἦλθε ἐς ὑμέας οὕτω ὀϊζυρὴν
» ἔχοντας ἀπαρνησόμενος. ταῦτα μὲν Παυ-
σανίην λέγεται εἶπαι πρὸς τοὺς στρατηγοὺς
τῶν Ἑλλήνων. ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετὰ
ταῦτα καὶ τῶν Πλαταιέων θῆκαν συχνοὶ ἡμ-
344 κας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ τῶν ἄλλων χρη-
μάτων. ἐφαίνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ὀπὶ τουτέων E
τῶν νεκρῶν συλιλωθέντων τὰς σάρκας·
συνεφόρεον γὰρ τὰ ὀστέα οἱ Πλαταιέες ἐς
ἕνα χῶρον· εὑρέθη κεφαλὴ ὄκη ἔχουσα ῥα-
φὴν οὐδεμίην, ἀλλὰ ἓξ ἐνὸς ἐοῦσα ὀστέου.
ἐφαίνη δὲ καὶ γνάθος, καὶ ὀδόντας ἐνεοῦσα ἑνὸς ὀστέου πάντας τούς τε ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους· F

Hac parte selecta, cæteras inter se distribuerunt, pro suo quisque merito accipiētes: itémque pallacas Persarum, & aurum & argentum & reliquam pecuniam, cum iumentis. Quæ autem peculiariter data sint iis qui optimam operā nauauerant ad Platæas, refertur à nemine, data tamen fuisse arbitror: certè Pausaniæ sunt ex omnibus dena, & ea delecta, dono data, ex mulieribꝰ, equis, talentis, camelis, & item ex cæteris rebus. Feruntur autem hæc quoque acta esse: Xerxem, dum è Græcia fugit, omnem apparatum suum ex auro argentóque & [a] peripetasmatis Mardonio reliquisse: & Pausaniam dum eum apparatum vidit, iussisse pistores & coquos cœnam sibi vti Mardonio instruere. ꝙ quum illi fecissent, tum Pausaniam lectos intuentem aureos argenteósque [b] probè instratos, mensas etiā aureas ac argenteas, magnificúmque cœnæ apparatum, propositis bonis stupefactū, imperasse per iocum suis ministris vt Laconicā instruerēt cœnam. [c] Id quū illi ex spatio multùm distante fecissent, ibi eundē cachinnantem accersisse Græcorum duces, éisque, vbi conuenerunt, inter ostendendum vtriusque cœnæ apparatū, dixisse, Viri Græci, hac ego vos de causa conuocaui, quòd volebam vobis amentiam Medorum ducis ostendere, qui quum talem vitā duceret, ad nos subigēdos venit qui tam miserè victitamus. Hæc Pausanias apud Græcorum duces dixisse fertur. Interiecto deinde tempore complures Platæensium repererunt loculos auri argentique & aliarum pecuniarum. Hoc quoque rei apparuit postmodum in his mortuis carne nudatis, vt quum eorum ossa comportarent vnum in locum Platæenses, inuentum sit caput nullam futuram habens, sed ex vno osse solidum: item maxilla, cum eo quod super maxillā est, habens dentes, etsi distinctos, tamen ex vno osse vniuersos tam molares quàm cæteros. quinetiā

a Aulæis, *secundum quosdam.*

b *Vallam apparet verba quæ in Vulg. edit. desunt legisse, videlicet* ὧν ἐστρωμένας, καὶ τραπέζας χρυσέας καὶ ἀργυρέας, *quæ & in nostris Ver. cod. habentur.*

c Quum autem hæc cœna instructa longo interuallo ab illa superaretur, ibi eundē cachinn.

ἡμίονος

ossa viri quinque cubitorũ. [a] Postero die quum Mardonii cadauer non extaret, incertum à quibus hominibus subtractum. audiui tamen iam diuersos illum sepelisse: & ob id permultos scio ingentia dona ab Artonte Mardonii filio accepisse. Sed quis curam susceperit cadaueris Mardonii humãdi, pro comperto non potui audire. habet tamen huius rei nõnihil famæ Dionysiophanes vir Ephesius. Mardoni[a] quidem hoc modo tumulatus est. Græci verò, posteaquam prædã dispertierunt, cæsos separatim quisque suos tumularunt. Lacedæmonii, trib[o] sepulcris effectis, in eorum vno sacerdotes, è quibus fuere Posidonius & Amompharetus & Philocyon & Callicrates: in altero reliquos Spartiatas, in tertio seruos humauerũt. Hunc in modum Lacedæmonii sepulti sunt. [b] Tegeatæ verò & Atheniẽses suos vtrique promiscuè condiderunt: necnõ Megarẽses atque Phliasii suos ab equitatu interemptos. [c] Horum omnium sepulcra fuerunt plena. Nam aliorum sepulcra quæ ad Platæas ostenduntur, ea sunt (quantum ego accipio) ab iis excitata qui erubescebant se à pugna abfuisse, quum serò superuenissent. Quippe tumulus illic visitur qui dicitur AEginetarum: quem ego audio decẽ post hanc pugnam annis rogatu AEginetarũ à Cleade AVtodici filio viro Platæensi illorum hospite excitatum fuisse.

Græcis statim à cæsorum humatione in agro Platæensi, inito consilio visum est bellum Thebis inferendum, petendúmque eos qui cum Medis sensissent: & in primis Timegenidem & Attaginum, qui principes factionis extitissent: &, ni eos dedidissent, non prius ab vrbe discedendum quàm eam euertissent. Hoc vbi decreuere, vndecimo à pugna die mouentes obsedere Thebas.

[a] At Mardonii cadauer postridie *quã ille occubuit*, ex oculis summo cũ fuit: sed à quo, id verò mihi certò compertum nõ est.

[b] Tegeatæ verò seorsum *à Lacedæmoniis* omnes *suos* cõfertos humauerunt. Athenienses quoque, suos vno eodémque in loco, & Megarenses, & Phliasii *&c. Vt ómeũ sit quod de Tegeatis per ἀλέας significauit: quod reddidi Confertos, accipiens pro In eundem locum coacervatos. Potest tamen ὁμοῦ ita etiã accipi (& fortasse melius) Vt commune fuerit Athenensibus, Megarensibus & Phliasiis sepulcrum.*

[c] Γλήρεες *videtur ex sequentibus exponendum οὐ κυροί. q.d.* Atque horũ quidem omnium sepulcra, vacua non fuerunt, sed in iis cadauera verè condita fuerũt. Quod autem ad reliquorum attinet sepulcra quæ Platæis visuntur, hos ego accepi, quòd abfuisse à pugna puderet, singulos aggeres communes excitasse, posterorum rationẽ habentes. Ibi enim est AEginetarum quod vocatur sepulcrum à Cleade AVtodici filio, illorum hospite, eorũ rogatu decẽ etiam pòst annis (vt audio) extructum. *Observandum est autem χώματα dicere, nõ τάφους, eo quòd illis quidẽ pro sepulcris ea videri haberi, (* Vnde dicit καλοὺμενος τάφος. *q.d.* καλούμενος τάφος ἀλλ' οὐκ ἐὼν, χῶμα δὲ μοῦνον) *at re vera sepulcra non essent, sed aggeres tantùm sepulcra simulantes, siue imitantes. quos inquam pro sepulcris haberi videri, non à suæ ætatis hominibus (vtpote quibus cognita fraus esset) sed à posteris. Ideo illud ὅπως ὀπιγινομένων εἵνεκα αὐθρώπων Verto Posterorum rationem habentes, vel, Posterorum ratione habita. Neque enim placet interpretari In posterorum gratiam: quòd illos in hanc opinionem adducere, esset illis imponere, non autem gratificari. Potest tamen simplicissime Verti, Id facientes propter posteros. At Valla, alium quem Græca ferre non possunt sensum sequutus, Vertit, Quum serò supervenissent.*

A πυγμαπήχεος αὐδρὸς ὀστέα ἐφαίνη. ἐπεί τε δὲ Μαρδονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ ὁ νεκρὸς ἠφανίσθη, ὑπὸ ὅτεω μὲν αὐθρώπων, ὃ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν· πολλοὺς δέ τινας ἤδη ἐγὼ πυνθάνομαι ἠκούσας θάψαι Μαρδόνιον, καὶ δῶρα μεγάλα οἴδα λαβόντα πολλοὺς παρὰ Ἀρτέντεω τοῦ Μαρδονίου παιδὸς λέγοντος τὸ ἔργον· ὅστις μέντοι ἐστὶ αὐτέων ὁ ὑπελθὼν τε καὶ θάψας τὸν νεκρὸν Μαρδονίου, οὐ δύναμαι ἀτρεκέως πυθέσθαι. ἔχει δέ τινα
B φάτιν καὶ Διονυσιοφάνης, ἀνὴρ Ἐφέσιος, θάψαι Μαρδόνιον. ἀλλ' ὁμὲν δὴ τρόπῳ τοιούτῳ ἐτάφη. οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς ἐν Πλαταιῇσι τὴν λείην διείλοντο, ἔθαπτον τοὺς ἑωυτῶν, χωρὶς ἕκαστοι. Λακεδαιμόνιοι μὲν τείξας ἐποιήσαντο θήκας. ἔνθα μὲν τοὺς ἱρέας ἔθαψαν, τῶν καὶ Ποσειδώνιος καὶ Ἀμομφάρετος ἦσαν καὶ Φιλοκύων τε καὶ Καλλικράτης. ἐν μὲν δὴ ἑνὶ τῶν τάφων ἔσαν οἱ ἱρέες, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, οἱ ἄλλοι Σπαρτιῆται· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, οἱ εἵλωτες. ὅτι μὲν οὕτω ἔθαπτον. Τεγεῆται δὲ χωρὶς πρὸς ἔθαψαν ἀλέας· καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωυτῶν ὁμοῦ, καὶ Μεγαρέες τε καὶ Φλιάσιοι τοὺς ὑπὸ τῆς ἵππου διαφθαρέντας. τούτεων μὲν δὴ πρήνων πλήρεες ἐγένοντο οἱ τάφοι. τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι καὶ φαίνονται ἐν Πλαταιῇσι ἐόντες τάφοι, τούτους δὴ ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι ἐπαμησυνομένους τῇ ἀπεσοῖ τῆς μάχης, ἑκάστους χώματα χώσαι κενά, τῶν ὀπιγινομένων εἵνεκα αὐθρώπων.
D ἐπεὶ καὶ Αἰγινητέων ἔστι αὐτόθι καλεόμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω καὶ δέκα ἔτεσι ὕστερον μετὰ ταῦτα, δεκθέντων Αἰγινητέων, χῶσαι Κλεάδῃ τῷ Αὐτοδίκου, ἀνδρὸς Πλαταιέος, τοξότην ἑωυτῶν.

Ὡς δὲ ἄρα ἔθαψαν τοὺς νεκροὺς οἱ Πλαταιῆσι οἱ Ἕλληνες, αὐτίκα βουλευομένοισι σφι ἐδόκεε στρατεύεσθαι ἐπὶ Θήβας, καὶ ἐξαιτέειν αὐτέων τοὺς μηδίσαντας. ἐν τοσούτοισι δὲ αὐτέων, Τιμηγενίδεω, καὶ Ἀτταγίνου, οἱ ἄρχοντες αἰεὶ τοσοῦτοι ἦσαν· νῦν δὲ μὴ ἐκδιδῶσι, μὴ ἀπαναίσασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος τοσούτῳ ἢ ἐξέλωσι. ὡς δὲ σφι ταῦτα
E ἔδοξε, οὕτω δὴ ἐνδεκάτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς συμβολῆς ἀπικόμενοι ἐπολιόρκεον Θη-

ξαίους, κελεύοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας. ὁ A banos, iussos dedere quos dixim⁹ viros. Abnuentibus dedere Thebanis, agrum eòrum populabãtur, murúmque adoriebantur. Quibus ab agro vastando non discedentibus, vicesimo die Timegenides ad populares ita inquit, Viri Thebani, quandoquidem Græcis ita constitutum est, nõ prius abscedere ab oppugnatione Thebarum quàm aut eas expugnauerint, aut nos dedideritis, absit vt nostra causa Thebanus ager amplius vexetur: sed siue per causã deposcẽdi nos, pecunias cupiũt, pecunias eis è publico demus: (nã & publicè cũ Medis sensimus: non autẽ nos soli.) siue reuera deposcentes nos vrbẽ obsident, nosipsi nos in disceptationẽ exhibemus. Eum Thebani sanè probè & opportunè loquutum arbitrantes, eucstigio caduceatorem ad Pausaniam misere, velle se viros dedere. Ea re inter eos conuenta, Attaginus ex vrbe profugit: cuius liberos ad se Pausanias adductos culpa absoluit, negans pueros factionis Medicæ esse participes. Cæteri quos Thebani dedidere, ipsi quidem putabant se crimen refutaturos, ac pecunia elapsuros: Pausanias autem hoc ipsum suspicans fore, vbi illos accepit, dimissis omnibus sociorum copiis, Corinthũ deductos supplicio affecit. Hæc hactenus quæ ad Platæas & ad Thebas gesta sunt.

βουλομένων δὲ τῶν Θηβαίων ἐκδιδόναι, τὴν τε γῆν αὐτέων ἔταμνον καὶ προσέβαλλον τοῖς τεῖχος. καὶ, οὐ γὰρ ἐπαύοντο σινόμενοι, εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἔλεξε τοῖσι Θηβαίοισι Τιμηγενίδης τάδε, Ἄνδρες Θηβαῖοι, ὅτι μὲν οὕτω δέδοκται τοῖσι Ἕλλησι, μὴ πρότερον ἀπαίρειν πολιορκέοντας, πρὶν ἢ ἐξέλωσι Θήβας, ἢ ἡμέας αὐτοῖσι δῶτε, νῦν ὦν ἡμέων εἵνεκα γῆ ἡ Βοιωτίη πλέω μὴ αἰατλήσῃ. ἀλλ' εἰ μὲν χρημάτων χρῄζοντες, B προφάσιμα ἡμέας ἐξαιτέονται, χρήματα σφι δώμεθα ἐκ τοῦ κοινοῦ. (σεῖο γὰρ τῶν κοινῶν καὶ ἐμμεδίσαμεν, οὐ δὴ μοῦνοι ἡμέες) εἰ δὲ ἡμέων ἀληθέως δεόμενοι πολιορκέουσι, ἡμεῖς ἡμέας αὐτοὺς ἐς αἰτιηγίην παρέξομεν. καὶ τὰ μὲν ἔδοξε σφι λέγειν, καὶ ἐς κήρυξ· αὐτίκα τε ἐπεχειρεύοντο πρὸς Παυσανίην Θηβαῖοι, θέλοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας. ὡς δὲ ὡμολόγησαν ὅτι τούτοισι, Ἀτταγῖνος μὲν ἐκδιδρήσκει ἐκ τοῦ ἄστεος, παῖδας δὲ αὐτοῦ C ἀπαχθέντας Παυσανίης ἀπέλυσε τῆς αἰτίης, φὰς τοὺς μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. τοὺς δὲ ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξέδοσαν οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν ἐδόκεον ἀντιλογίης τε κυρήσειν, καὶ δὴ χρήμασι ἐπεπείθεσαν διωθέεσθαι. ὁ δὲ, ὡς προέλαβε, αὐτὰ ταῦτα ὑπονοέων, τῷ στρατιῷ τῷ τῶν συμμάχων ἅπασαν ἀπῆκε, καὶ ἐκείνους ἀγαγὼν ἐς Κόρινθον διέφθειρε. ταῦτα μὲν τὰ ἐν Πλαταιῇσι καὶ Θήβῃσι γενόμενα.

Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, φεύγων ἐκ Πλαταιέων, ἐς δὴ τοῦτο ἐγίνετο. ἀπικόμενον δέ μιν οἱ Θεσσαλοὶ τοῦδε σφέας, ὅτι τε ξείνια ἐκάλεον, καὶ ἀνηρώτεον τοῦ τῆς στρατιῆς τῆς ἄλλης, οὐδὲν ὑπισταμένους τῶν ἐν Πλαταιῇσι γενομένων. ὁ δὲ Ἀρτάβαζος, γνοὺς ὅτι εἰ ἐθέλοι σφι πᾶσαν τὴν ἀληθείην τῶν ἀγώνων εἰπεῖν, αὐτός τε κινδυνεύσοι ἀπολέεσθαι καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ στρατός· ὅτι δήπου γάρ οἱ πρῶτα πινὰ οἴετο πεπυσμένους τὰ γεγονότα· ταῦτα ἐκλογιζόμενος, οὔτε πρὸς τοῦ Φωκέας ἐξηγόρευε οὐδέν, πρός τε τοὺς Θεσσαλοὺς ἔλεγε τάδε, Ἐγὼ μὲν ὦ ἄνδρες Θεσσαλοὶ, ὡς ὁρᾶτε, ἐπείγομαί τε κατὰ τάχος ἐλθεῖν ἐς Θρῄκην, καὶ σπουδὴν ἔχω, πεμφθεὶς κατά τι πρῆγμα ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶνδε. αὐτὸς δὲ ὑμῖν

Artabazum autem Pharnacis filiũ, vt è Platæis fugiens porro se proripuerat, Thessali, quum ad ipsos venit, hospitio inuitatum interrogabant de reliquo exercitu, ignari prorsus rei ad Platæas gestæ. Iste intelligens, si omnem veritatem pugnæ referret, adituram se vitæ discrimen cum suo exercitu: fore enim vt omnes cognita re ipsum adorirentur: hæc considerans, nec apud Phocẽses retulerat quippiam, & tunc ad Thessalos ita loquutus est, Equidẽ, viri Thessali, maturo (vt cernitis) quamcelerrimè peruenire in Thraciam, missus cum hac exercitus parte ad quoddam negotium transigendum.

Mardonius autē ipſe cū ſuo exercitu aderit, noſtris veſtigiis inſiſtēs, cui hoſpitiū & officiū præſtate. hæc enim vos in tēpus præſtitiſſe non pœnitebit. Hæc fatus, copias feſtinabundus per Theſſaliam Macedoniámque agebat, rectà Thraciam verſus, tāquam verè properans: ac regionē mediterraneam præcidēs, peruenit Byzantium, permultis ſociorum in itinere relictis, qui vel à Thracibus obtrūcati fuerāt, vel quòd fame atque labore fuerant enecti. Ex Byzantio nauigiis tranſmiſit in Aſiā. Hunc in modum iſte rediit.

Quo autē die ad Platæas pugnatum eſt à Perſis, ea die contigit hoc apud Mycalen Ioniæ geri: quum apud Delon Græci cōſiderent, ii qui vnà cum Leutychide Lacedæmonio nauibus venerant, eò appulſi ſunt è Samo legati, Lampon Thraſyclei & Athenagoras Archeſtratidæ & Hegeſiſtratus Ariſtagoræ filius, miſſi à Samiis clam Perſis ac tyranno Theomeſtore Androdamātis filio, quem Perſæ tyrannum Sami conſtituerant. Hi quum adierunt duces, verba fecit Hegeſiſtratus multa & varia: Fore enī vt ſi tantúmodo viderēt hos Iones, à Perſis deficerent, nec barbari expectarent: etiā, vt expectarent, tamen fore vt non aliam prædā talē iſti reperirent. Præterea deos inuocans obſecrabat vt Græcos Græci liberarent, vlciſcerentúrque barbarum. quæ facilia dicebat factu eſſe, quia naues illorum ſegnes eſſent ad curſum, nec pares Græcis ad præliū. Siquid verò apud hos ſuſpicionis ſubeſſet ne dolo deducerentur, dicere paratos eſſe ſe vt in horum nauibus pro obſidibus agerentur. In his obſecrandis quum multus eſſet hoſpes Samius, ſciſcitabatur eū Leutychides, (ſiue ominis gratia volens audire nomen, ſiue caſu, id deo agēte) Samie hoſpes, quod eſt tibi nomen? Ille reſpondet, Hegeſiſtrato. Leutychides interpellata reliqua eius oratione, ſi quā inſtituerat, Accipio, inquit, pro augurio Hegeſiſtratū. Hoſpes

A Μαρδόνιος, ἐὼν στρατὸς αὐτὸς σοῦ καὶ πόδας «
μου ἐλαώνων, προσδόκιμός ἐστι. τὸν ξεινίζε- «
τε, ἐὼν ποιοῦντες φαίνεσθε. οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρό- «
νον τοῦτο ποιήσει μεταμελήσει. Τοῦτο δὲ «
εἰπὰς, ἀπέλαυνε σπουδῇ τὴν στρατιὴν δι'
Θεσσαλίης τε καὶ Μακεδονίης ἐπὶ τὸ Θρηί-
κιον, ὡς ἀληθέως ἐπειγόμενος, καὶ τὴν μεσό-
γαιαν τῶν ἀμφίων τῆς ὁδοῦ. καὶ ἀπικνέεται ἐς
Βυζάντιον, καταλιπὼν τὸ στρατοῦ τὸ ἑωυτοῦ
συχνοὺς ὑπὸ Θρηίκων τε καπακοπέντας
B κατ' ὁδὸν, καὶ λιμῷ συσσάντας καὶ καμάτῳ.
ἐκ Βυζαντίου δὲ διέβη πλοίοισι. αὐτὸς μὲν
οὕτω ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην.

Τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρης τῆς περ ἐν Πλα-
ταιῇσι τὸ πρῆγμα ἐγίνετο, συνεκήρυσσε γί-
E πολλοὶ, καὶ θρησκῆρες πολλοί· καὶ ἁρπάζουσιν ὅ,τι ἂν λάβωσιν. ὁ δὲ ἥλιος ἀνίσχων τὸ ἥμισυ τῆς ἡμέρας ψύχος ποιεῖ, τὸ δ' ἄλλο, λίαν ἀλεεινὸν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν τῆς Ἰνδικῆς τόπων. ὅτι Ἰνδοὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰσὶ μέλανες, ἀλλὰ φύσει.

εἰ) γάρ φησιν ἐν αὐλῖς καὶ ἄνδρας καὶ γυ- A
14 ναῖκας λευκοτάτους πάντων, εἰ δὲ ὅτι ἔλαττον. ἰδεῖν δὲ καὶ αὐτὸν τοιαύτας Ἰνδὰς δύο γυναῖκας, καὶ πέντε ἄνδρας. ὅτι πιστώσαιτὰ περὶ τοῦ ἡλίου βουλόμενος, ὡς ἐν λείαις ἡμέραις ἐν Ἰνδίᾳ ψύχει, λέγει ὅτι καὶ ὁ πῦρ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥέον τὸν μέσον χῶρον, ἄτε δικαίων ἀνδρῶν ὄντα, οὐ φθείρει, φθείρειν τὰ ἄλλα. καὶ ἐν Ζακύνθῳ κρουνίδας ἰχθυοφόρους εἶ) ἐξ ὧν αἴρεται πίσσα. καὶ ἐν Νάξῳ κρουνῶν, ἐξ ἧς οἶνος ἐνίοτε ῥεῖ καὶ μάλα B
ἡδύς. καὶ ὅτι πῦρ ἔστιν ἐγγὺς Φασηλίδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ὑπὲρ πέτρας καὶ νύκτα ἐκ ἡμέρας· καὶ ὕδατι μὲν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ ἀναφλέγει, φορυτῷ δὲ σβέννυται. ὅτι μέση τῇ Ἰνδικῇ ἄνθρωποι εἰσὶ μέλανες, καὶ καλοῦνται Πυγμαῖοι, τοῖς ἄλλοις ὁμόγλωσσοι Ἰνδοῖς. μικροὶ δέ εἰσι λίαν· ἑκὰ μακρότατοι αὐτῶν, πήχεων δύο· οἱ δὲ πλεῖστοι, ἑνὸς ἡμίσεος πήχεως. κόμην δὲ ἔχουσι μακροτάτην, μέχρι καὶ ὑπὲρ τὰ γόνατα, καὶ ἔτι κατώτερον, καὶ πώγωνα μέγιστον πάντων ἀνθρώπων. ἐπειδὰν οὖν τὸν πώγωνα μέγα φύσωσιν, οὐκέτι ἀμφιέννυνται ἀντὶ ἱματίου, ἀλλὰ ταῖς τρίχας, ταῖς μὲν ἐκ τῆς κεφαλῆς, ὅπισθεν καθιᾶσι πολὺ κάτω τῶν γονάτων· ταῖς δὲ ἐκ τοῦ πώγωνος, ἔμπροσθεν μέχρι ποδῶν ἑλκομένας. ἔπειτα περιπηχήσαντες ταῖς τρίχας περὶ ἅπαν τὸ σῶμα, ζώννυνται, χρώμενοι αὐταῖς ἀντὶ ἱματίου. αἰδοῖον δὲ μέγα ἔχουσιν, ὥστε φαίνειν D
τῶν σφυρῶν αὐτῶν, καὶ παχύ. αὐλοὶ δὲ σιμοί τε καὶ αἰσχροί. τὰ δὲ πρόβατα αὐτῶν, ὡς ἄρνες καὶ αἱ βόες καὶ οἱ ὄνοι, σχεδὸν ὅσον κριοί· καὶ οἱ ἵπποι αὐτῶν καὶ οἱ ἡμίονοι καὶ τἄλλα κτήνη πάντα, σχεδὸν μείζω κριῶν. ἔπειτα δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰνδῶν, τούτων τῶν Πυγμαίων. ἄνδρες τετρακισχίλιοι. σφόδρα γὰρ εἰσὶ τοξόται. δικαιότατοι δέ εἰσι, καὶ νόμοις χρῶνται ὡσαύτως καὶ οἱ Ἰνδοί. λαγωοὺς δὲ καὶ ἀλώπεκας θηρεύουσιν, οὐ τοῖς κυσὶν, ἀλλὰ κόραξι E
καὶ ἰκτῖσι καὶ κορώναις καὶ ἀετοῖς. ὅλη λίμνη ἐστὶν ἐν αὐλῖς, σταδίων ὀκτακοσίων ἡ

in quibuſdam enim viris & mulieribus inter eos ſummum candorem conſpici tradit: in paucioribus tamē. & ſe tales Indas duas & Indos quinque vidiſſe addit. Confirmare volēs quod de ſole dixerat, eum Indiæ trigintaquinque dierum refrigerationē concedere, ſcribit & flammam quæ ex AEtna erumpit, medium regionis tractū, vtpote qui à iuſtis hominibus incolatur, non labefactare, quum cætera labefactet. & apud Zacynthum fontes eſſe piſcium fertiles, è quibus pix educatur: & apud Naxum fōtem eſſe è quo vinum, & quidem ſuauiſſimum, nonnunquā profluat. Et ignem iuxta Phaſelidem in Lycia eſſe perpetuum, qui ſuper petram ſemper noctes diéſque ardeat: & qui aqua nō extinguatur, ſed redardeſcat: at fimo extingui poſſit. Media India nigros habet viros qui Pygmęi appellantur, eadem qua Indi cæteri lingua vtentes. ſunt autem valde parui: adeo vt bona pars dimidii cubiti magnitudinem, qui autē eorum maximus, duorum cubitorum magnitudinem non ſuperet. Capillum autem vſque ad genua & infra etiam demiſſum, barbam quoque quibuſuis aliis hominibus promiſſiorē geſtant. Atque adeo poſtquam illis promiſſa barba exorta eſt, nullo iam veſtitu vtuntur, ſed capillos quidem à tergo multo infra genua demittunt, barbam autem antè ad pedes vſque protrahūt: deinde, quum totum corpus pilis obduxerunt, ſeipſos cingunt, illis veſtimenti loco vtentes. Sed & veretrum illis eſt valde craſſum, adeóque magnum vt ad pedum vſque malleolos pertingat. Sunt porro ſimi atq; deformes. Oues autem eorum ſunt agnis *noſtris* pares: boues & aſini ad *noſtrorum* arietum magnitudinē accedūt. equi item eorum & muli cæteráque veterina animalia arietes magnitudine non ſuperant. Horū Pygmæorum tria millia rex Indorū in ſuo comitatu habet. ſunt enim ſagittarii peritiſſimi. Iuſtiſſimi autem ſunt, & iiſdem quibus reliqui Indi legibus vtuntur. Lepores & vulpes non canibus ſed coruis, miluis, cornicibus & aquilis venantur. Lacus eſt apud eos octingentorū ſtadiorū ambitū

habens,cui, quoties à nullo vẽto agitatur ,oleũ ſupernatat: quod quidam ex eius medio ſcaphiis hauriunt,nauigiolis per eum nauigantes.atque eo vtuntur. Vtũtur autem & oleo ex ſeſamo, & ex nucibus: ſed præſtãtius eſt quod è lacu illo hauritur. Habet verò etiam piſces hic lacus. Abundat præterea argento hæc regio, in qua ſunt & argenti fodinæ,non tantæ tamen, vt aiunt, altitudinis quantæ apud Bactra. Aurum quoque habet India, ſed quod non reperitur in fluuiis & abluitur,vt fit in flumine Pactolo : ſed multi & ſpatioſi mõtes id ſuggerunt: quos incolũt grypes, aues quadrupedes,lupi magnitudine, cruribus & vnguibus leoninis: qui pennas in pectore rubras , in reliquo corpore nigras habent. Propter has illud quod in mõtibus eſt copioſum aurum nõ facilè obtinetur. Oues Indorum & capræ maiores ſũt aſinis, & vtplurimum quaternos atque adeo ſenos pariũt. Caudæ autem illis adeo ſunt magnæ vt amputãdæ ſint illis quæ enixæ fuerint vt à mare poſſint iniri. At porcũ India nec mãſuetum nec ſyueſtrem vllum habet. Palmæ Indicæ earúmque fructus triplo Babyloniis ſunt maiores. Eſt ibi & quidam fluuius (vt ille ſcribit) è petra mel fundens. Sed multa de illorum iuſtitia & de beneuolentia qua regem ſuum proſequuntur, & de illorum cõtemptu mortis commemorat. Meminit & fontis cuiuſdam, cuius aquã, ſimulatque hauſta fuerit, in morem caſei coagulari dicit: cuius coagulatæ ſiquis tres obolos cum aqua biberit, quæcũque admiſerit patefacit. eo enim die mente alienatur. Eo autem vtitur rex erga eos qui an obiectis criminibus ſint affines, certò vult cognoſcere.nam ſiquis *id de quo accuſatur* effutiuerit, mortẽ ſibi cogitur conſciſcere: ſin *indicio ſuo* nullius criminis conuincatur,abſoluitur. Nullum ex Indis capitis aut oculorum aut dẽtium dolore laborare tradit,nulliq; circa os puſtulas oriri: eorúmque vitæ ſpatium eſſe cẽtum viginti, & triginta & quinquaginta annos: atque adeo ducentos, quorum ſit longiſſima. Eſt apud eos ſerpens dodrantali magnitudine,

A πελίμνης, ὃν ἢ αὐτέμου μὴ πνέοντος ἐπιῤῥῶ τῆς λίμνης, ἔλαιον ἐφίσταται. καὶ πλοιαρίοις πλέοντες δι' αὐτῆς, ὑπὸ μέσης αὐτῆς σκαφίοις ἔλαιόν ἀπαρύονται καὶ χρῶνται. χρῶνται δὲ καὶ σησάμῳ. ἔχει δὲ ἡ λίμνη καὶ ἰχθύας. καὶ ταῖς καρυίνῃ δὲ χρῶνται. χρεῖττον δὲ ὁ λιμναῖος. ἔστι δὲ αὐτόθι ἄργυρος πολύς, καὶ ἀργύρεα μέταλλα, οὐ βαθέα, ἀλλὰ βαθύτερα ἢ) φησὶ τὰ ὑπὸ Βάκτρις. ἔστι δὲ καὶ χρυσὸς ὑπὸ τῇ Ἰνδικῇ χώρᾳ, οὐκ ὑπὸ τοῖς ποταμοῖς θυϊσκόμενος καὶ πλυνόμενος, ὥσπερ ὑπὸ τῷ Πακτωλῷ ποταμῷ· ἀλλ' ὄρη πολλὰ καὶ μεγάλα, ὑπ' οἷς οἰκοῦσι γρῦπες, ὄρνεα τετράποδα, μέγεθος ὅσον λύκος· σκέλη καὶ ὄνυχες, οἷα περ λέων. τὰ μὲν τῷ ἄλλῳ σώματι φοινικᾶ, μέλαινα, ἐρυθρὰ δὲ τὰ ὑπὸ τῷ στήθει. δι' αὐγὴς δὲ ὁ ὑπὸ τοῖς ὄρεσι χρυσὸς πολὺς ὤν, γίνεται δυσπόριστος. ὅτι τὰ πρόβατα τῶν Ἰνδῶν καὶ αἱ αἶγες, μείζους ὄνων εἰσὶ, καὶ τίκτουσιν αἱ τέτρασι καὶ ἕξ, ὡς ὅτι τὸ πολύ. ἔλκουσι γὰρ μεγάλας· διὸ τῶν τοκάδων ἀποτέμνουσιν, ἵνα δυνῶνται ὀχεύεσθαι. ἡ δὲ οὔτε ἥμερος οὔτε ἄγριός ἐστιν ὑπὸ τῇ Ἰνδικῇ. Ⓐ δὲ φοίνικες οἱ ὑπὸ Ἰνδοῖς καὶ οἱ τούτων βάλανοι, τριπλάσιοι τῶν ὑπὸ Βαβυλῶνι. καὶ ποταμόν φησιν ὄρος πέτρας ῥέοντα μέλι. πολλὰ δὲ λέγει περὶ τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν καὶ τῆς περὶ τὸν σφῶν βασιλέα εὐνοίας, καὶ τῆς τοῦ θανάτου καταφρονήσεως. λέγει δὲ ὅτι πηγή ἐστι, καὶ ἐπειδάν τις ἀρύσῃ τὸ ὕδωρ αὐτῆς, πήγνυται ὥσπερ τυρός. τούτου οὖν τοῦ πηκτοῦ ὅσον τρεῖς ὀβολοὺς ἐὰν τρίψας δῷς τῷ ὕδατι πιεῖν, ἐξαγγέλλει πάντα ὅσα ἔπραξε. τοῦ γὰρ φρονεῖν καὶ μαίνεται ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ. χρᾶται δὲ αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς ἐφ' ὧν κατηγορουμένων ἀληθὲς εὑρεῖν ἐθελήσῃ. κἂν μὲν ἐξείπῃ, παραστάσεται ἀποκαρτερήσας· αἰ δὲ μηδὲν ἐλεγχθῇ, ἀφίεται. ὅτι φησὶν ὡς Ἰνδῶν τοὺς μὲν κεφαλαλγεῖ, τοὺς δὲ ὀφθαλμιᾷ, B τοὺς δὲ ὀδοντιᾷ, τοὺς δὲ ἕλκουσι τὸ στόμα, τοὺς δὲ παρειὰς τοὺς δὲ μέλι ἴσχει. ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν, ρκ' καὶ λ' καὶ ν', καὶ σ', Ⓐ τὰ πλείστα βιοῦντες. ἔστιν ὄφις ἀσθαμιαῖος ὑπ' αὐτοῖς,

τὸ δὲ εἶδος αὐτὸ ὡς ἡ καλλίστη πορφύρα· ἡ δὲ κεφαλὴ, λευκοτάτη· ὀδόντας δὲ οὐδ' ὅλως ἔχει. θηρεύεται δὲ τῶν καυματωδεστάτων ὀρέων, ὅθεν ἡ Σαρδὼ ὀρύσσεται. τοῦτο δάκνει μὲν οὐ, ὅταν δ' αὐ κατεμέσῃ, τοῦτο τὸ χωρίον πάντως σήπεται. ποιεῖ δὲ φάρμακον διττὸν, ἀπὸ τῆς οὐρᾶς κρεμάμενος, ἠλεκτρώδες καὶ μέλαν. καὶ τὸ μὲν, ζῶντος ἀποῤῥεῖ· τὸ δὲ μέλαν, θανόντος. καὶ τὸ μὲν, ὅσον σησαμοῦν διδόμενον, ὃ ζῶντος ἔῤῥυσεν, αὐτίκα φθείρει, ὃ ἐγκεφάλου τοῦ πόντου, ὅταν τῶν ῥινῶν ἀποῤῥύσηται· τὸ δὲ ἄλλο διδόμενον, εἰς φθίσιν ἀπάγει, καὶ δι' ἑαυτοῦ μόλις ἁλίσκεται. καὶ ὄρνεον, φησὶν, ὅπερ καλοῦμεν δίκαιον, ὃ παρ' Ἕλλησι δίκαιον σημαίνει· τὸ μέγεθος, ὅσον περδίκης ὠόν. τοῦτο καὶ ἀποπάτου χαίρουσι, ἵνα μὴ εὑρεθῇ. βιαζομένου δὲ, αὐτὸ θῇ αὐτοῦ ὅσον σησάμου, εὐθὺς ὕπνος ἐπιλαμβάνει· καὶ καθεύδει, μηδὲν αἰσθανόμενος· καὶ δυομένου τοῦ ἡλίου τελευτᾷ. καὶ ξύλον ἐστὶ πάρηον καλούμενον, τὸ μέγεθος ὅσον ἐλαία· ἐν τοῖς βασιλείοις μόνον βιάζεται κήποις. οὔτε ἄνθος φέρει, οὔτε καρπόν· δεκαπέντε δὲ μόνας ῥίζας ἔχει, καὶ τοσαύτας παχείας καὶ γῆς. ἔστι δὲ τὸ πάχος αὐτῆς ὅσον βραχίων, τὸ λεπτότατον. αὕτη ἡ ῥίζα, ὅσον ἀσσάριον, ἠλεκτρωθήσεται, οὗ ἂν προσαχθῇ, ἄπαντα ἕλκει πρὸς ἑαυτὸ, χρυσὸν, ἄργυρον, χαλκὸν, λίθους· καὶ τἆλλα πάντα, πλὴν ἠλέκτρου. εἰ δὲ ὅσον πήχεως ἡ ῥίζα ληφθῇ, ἕλκει καὶ ἄρνας καὶ ὄρνεα. τοῦτο γὰρ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων θηρεύουσι. ἐὰν βουλῇ καὶ ὕδωρ πῆξαι ὅσον χόα, τῆς ῥίζης ἐμβαλὼν ὅσον ὀβολὸν, πῆξις αὐτό· καὶ ἐὰν οἶνον, ὡσαύτως. ἐξῆς τῇ χειρὶ αὐτὸν, ὥσπερ κηρὸν· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀφανίζεται. δίδοται δὲ κοιλιακοῖς βοήθημα. ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς ἀφ' ὀρέων ἀφὰ τῆς Ἰνδικῆς, οὐ μέγας μὲν, ἀλλ' ὡς ὅτι δύο σταδίοις τὸ εὖρος· ὄνομα δὲ τῷ ποταμῷ, Ἰνδιστὶ μὲν Υ'πόχος, Ἑλλωιστὶ δὲ, Φέρων πάντα τὰ ἀγαθά. τοῦτο τοῦ ἑαυτοῦ λ' ἡμέρας ἠλεκτρον καταῤῥεῖ. φασὶ γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσι δένδρα εἶναι ὑγρασίαν τοῦ ὕδατος.

A aſpectu ſimilis pulcherrimæ purpuræ: caput candidiſſimum habens, dentibus omnino carens: quem venatores in feruentiſſimis montibus nanciſcuntur, ex quibus ſardo *gemma* effoditur. Hic non mordet, ſed quemcunque locum vomitu ſuo conſperſerit, in eo putredinem oriri neceſſe eſt. Si autem è cauda ſuſpēdatur, venenum duplex emittit, vnum dum viuit, quod nigrum eſt, electri ſpeciem referens: alterum, vbi mortuus eſt, nigrum & B ipſum. Et illius quidem prioris quod ab eo viuente profluxerit, ſi tantum detur quantum eſt ſeſamum, confeſtim enecat, cerebro eius qui ipſum biberit, per nares effluente: alterum autem ſi detur, tabem inuehit, & vix intra anni ſpatium perimit. Meminit & auis δικαίου cognominatæ, (eſſe autem δίκαιον idem quod Græcis δίκαιον, *id eſt iuſtū*) quæ oui perdicis magnitudinem C non excedat. hanc ſtercus ſuum defodere tradit, ne inueniatur: quod ſi inuentum ſeſami menſura bibatur, manè ſomnus eum qui biberit corripit, & ita dormit vt nihil ſentiat: vergente autem ad occaſum ſole, expirat. Eſt ibi & lignum πάρηον dictum, oleæ magnitudine, quod in regiis duntaxat inuenitur hortis: nec florem nec fructum producens: ſed quindecim duntaxat ſub terra ſunt ei craſſæ radices, quarum D vnaquæque brachii craſſitudinē habet. huius ſi dodrantem quis ſumpſerit, omnia quibus illa admouetur ad ſe trahit, aurum, argentum, æs, lapides, & alia quælibet, præter electrum: ſin quis tātum eius quanta eſt cubiti menſura, acceperit, & agnos & aues ad ſe trahit. nam & hac maiorē auium partem venantur. Quinetiam, ſi aquam concreſcere velis, in aquæ congium radicis huius obolum iniiciens, concreſcere facies. Idémque in vino efficere poteris: manúque, velut cerā, tenebis: ſed poſtridie ſoluitur.

Auxiliatur & cœliacis. Eſt præterea fluuius Indiam interlabens, duorum ſtadiorum latitudinem non excedens: qui ab Indis ὕπαρχος appellatur, quod Græcè ſonat, Φέρων πάντα τὰ ἀγαθὰ, *id eſt, ferens omnia bona.* ex hoc per triginta cuiuſque anni dies electrū emanare dicit. Eſſe enim in mōtibus arbores aqua extātes,

(montes enim alluuntur aqua) quæ certo anni tempore lacrymas emittant, velut amygdalus, aut pinus, aut alia quæpiam arbor: (atque hoc per triginta potissimùm anni dies contingere) has autem lacrymas in fluuium cadentes cócrescere. vocarique hanc arborem Indica lingua, siptachora, quod Græcis significet γλυκὺ, ἡδὺ, *id est, dulce, suaue*, atque Indos electrum inde colligere. Sed & fructum qui à quibusdam illarum arborum, velut à vitibus producatur, esse racemos, quorum acini nuces Pōticas magnitudine æquent. His in montibus degere scribit homines caninum caput habentes, qui agrestium animalium exuuiis amictantur: & sermone nullo vtantur, sed latratum duntaxat more canum edant, cuius significatio perinde ac sermonis intelligatur. His dentes quàm canibus esse maiores: vngues caninis esse similes, nisi quòd lōgiores sint & rotundiores. Incolere autem mōtes vsque ad fluuium nomine Indum: atque esse atro colore. Hos, sicut & cæteros Indos cum quibus commercium habēt, esse iustissimos. & hos quidem quæ ab illis dicantur intelligere, quum autem ipsi loqui nō possint, latratu & manibus atque digitis, velut eos qui surdi ac muti sint, signa dare. Hos ab Indis Calystrios nominari, quod Græci dicerent *κυνοκεφάλους, id est capita canum habentes*. Addit, hanc nationem nō pauciorum esse quàm centum viginti millium hominum. Ad illius autem fluminis fontes purpureum florē nasci, ex quo purpura tingatur nihilo Græca inferior, quin potius multo ea floridior. Ibi & animalia scarabei magnitudine nascuntur, minii ruborem, longissimos autem pedes habentia: quæ mollia sunt vt vermes. nascuntur autem hæc in arboribus quæ electrum ferunt, eorúmque fructum depascūtur & corrumpunt, vt phthires in Græcia vites corrumpere solent. Hæc animalia terentes Indi, puniceo colore saga & tunicas, & quicquid aliud volunt, inficiunt: súntque hæ tinctūræ Persicis præstantiores. Hi Cynocephali in montibus habitantes, nullum artificium exercent,

(ὕδατι γὰρ ῥεῖται τὰ ὄρη) εἶτα ὥρα ἔστιν ὅτε δάκρυα φέρει ὥσπερ ἀμυγδαλῆ, ἢ πίτυς, ἢ ἄλλό τι δένδρον· μάλιστα δὲ εἰς λ' ἡμέρας τῆ ἐνιαυτοῦ. εἶτα ἀποπίπτει τὰ δάκρυα ταῦτα εἰς τὸν ποταμόν, καὶ πήγνυται. τῷ δενδρέῳ δὲ τούτῳ ὄνομά ἐστιν Ἰνδιστὶ σιπταχόρα. Ἑλληνιστὶ σημαίνῃ, γλυκὺ, ἡδύ. κἀκεῖθεν ⓐ Ἰνδοὶ συλλέγουσι τὸ ἤλεκτρον. φέρει δὲ καὶ καρπὸν τὰ δένδρα βότρυς, ὥσπερ ἄμπελος. ἔχειν δὲ τὰς ῥῶγας ὥσπερ κάρυα τὰ Ποντικά. ἐν τοῖσδε τοῖς ὄρεσι φησὶν αὐ- B θρώπους βιοτεύειν κυνὸς ἔχοντας κεφαλήν. ἐσθῆτας δὲ φορεῖσθαι ἐκ τῶν ἀγρίων θηρίων. φωνὴν δὲ ἀφιέναι μὲν οὐδεμίαν, ὑλάττουσι δὲ ὡσεὶ κύνες, καὶ οὕτως σημαίνουσι αὐτῶν τὴν φωνήν. ὀδόντας δὲ μείζους ἔχουσι κυνὸς, καὶ τοὺς ὄνυχας ὁμοίους κυνῶν, μακροτέρους δὲ καὶ στρογγυλωτέρους. οἰκοῦσι δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι, πλησίον τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ. μέλανες δὲ εἰσι καὶ δίκαιοι πάνυ, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι Ἰνδοὶ οἷς ὁμομίγνυνται. καὶ σημαίνουσι μὲν τὰ πρὸς ἐκείνων λεγόμενα, αὐτοὶ δὲ οὐ δύνανται C φθέγγεσθαι, ἀλλὰ τῇ ὠρυγῇ καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις σημαίνουσιν, ὥσπερ οἱ κωφοὶ καὶ ἄλαλοι. καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν Καλύστριοι, ὅπερ ἐστὶν Ἑλληνιστὶ Κυνοκέφαλοι. τὸ δὲ ἔθνος ἐστὶν ἕως δώδεκα μυριάδων. ὧδε δὲ ταῖς πηγαῖς πύπτει τοῦ ποταμοῦ ἐστὶ πεφυκὼς ἄνθος πορφυρεωῶδες οὗ πορφύρα βάπτεται οὐδὲν ἥττων τῆς Ἑλληνικῆς. ἀλλὰ καὶ πολὺ ἡδυθεσία. ὅτι καὶ τόδε ἐστὶ γινόμενα θηρία τὰ μέγεθος ὅ- 16
σον κάνθαρος, ἐρυθρὰ ὥσπερ κινάβαρι. πό- D δας δὲ ἔχει μακροὺς σφόδρα. μαλακὸν δέ ἐστιν ὥσπερ σκώληξ. καὶ γίνεται ταῦτα ὅτι τῶν δένδρων τῶν τὸ ἤλεκτρον φερόντων· καὶ ⓦ καρπὸν κατεσθίει αὐτῶν καὶ διαφθείρει, ὥσπερ οἱ τοῖς Ἕλλησιν ⓐ φθεῖρες τὰς ἀμπέλους. ταῦτα οὖν τὰ θηρία τείσοντες ⓐ Ἰνδοὶ, βάπτουσι τὰς φοινικίδας καὶ τοὺς χιτῶνας, καὶ ἄλλο ὅ,τι ἂν βούλωνται· καὶ εἰσι βελτίω τῶν ὧδε Πέρ- E σαις βαμμάτων. ὅτι ⓐ Κυνοκέφαλοι οἰκοῦντες ἐν τοῖς ὄρεσιν, οὐκ ἐργάζονται,

ἀπὸ θήρας

ἀπὸ θήρας δὲ ζῶσιν· ὅταν δὲ ἀποκτείνωσιν αὐτά, ὀπτῶσι πρὸς τὸν ἥλιον. τρέφουσι δὲ καὶ πρόβατα πολλά, καὶ αἶγας, καὶ ὄνους. πίνουσι δὲ γάλα καὶ ὀξύγαλα τῶν προβάτων. ἐσθίουσι δὲ καὶ τὸν καρπὸν τοῦ σιφαχόρου, ἀφ' οὗ τὸ ἤλεκτρον· γλυκὺς γάρ. καὶ ξηραίνοντες ἀλῶσι, σωρεύσαντες συρράπτουσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἕλλησι τὴν ἀσταφίδα. οἱ δὲ Κυνοκέφαλοι σχεδίαν ποιησάμενοι, καὶ ὀπτήσαντες, ἀπάγουσι φόρτον τοῦτον· καὶ τῆς πορφύρας τὸ αἷμα καθαρὸν ποιήσαντες, καὶ τοῦ ἠλέκτρου ξ' καὶ σ' τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ· καὶ ὅτῳ ὁ φοινίκιον βάπτεται τοῦ φαρμάκου, ἕτερα τοσαῦτα. καὶ ἠλέκτρου χίλια τάλαντα ἀπάγουσι κατ' ἐνιαυτὸν τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ. καὶ ἕτερα δὲ καταγόντες πωλοῦσι τοῖς Ἰνδοῖς, πρὸς ἄρτους καὶ ἄλφιτα καὶ ξύλινα ἱμάτια. πωλοῦσι δὲ καὶ ξίφη, οἷς χρῶνται πρὸς τὰ τῶν θηρίων ἄγρα, καὶ τόξα καὶ ἀκόντια. πάνυ γὰρ ἀγχίνοοί εἰσιν ἀκοντίζειν καὶ τοξεύειν. ἀπόλεμοί εἰσι, διὰ τὸ οἰκεῖν αὐτοὺς ὄρεα ἄβατα καὶ ὑψηλά. δίδωσι δὲ αὐτοῖς διὰ πέμπτου ἔτους δῶρα ὁ βασιλεύς, λ' μὲν μυριάδας τόξων, καὶ ἀκοντίων τοσαύτας, πελτῶν δὲ, δώδεκα· καὶ ξίφη δὲ πεντακισμύρια. τούτοις τοῖς Κυνοκεφάλοις οὐκ εἰσὶν οἰκίαι, ἀλλ' ἐν σπηλαίοις διαιτῶνται. θηρεύουσι δὲ τὰ θηρία, τοξεύοντες καὶ ἀκοντίζοντες, καὶ διώκοντες καταλαμβάνουσι· ταχὺ γὰρ τρέχουσι. λούονται δὲ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἅπαξ τοῦ μηνός, ὅταν τὰ καταμήνια αὐταῖς ἔλθῃ, ἄλλοτε δ' οὔ. οἱ δὲ ἄνδρες οὐ λούονται μόνον, ἀλλ' οὐδὲ χεῖρας ἀπονίζονται. ἐλαίῳ δὲ χρίονται τρὶς τοῦ μηνός, τῷ ἀπὸ τοῦ γάλακτος γινομένῳ, καὶ ἐκτρίβονται δέρμασι. τὰ δὲ ἐσθῆτα ἔχουσιν οὐ δασείαν, ἀλλὰ φιλοῦσι τὰ μαθήματα, ὡς λεπτοπάτων, καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν. οἱ δὲ πλουσιώτατοι αὐτῶν λινᾶ φοροῦσιν· οὗτοι δ' εἰσὶν ὀλίγοι. κλίναις δὲ αὐλοῖς οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ σιβάδας ποιοῦνται. ὃς δ' αὐτῶν πλουσιώτατος νομίζεται εἶναι, ᾧ ἂν πλεῖστα πρόβατα ᾖ· ἡ δὲ ἄλλη οὐσία, ὡς ἁπλῶς. οὐρὰν δὲ ἔχουσι πάντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ὡσπερ τὰ ἱππία, οἱ δὲ ὡς κύνων.

sed è venatu sibi victum comparant: & quæ occiderint animalia, ad solem torrẽt. Multas præterea oues, capras & asinos alunt. lac autem ouiũ & oxygala (*q.d. lac acidum*) illis est potus. Vescuntur autẽ & fructu siptachoræ *arboris suprà memoratæ*, è qua prouenit electrũ. est enim dulcis. Sed & illis arefactis (vt à Græcis vuæ arefiunt) sportas à se cõtextas implent, quas deinde ratibus impositas, vnà etiam cũ flore purgato ex quo purpureꝰ color conficitur, & cum electri ducentis sexaginta talentis, & totidem illius pharmaci quo ad punicei coloris tinctura vtũtur, & *aliis* * electri mille talentis, Indorum regi quotannis aduehunt. Sed & cæteris Indis merces huiusmodi aduchentes vendũt, ab illis viciſſim panes & farinã & ligneos amictus accipientes. Sed & gladios quibus ad ferarum venatum vtuntur, arcúsque & iacula illis vendunt. sunt enim & sagittarii & iaculatores peritissimi. Sunt autem inexpugnabiles, quòd montes altos & inacceſſos habitẽt. Munera autẽ illis quinto quoque anno rex donat, trecenta arcuum & totidem iaculorum millia, peltarum centum viginti millia, gladiorum quinquaginta millia. His Cynocephalis nullæ sunt domus, sed in speluncis habitant. Quas autem feras inter venandum sagitta vel iaculo petierint, eas persequẽtes assequuntur. veloces enim sunt ad cursum. Earum vxores semel duntaxat in mẽse se lauant, quũ menstrua aduenerunt, aliâs nũquam. At viri se non lauant, sed manus duntaxat abluunt. Sed ter in mense oleo se vngũt quod è lacte conficitur, & se pellibus abstergunt. Vestem autem villosam non gestãt, sed villis carẽtia masthlemata quamtenuissima ipsi pariter & eorum vxores induũt. At qui sunt inter eos ditissimi, lineo amictu vtuntur. hi autem sunt pauci. Lectorũ nullus est apud eos vsus, sed toris extẽporaneis vtũtur. Is verò inter eos ditissimꝰ habetur cui maxima fuerit ouiũ copia. Caudá autẽ habẽt omnes viri & mulieres, supra nates, canũ more:

ſed maiorem magiſque piloſam. Coeunt cum fœminis quadrupedes, canum ritu, alióque modo coire turpe cenſent. Sunt autem iuſti, & vitæ, præ quibuſuis hominibus, longiſſimæ. centum enim & ſeptuaginta, nonnulli & ducentos viuũt annos. Vltra hos autem alios habitare dicit ſupra fluuii fontes: qui nigri ſint, ſicut & cæteri Indi: otioſique degant, ac neque frumentum edant, neque aquam bibant: ſed magnam boum, caprarum, ouium copiã alant, eorúmque lac potent, ac nihil aliud. Apud illos quum in lucem prodeunt infantes, ſedem perforatam non habent, neque cacant: ſed nates quidem habẽt, at foramen interiectum non eſt. quo fit vt non cacent, ſed caſeoſum quiddam meiant, non valde craſſum tamen, ſed fæculentum. Quum autem manè lac biberũt, & meridie ad eius potum reuertuntur, dulcem quandam apud eos radicem eſſe aiunt quæ lac in eorum ventre coagulari non ſinat. Huius igitur eſu vomitũ veſperi prouocant, omniáque facilè euomũt. Aſinos ſylueſtres habet India equis pares, quoſdam & maiores: quibus caput purpureũ, oculi cærulei, reliquum corpus eſt album. Cornu illis in fronte cubitalis magnitudinis, cuius inferior verſus frontem pars duorum palmorũ ſpatio ſit candidiſſima: at ſuperior quæ in acutũ tendit, punicea ſit, ſummum ruborem adiunctum habens: pars autem media, ſit nigra. Ex his pocula conficiuntur, è quibus qui bibunt, nec ſpaſmo nec ſacro morbo corripiuntur: ſed nec venena vllam in eos vim habent, ſi modò vel antequã illa hauriãt, vel, poſtquã hauſerint, aquam aut vinũ aut aliud quippiam ex illis poculis bibant. Ac cæteri quidem aſini & manſueti & ſylueſtres cæteráque ſolidipeda animantia & talis & felle in iecore carẽt: at hi & talum & fel in iecore habent: & quidem talũ omnium quos mihi videre contigit pulcherrimum, bouis talo & ſpecie & magnitudine ſimilẽ, perinde grauem ac plumbum,

A μείζονα δὲ καὶ δασυτέραν. καὶ μίσγονται
ταῖς γυναιξὶ τετραποδίσι, ὥσπερ ⓐ κύνες·
ἄλλως δὲ μιγλῶνται, αὐλοῖς ὄζειν αἰσχρόν. δί-
καιοι δέ εἰσι καὶ μακροβιώτατοι πάντων αὐ-
θρώπων. ζῶσι γὰρ ἔτη ρ' καὶ ο', ἔνιοι δὲ αὐ-
τῶν καὶ σ'. ὑπὲρ δὲ τούτους, ἑτέρους φασὶ
βιοτεύειν, αἰῶνα τῶν πηγῶν τῶν ποταμοῦ· οὗτοι
δὲ οἱ αὐθρωποι, μέλανες μὲν εἰσιν, ὥσπερ καὶ
ⓐ ἄλλοι Ἰνδοί· ἐργάζονται δὲ οὐδέν, οὐδὲ
ἐσθίουσι σῖτον, οὐδὲ πίνουσιν ὕδωρ. τροφὰ-
B τα δὲ πολλὰ τρέφουσι, καὶ βοῦς καὶ αἶγας καὶ
ὄϊς· πίνουσι δὲ ὃ γάλα, ἄλλο δὲ οὐδέν. ὅταν
δὲ γένηται παιδίον αὐτῶν παιδίον, ὃ τέτρηται τὴν
πυγὴν, οὐδὲ ἀποκατεῖ· ἀλλὰ τὰ μὲν ἰσχία
ἔχει, ὃ δὲ τρῆμα συμπέφυκε. διὸ ἀποπα-
τοῦσι μὲν οὐ, οὐρεῖν δὲ ὥσπερ τυρὸν αὐλοὺς φα-
σιν οὐ πάνυ παχύ, ἀλλὰ θολερόν. ἐπὰν δὲ
τρέφωσι τὸ γάλακτος, καὶ εἰς μέσον ἡ-
μέρας αὖθις πίοντες, ῥίζαν φασὶ πρὸ αὐλοῦ
εἶναι γλυκεῖαν, ἥτις οὐκ ἐᾷ τὸ γάλα πήγνυ-
C σθαι ἐν τῇ κοιλίᾳ. ταύτην οὖν προφερόντες,
εἰς ἑαυτοῦ ἔμετον ποιοῦνται, καὶ ἀξεμοῦσιν
ἄπαντα ῥᾳδίως. ὅτι εἰσὶν ὄνοι ἄγριοι ἐν
τοῖς Ἰνδοῖς, ἴσοι ἵπποις, καὶ μείζους. λευκοὶ
δὲ εἰσι τὸ σῶμα, τὴν κεφαλὴν πορφυροῖ,
καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχουσι κυανέους. κέρας δὲ
ἔχουσιν ἐν τοῦ μετώπου, ἑνὸς πήχεως τὸ 17
μέγεθος. καὶ ἔστι τὸ μὲν κάτω τοῦ κέρατος,
ὅσον σπιθαμὰς δύο παλαιστὰς πρὸς τὸ μέτω-
πον, πάνυ λευκόν· τὸ δὲ ἐπάνω ὀξὺ ὂν τοῦ
D κέρατος· τοῦτο δὲ φοινικοῦν ἐστιν, ἐρυθρὸν
πάνυ· τὸ δὲ ἄλλο τὸ ἐν τοῦ μέσου, μέλαν.
ἐκ τούτων ⓐ πίοντες (κατασκευάζουσι
γὰρ ἐκπώματα) ἀσπασμῷ, φασὶν, οὐ
λαμβάνονται, οὔτε τῇ ἱερᾷ νόσῳ. ἀλλ' οὐ-
δὲ φαρμάκοις ἁλίσκονται, οὔτ' ἂν προ-
πίωσιν, οὔτ' ἂν τοῦ φαρμάκου ὅτι πίω-
σιν ἢ οἶνον, ἢ ὕδωρ, ἢ ἄλλό τι ἐκ τῶν ἐκ-
πωμάτων. ⓐ μὲν οὖν ἄλλοι ὄνοι καὶ ἡ-
μέροι καὶ ἄγριοι, καὶ τὰ ἄλλα μήκυνα
E θηρία πάντα ἀστραγάλους οὐκ ἔχουσιν,
οὐδὲ χολὴν ὅτι τοῦ ἥπατος· οὗτοι δὲ καὶ
ἀστράγαλον καὶ χολὴν ὅτι τοῦ ἥπατος ἔ-
χουσι. ⓦ δὲ ἀστράγαλον, κάλλιστον ὧν ἑ-
γὼ ἑώρακα, οἷονπερ βοὸς καὶ ὃ εἶδος
καὶ τὸ μέγεθος· βαρὺς δ' ὡς μόλιβδος·

τὴν δὲ χρόαν, ὥστε μιννάζεσθαι, καὶ ἀμφὶ βάθος. Ταχύτατον δὲ ὄντα ὃ ζῷον τοῦτο καὶ ἀλκιμώτατον· οὐδὲν δὲ οὔτε ἵππος, οὔτε ἄλλο οὐδὲν διωκόμενον καταλαμβάνει. ἄρχεται δὲ, βραχὺ βέλτιον· ὅσον μὲν οὖν ἐπὶ πλέονα χρόνον τρέχῃ, ἐντείνεται δαιμονίως, καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον τρέχει. ἄλλως μὲν οὖν ἀθήρατόν ἐστι τὸ ζῷον τοῦτο· ὅταν δὲ τὰ τέκνα μικρὰ ὄντα προσάγωσιν ἐπὶ τὴν βοτάνην, καὶ ἀπὸ ἱππείας πολλῆς προσελήφθωσιν, οὐ βουλόμενα φεύγειν καταλιπόντες τοὺς πώλους, ἀλλὰ μάχονται καὶ κέρασι καὶ λακτίσμασι καὶ δήγμασι, καὶ πολλοὺς καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας ἀπολλύουσιν· ἁλίσκονται δὲ καὶ αὐτοὶ, τοξευόμενοι καὶ ἀκοντιζόμενοι. ζῶντας γὰρ οὐκ ἄν λάβοις. τὰ δὲ κρέα, διὰ τὴν πικρότητα, ἄβρωτά ἐστιν· θηρεύεται δὲ τῶν κεράτων καὶ τῶν ὀστράγαλων ἕνεκεν. Ὅτι ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῶν σκώληξ γίνεται, τὸ μὲν εἶδος, οἷον ἐν ταῖς συκαῖς εἴωθε γίνεσθαι, τὸ δὲ μῆκος, πήχεων ἑπτά· καὶ μείζους δὲ καὶ ἐλάττους. τὸ δὲ πάχος δεκαετὲς παῖδα μόλις φασὶ ταῖς χερσὶ περιλαβεῖν. ἔχουσι δὲ ὀδόντας δύο, ἕνα ἄνω, καὶ ἕνα κάτω· καὶ ὅ, τι ἂν λάβωσι τοῖς ὀδοῦσι, κατεσθίουσι· καὶ τὴν μὲν ἡμέραν ἐν τῇ ἰλύϊ τοῦ ποταμοῦ διατρίβουσι, τῇ δὲ νυκτὶ ἐξέρχονται. καὶ τούτων ὃς ἂν ἐντύχῃ ἵππῳ ἢ βοῒ ἢ καμήλῳ, ἢ ἄνθρωπον, συλλαβὼν ἕλκει εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ πρῶτα κατεσθίει, πλὴν τῆς κοιλίας. ἁλίσκεται δὲ ἀγκίστρῳ μεγάλῳ, ἔριφον ἢ ἄρνα ἐνδησάντων τῷ ἀγκίστρῳ, καὶ ἁλύσεσι σιδηραῖς ἐναρμοσάντων. ἁλόντες δὲ, τριάκοντα ἡμέρας κρεμῶσιν αὐτὸν, καὶ ἀγγεῖα ὑποτιθέασι· καὶ ῥεῖ ἐξ αὐτοῦ ὅσον δέκα χοτύλας Ἀττικὰς ὁ πλῆθος. ὅταν δὲ προέλθωσιν αἱ τριάκοντα ἡμέραι, ἀποῤῥίπτουσι τὸν σκώληκα, καὶ τὸ ἔλαιον ἀσφαλισάμενοι, ἄγουσι τῷ βασιλεῖ μόνῳ τῶν Ἰνδῶν· ἄλλῳ δὲ οὐκ ἔξεστιν ἐξ αὐτοῦ ἔχειν. τοῦτο δὲ ἔλαιον ᾧ ἂν ὁτιοῦν ἀπόληται, ἀναθάλλει, καὶ καταφλέγει ξύλα καὶ ζῶα· καὶ ἄλλως οὐ σβέννυται εἰ μὴ πηλῷ πολλῷ τε καὶ παχεῖ.

Ὅτι ἔστι δένδρα ἐν Ἰνδοῖς ὑψηλὰ ὥστε κέδρος ἢ κυπάρισσος, τὰ δὲ φύλλα ὥστε

minii colorem non in ſuperficie tantùm, ſed & interius habentē. Eſt autem & velociſſimus & ſtrenuiſſimus: eúmque nec equus nec aliud animal perſequens aſſequi poteſt. Et initio quidem remiſſius currit: quo autē diutius cucurrerit, miro quodam modo concitatior fertur, eiúſque magis & magis velox eſt curſus. Hac autem arte ſola poteſt à venatoribus capi: Quum illi ſuos catulos ad paſcua eduxerint, à multo equitatu circumdantur. nolentes autem relictis catulis fugam capere, cornibº calcibúſq; & morſibus pugnant, multóſque & equos & viros interficiunt: ſed tādem & ipſi ſagittis & iaculis cōfoſſi ab illis capiuntur. viuos enim capere nullo modo queas. Eorum verò carnes propter amaritiem eſculentæ nō ſunt. atque adeo nō propter aliud quàm propter cornua & talos hoc animal venātur. In flumine Indico vermis naſcitur ſpecie quidē eum qui innaſci ficui ſolet referēs, ſeptem autē cubitorum longitudinem, alius maiorem, alius minorem habēs: craſſitudinem verò talem vt eum puer annos decem natus vix vlnis amplecti poſſit. Duo ſunt illi dentes, vnus ſuprà, alter infrá. his dentibus quicquid prehenderit, deglutit. Et interdiu quidem in limo fluminis commoratur, at noctu egreditur: egreſſus autem, quemcunque obuium bouem aut camelum momorderit, ad fluuiū trahit, totúmque, præter ventrē, deuorat. Capitur grandi hamo, cui hœdum aut agnum ferreis catenis alligauerint. Vbi ceperunt, per triginta dies ſuſpēſum, vaſis ſuppoſitis, relinquunt: intra quod tempus ex eo diſtillāt quæ decē cotylas Atticas implere poſſint. Elapſis triginta diebus, ipſū vermem abiiciūt: oleum autem, adhibitis cuſtodibus, ad ſolū Indorum regem mittunt. alii enim id habere non licet. Oleum hoc id cui ſuperfuſum fuerit accēdit, & ligna pariter animaliáque cōburit: ſolóque luto, & eo quidem craſſo, extingui poteſt.

Habent Indi arbores cedro aut cupreſſo proceritate pares, quarum folia

palmæ foliis paulo latiora, alioqui ſunt ſimilia, & axillis carent. Florem qualẽ laurus mas emittunt, ſed fructum nullum ferũt. Nomen illis eſt Indicũ, carpion: Græcum, myrorhoda. Sunt autem raræ. Ex illis olei guttæ diſtillant, quas lana arbori impreſſa excipiẽtes, in lapideos alabaſtros, illam exprimendo, infundunt. Eſt autem id ſubrubrum & craſſiuſculum, adeóque fragrans vt ad quinque ſtadia eius odor perueniat. Soli autem regi eiúſque propinquis id poſſidere conceditur. Ex eo rex Indiæ ad Perſarum regem miſit: ſéque Cteſias id vidiſſe: & odorem qui nec dici nec cuiquã alii aſſimilari poſſit, ſe percepiſſe narrat. Caſeũ & vinum omnium ſuauiſſimum illos habere, ſe expertũ ſcire, (quippe qui vſus ſit) commemorat. Fons eſt apud Indos, quadratæ formæ, circuitu circiter quinque vlnas habente, cuius aqua eſt intra petram, quæ, antequam ad ipſam aquam perueniatur, trium cubitorum, ſub aqua trium vlnarum altitudinem habeat. In ea ſpectatiſimi quique Indorum cum liberis & vxoribus ſe lauãt. In eadẽ natanturi ſe in pedes proiiciunt, quum autem in eam inſilierint, eos ſurſum attollit aqua. Nec verò ſolos homines ſurſum attollit, ſed quoduis animal, ſiue viuum ſiue mortuum, in terram expellit: atque adeo quæcunque in eam coniiciuntur, præter ferrum, argẽtum, aurum & æs. hæc enim in fũdum demittit. Eſt autem eius aqua perfrigida, & potu ſuauis: quæ magnum ſtrepitum edit, non ſecus ac quæ in lebete feruefit aqua. Sed & vitiligini & ſcabiei medetur. Hæc Indico ſermone βαλλάδη· Græco ὠφελίμη, *id eſt, vtilis*, vocatur. In iis Indiæ montibus ex quibus eorũ calamus prouenit, habitat quoddam hominum genus non pauciorum triginta millibus, quorũ vxores ſemel duntaxat in vita pariunt: habéntque earum fœtus dentes ſupernè pariter & infernè valde pulchros: necnó vniuerſis tam fœminis quàm maribus & capitis & ſuperciliorũ pili iã inde à natiuitate ſunt cani. Vnuſquiſque certè eorum vſque ad trigeſimum ætatis annũ albos

A Φοίνιξ, ὀλίγον πλατύτερα. καὶ μαχαλίδας οὐκ ἔχει. αὐθεῖ δὲ ὥσπερ ἡ ἄρσην δάφνη, καρπὸν δ' οὐκ ἔχει. ὀνομάζεται δὲ Ἰνδιστὶ μὸν, κάρπιον, Ἑλλωιστὶ δὲ μυρορόδα. ἔστι δὲ εὐῶδια. ῥέουσι δὲ ἐξ αὐτῶν ἐλαίου σταγόνες, οἷς ἐρίῳ ἀναψῶντες ἀπὸ τοῦ δένδρου, ἀποπιέζουσιν εἰς ἀλαβάστρους λιθίνους. ἔστι δὲ ὃ μὲν χρῶμα, ἀτρέμας ὑπόφοινον καὶ ὑπόπαχυ, ὀδμὴ δὲ πόρρωθεν ἥδιστον. ὀδμὴν δὲ φασιν αὐτοῦ καὶ ὑπὸ πέντε σταδίους.

B μόνῳ δὲ βασιλεῖ κτητὸν ἔστι τοῦτο καὶ τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ. ἔπεμψε δὲ ἐξ αὐτοῦ ὁ Ἰνδῶν τῷ Περσῶν βασιλεῖ. καὶ φησιν ἰδεῖν αὐτὸ Κτησίας, καὶ ὀσφρανθῆναι ὀσμῆς οἵας οὔτε εἰπεῖν ἐῶ, οὔτε εἰκάσαι. ὅτι δὲ τυρὸν καὶ τὸν οἶνον πόρρωθεν φησὶ γλυκύτατον, ὡς αὐτὸς (φησὶ) φαγὼν, μάλα πείρας ἔμαθεν. ὅτι κρήνη ἐν Ἰνδοῖς (φησὶν) ὅσον πέντε ὀργυιῶν ἡ περίμετρος, τετράγωνος δέ· ἔστι δὲ ὕδωρ ἐν πέτρᾳ. βάθος δὲ ἕως μέχρι τοῦ ὕδατος, πηχῶν· ὃ δὲ καθ' ὕδατος,

C τριῶν ὀργυιῶν. λούονται δὲ ἐν αὐτῷ οἱ ἐπισημότατοι τῶν Ἰνδῶν, καὶ ἄνδρες καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες. κολυμβῶσι δὲ, ὅτι πόδας ῥίπτοντες ἑαυτούς. ὅταν δὲ εἰσπηδῶσιν, ἐκβάλλει αὐτοὺς τὸ ὕδωρ ἄνω. οὐκ ἀνθρώπους δὲ μόνον ἀναρρίπτει, ἀλλὰ καὶ ἄλλο ὅ, τι ἂν ᾖ ζῷον, ἐκείπτει εἰς τὸ ξηρὸν, καὶ ζῶν καὶ τεθνηκός. καὶ ἁπλῶς, πάντα τὰ ἐμβαλλόμενα, πλὴν σιδήρου καὶ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ

D καὶ χαλκοῦ· ταῦτα γὰρ δέχεται κάτω. ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ πάνυ ψυχρὸν, καὶ ἡδὺ πιεῖν· ψόφον δὲ πρέπει μέγαν, ὥσπερ ὕδωρ ζέον ἐκ λέβητος. καθαίρει δὲ τὸ ὕδωρ τοῦτο ἀλφοὺς καὶ λεπρώσεις τε. καλεῖται δὲ Ἰνδιστὶ βαλλάδη, Ἑλλωιστὶ δὲ ὠφελίμη. εἰσὶν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἰνδικοῖς, ὅπου ὁ κάλαμος αὐτῶν φύεται,

E ἄνθρωποι· τὸ πλῆθος αὐτῶν ἄγει τε τριάκοντα μυριάδων. τούτων αἱ γυναῖκες ἅπαξ τίκτουσιν ἐν τῷ βίῳ· τὰ τε τέκνα ὀδόντας ἔχει καὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω πάνυ καλούς. τάς τε τρίχας τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς ὀφρύσι, πολιὰς ἔχει πρώτας ἐκ γήρεως, καὶ τὰ θήλεα τὰ ἄρρενα. μέχρι μὲν οὖν τριάκοντα ἐτῶν λευκὰς ἔχει ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων

18

ἐκείνων τὰς τείχας δι' ὅλου τοῦ σώματος· ἄρχονται δὲ ἐκ βάθου μελαίνεσθαι· ἐξήκοντα δὲ ἐτῶν γηρυθέων, ἔστιν ἰδεῖν αὐτοὺς πάσας ἔχοντας μελαίνας. ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ ἄνδρες καὶ ὀκτὼ δακτύλους ἐφ' ἑκατέρᾳ χειρὶ, ὡσαύτως ἀνὰ ὀκτὼ καὶ ὀκτὶ τοῖς ποσὶ, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες ὡσαύτως. εἰσὶ δὲ σφόδρα πολεμικαὶ, καὶ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν ἕπονται τοξόται τούτων πεντακισχίλιοι καὶ ἀκοντισταί. τὰ δὲ ὦτα φησὶ τηλίκα αὐτὰ ἔχειν, ὥστε τοὺς βραχίονας αὐτῶν ὑπ' αὐτῶν καλύπτεσθαι μέχρι τῶν ἀγκώνων, καὶ ὅπισθεν ὧν νῶτον ἅπαντα συγκαλύπτειν. ὃ δὲ οἷς ὃ ἕτερον τὸ ἑτέρου θηλαίνειν.

per totum corpus habet pilos: inde nigrescere incipiunt, adeo vt quum sexagesimum attigerūt, nulli illis pili nisi nigri cōspiciantur. Sunt iisdem & viris & mulieribus octoni in vtraque manu & vtroque pede digiti. Sūt autem bellicosissimi, & Indorū regem sequuntur ex his sagittariorum quinque millia, necnon iaculatores. Aures autem illis tātæ magnitudinis esse dicit vt eorum brachia ad cubitos vsque & ponè totos humeros operiant: esse autem illas contiguas.

Hæc quæ fabulis similia sunt, Ctesias scribens, se verissima scribere ait, & quorum vel ipse testis sit oculatus, vel quæ à testibus oculatis acceperit. Multa autem his mirabiliora se prætermisisse, ne, qui ea non vidissent, scribere ipsum quæ fidem non mererentur, existimarent.

Ταῦτα γράφων καὶ μυθολογῶν Κτησίας, λέγει παλαιὰ γράφειν· ἐπάγων ὡς τὰ μὲν αὐτὸς ἰδὼν γράφει, τὰ δὲ παρ' αὐτῶν μαθὼν τῶν εἰδότων. πολλὰ γοῦν τούτων καὶ ἄλλα θαυμασιώτερα παρέλιπεν, ἵνα ὃ μὴ δόξαι τοῖς μὴ ταῦτα θεασαμένοις ἄπιστα συγγράφειν.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ τοῦ αὐτοῦ Κτησίου Περσικῶν.

EX IISDEM eiusdem Ctesiæ Persicis scriptis.

Παρὰ τῷ Ξενοφῶντι, ἐν τῷ ἀνάβασεως.

Apud Xenophontem libro I, de expeditione Cyri.

ΣΥΝ τούτοις δὲ ὢν [ὁ Κῦρος] καθορᾷ βασιλέα καὶ τὸ ἀμφ' ἐκεῖνον τῖφος· καὶ οὐθεὶς ὅπως ἠνέσχετο, ἀλλ' εἰπών, ὁρῶ τὸν ἄνδρα, ἵετο ἐπ' αὐτόν. καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ πεπώκει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ ἰατρός· καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. παίοντα δ' αὐτὸν ἀκοντίζει τις παλτῷ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· καὶ ἐν τούτῳ μαχόμενοι ἔν τε βασιλεῖ καὶ Κύρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς, ἑκατέρου, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει (παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν) Κῦρος δὲ, αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἐκείνῳ ἐπ' αὐτῷ.

VVM *Cyrus* vnà cū his esset, regem & globū qui illum circumstabat cōspicatur. Ac sta tim continere se non potuit: sed hæc loquutus, Video hominem, in eum inuadit, & infesta hasta per loricam pectus verberat: vt refert Ctesias medicus, qui & vulnus illud se curasse dicit. Dū autem *regem* ferit, in eum nescio quis tragulā magno impetu iaculatur, & sub oculo vulnerat. Hīc pugnantibus rege & Cyro, illísque qui circa ipsos erant, quā multi quidem ceciderint eorum qui regē circumstabant, Ctesias cōmemorat. (apud illum enim erat) Cyrus autem, & ipse occubuit, & octo, fortissimi eorum qui latus eius cingebant, super illo iacebant.

APVD PLVTARCHVM, in Artoxerxis vita.

ΑΠΑΡΑ ΤΩ ΠΛΟΥΤΑΡΧΩ, ἐν τῷ Ἀρτοξέρξου βίῳ.

Cteſiæ narratio, vt breuibus multa perſtringã, huiuſcemodi eſt.

Ἡ δὲ Κτησίου διήγησις, ὡς ὀπιτεμόντι πολλά, σκιαγραφίας ἀπαγγείλας, τοιαύτη τίς ἐστί.

CYRVS, trucidato Artagerſe, equum in regem permiſit, & hic in illum, ſilétio vterque. Occupat Cyri amicus Ariæus ferire regem, nec ſauciauit eum: rex miſſa lancea à Cyro aberrauit, Tiſſaphernem autem fidũ Cyro & fortem virum percuſſit atque interemit. Cyrus intorto per loricã regis iaculo, vulnus pectori illius ingeſſit duos digitos altũ. vnde ille ict⁹ vi defluxit ex equo ad terrã. Fuga & tumultu cohortis regiæ edito, rex aſſurgẽs cum paucis (inter quos fuit Cteſias) tumulum vicinum cepit, vbi tenuit ſe quietum. Cyrũ inter hoſtes volitantem equus ferox longè abſtulit: nec tenebris iam cognoſcebatur ab hoſtibus, & ab amicis quærebatur. Erectus autẽ victoria, ardoríſque & fiduciæ plenus per medios vehebatur hoſtes, clamans, Cedite miſeri. Dũ hoc identidem lingua Perſica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi quum tiara capiti eius defluxiſſet, prætercurrens adoleſcẽs Perſes (Mithridati nomen erat) tempus Cyri iaculo ſecundum oculum ferit, inſcius qui ſit. Eructanti vim ſanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine & ſopore collabitur. Equus fugiens oberrabat: ſtratũ equi prolapſũ capit comes illius qui Cyrum percuſſit, ſanguine redundans. Cyrum ex plaga ægrè tãdẽ colligentem ſe, aſſiſtentes eunuchi pauci alteri equo impoſuere, quò eriperent eum. Quem equitandi impotentem, pedibúſque connitentem ire, ſuſtinentes ducebant: corpore quidem ob vulnus in capite acceptum grauem ceſpitãtémque, ſed victorẽ arbitrantẽ ſe, quòd fugiẽtes audiret,

ΚΥΡΟΣ, ἀποκτείνας Ἀρταγέρσην, ἤλασεν εἰς αὐτὸν βασιλέα ἵππον, καὶ αὐτὸς εἰς ἐκεῖνον, ἀμφότεροι σιωπῇ. φθάνει δὲ βάλλων Ἀριαῖος ὁ Κύρου φίλος βασιλέα, καὶ οὐκ ἔτρωσε. βασιλεὺς δὲ, ἀφεὶς τὸ δόρυ, Κύρου μὲν οὐκ ἔτυχε, Τισσαφέρνην δὲ, πιστὸν ἄνδρα Κύρῳ καὶ γενναῖον, ἔβαλε καὶ κατέκτεινε. Κῦρος δ' ἐπ' αὐτὸν ἐξακοντίσας ἀφῆκε τὸ θώρακος, ἔτρωσε δὲ σῆλος, ὅσον σὺν δύναι δύο δακτύλοις τὸ ἀκόντιον, πεσεῖν δὲ αὐτὸν ἐκ τοῦ τῆς πληγῆς ἀπὸ τοῦ ἵππου. φυγῆς δὲ καὶ ταραχῆς τῶν περὶ αὐτὸν γενομένης, ὁ μὲν, ἀναρας μετ' ὀλίγων (ἐν οἷς καὶ Κτησίας ἰατρὸς) λόφον τινὰ πλησίον καταλαβών, ἡσύχαζε. Κῦρον δὲ τοῖς πολεμίοις ἐφελκόμενον ὁ ἵππος ἐξέφερεν ἐκ τοῦ θυμοῦ μαχραὶ, ἤδη σκότους ὄντος, ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ζητούμενον ἐκ τῶν φίλων. ἐπαιρόμενος δὲ τῇ νίκῃ, καὶ μεσὸς ὢν ὁρμῆς καὶ θράσους, διεξήλασε βοῶν, Ἐξίστασθε πανταχοῦ. τοῦτο δὲ Περσισὶ πολλάκις αὐτὸ βοῶντος, ἐκ μὲν ἐξίσταντο, παρεσκευάζοντες· ἀποπίπτει δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ τιάρα τοῦ Κύρου, καὶ παῖς νεανίας Πέρσης, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀκοντίῳ βάλλει τὸν κρόταφον αὐτοῦ παρὰ τὸν ὀφθαλμόν· ἀγνοῶν ὅστις ἐστίν. πολὺ δὲ αἷμα τοῦ τραύματος ἐκβαλόντος, ἰλιγγιάσας καὶ καρωθεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε. καὶ ὁ μὲν ἵππος ὑπεκφυγὼν ἐπλάζετο· τὸν δ' ἐφίππειον πῶλον ἀπορρύεντα λαμβάνει τῶν τοῦ Κύρου βαλόντος ἀκόλουθος, αἵματος πεπλεω. τὸν δὲ Κῦρον ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέροντα χαλεπῶς καὶ μόλις, βύνοῦχοι τινὲς παρόντες ὀλίγοι ἐπεχείρουν ἐπ' ἄλλον ἵππον ἀναβάσαι, καὶ σώζειν· ἀδυνάτως δ' ἔχοντα, καὶ δι' αὐτὸ πεθυμούμενον βαδίζειν, ἐκ τοῦ λαβόντες ἦγον· τῶν

μὲ σώματι καρηβαρῦντα καὶ σφαλλόμενον, οἰόμενον δὲ νικᾶν· ἀκούοντα τῶν φευγόντων

ἀναβαλουμένων Κῦρον βασιλέα, καὶ φείδεσθαι δεομένων. ἐν δὲ τούτῳ, Καύνιοι τινὲς ἄνθρωποι καὶ χθὲς καὶ ἄπορον, καὶ ταπεινῶν ὑπουργημάτων ἕνεκα τῇ τῶν βασιλέως σκηνῇ παρακολουθοῦντες, ἔτυχον συμμιγέντες, ὡς φίλοι, τοῖς περὶ Κῦρον. ὡς δὲ μόλις σαφῶς εἶδον τὰ τῶν ἐλεφαντίνων φοινικᾶ, (λευκοῖς γὰρ χρωμένων τῶν βασιλικῶν ἀπάντων) ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας. εἷς οὖν ἐκείνων ἐπέλαμψεν ἀγνοῶν ἐξόπισθεν βαλὼν Κῦρον ἀκοντίῳ. τῆς δὲ περὶ τιβίαν φλεβὸς διαῤῥαγείσης, πεσὼν ὁ Κῦρος, ἅμα πρὸς τινι λίθῳ τὸν τετρωμένον κρόταφον, καὶ ἀπεθνήσκει.

Cyrũ regẽ alta voce appellantes, atque vt parceret ipſis orantes. Interea Caunii quidã homines, tenues inopéſque, qui humilium miniſterio rumgratia regis caſtra ſequebantur, confuſi fortè vt amici fuêre cũ illis qui circa Cyrum erant. hi vt tandem punicea ſagula eorum aduertere, (quum regii haberent omnes candida) intellexerunt hoſtes eſſe. Ita vnus eorum auſus eſt, ignarus qui eſſet, Cyrum iaculo à tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapſus Cyrus tempus ſimul ſaucium ad ſaxum offendit: vnde animam exhalauit.

ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ Πλουτάρχῳ, ὀλίγῳ ὕστερον,

APVD EVNDEM Plutarchum, paulo pòſt,

ΕΞΕΛΑΚΕΙ δὲ [ὁ Ἀρτοξέρξης] (ὡς ὁ Κτησίας φησὶν) ὅτι ἐν μάχῃ, τεσσαράκοντα μυριάσιν· ὁ δὲ περὶ Δείνωνα καὶ Ξενοφῶντα, πολὺ πλείονας ἡμέσθαι λέγουσι τοὺς μεμαχημένους. ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας, ἐννακισχιλίους ἀνενεγθῆναι φησὶ πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην· αὐτὸς δὲ δισμυρίων οὐκ ἐλάττους φανῆναι τοὺς πεπτωκότας. ταῦτα μὲν οὖν ἔχει διαμφισβήτησιν. ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἤδη ψεῦσμα, τὸ περιφθῆναι φάσκειν πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν, μετὰ Φαύλλου τοῦ Ζακυνθίου καὶ τινῶν ἄλλων. ὁ γὰρ Ξενοφῶν ἠπίστατο σὺν Κλεαρχείοντα βασιλεῖ Κτησίαν. μέμνηται γὰρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς βιβλίοις τούτοις ἐντετυχὼς δῆλός ἐστιν. οὐκ ἂν οὖν ἐλθόντα, καὶ λόγων τοσούτων ἑρμηνέα γεγόμενον, παρῆκεν ἀνώνυμον, Φαύλλον δὲ καὶ Ζακύνθιον ὠνόμαζεν. ἀλλὰ δαιμονίως ὁ Κτησίας, ὡς ἔοικε, φιλότιμος ὢν, καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων καὶ φιλοκλεάρχου, ἐν τῇ διηγήσει χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν, ἐν αἷς μάλιστα, πολλὰ καὶ καλὰ μεμνήσκεται Κλεάρχου καὶ τῆς Λακεδαίμονος.

EDVXERAT autẽ *Artoxerxes* (vt Cteſias autor eſt) in aciẽ quadringena millia: Dinon & Xenophon multo plures fuiſſe qui conflixêre memorant. Inito cæſorũ numero Cteſias nouem millia capitũ relata perhibet ad Artoxerxem: ſibi verò non minus xx millia viſos qui cecidêrant. Verùm hæc in controuerſia fuere. Illud verò iam Cteſiæ nobile eſt mendaciũ, qui ſe cum Zacynthio Phayllo & quibuſdã aliis miſſum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio Cteſiam. Siquidem meminit eius, & conſtat hoſce libros eum voluiſſe. Quare nuntium eum & tantæ legationis interpretem nõ præteriſſet tacitũ: at Phaylli Zacynthii mentionẽ feciſſet. Sed mirè ſcilicet ambitioſus Cteſias, nec ſecius Laconum & Clearchi ſtudioſus, paſſim in hiſtoria aliquas ſibi ipſe attribuit partes: in quibus quum eſt, multa & præclara de Clearcho commemorat & de Lacedæmone.

APVD EVNDEM Plutarchum, in eadem vita,

ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Πλουτάρχω, ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ,

POST QVAM autē Clearchum aliósque duces interposito iureiurando circumuenit Tissaphernes, cōprehensósque & vinculis astrictos ad regem misit: rogatum refert se à Clearcho Ctesias vt pectinis copiā sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatúmque pectinis vsu, & annulum suum amicitiæ mutuę ad necessarios & familiares Lacedæmone suos insigne sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria quæ Clearcho mittebantur, à concaptiuis militibus interuersa & consumpta, pauca verò ex illis relicta Clearcho. Cui rei etiam refert se remedium Ctesias adhibuisse, effecisséque vt copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus separatim præberentur alia: atque hæc subministrasse & suppeditasse ex beneficio & sententia Parysatidis. Quum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria perna, orasse ipsum Clearchum ac subiecisse, modicum pugionē vt in carnem conditum clàm sibi mitteret, neque sineret vt regis fata sua paterent atrocitati: cæterùm abnuisse metu se. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate iureiurando annuisse: verùm impulsu inde Statiræ cunctos fuisse ab eo præter Menonem trucidatos. Hinc Statiræ tetendisse Parysatidem insidias, virúsque ei concinnasse. Verùm parum probabilia affert, & coniuncta cum absurda causa, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese præcipitauisse Parysatidē Clearchi gratia, sustinentem iustam regis cōiugem liberorúmque consortē ad regnum educatorum necare. Cæterùm nō obscurè exaggerat hæc ad Clearchi commendandā memoriam. Etenim attexit hoc quoq; duces obtrūcatos cæteros fuisse à canib⁹ & alitib⁹ laniatos: Clearchi cadaueri venti procellā cumulú terræ excitasse atque iniecisse corpori, idque contexisse.

Ἐπεὶ δὲ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς Τισσαφέρνης ἐξαπάτησεν καὶ περιέσπασεν ὅρκων ἐμομόνων, καὶ συλλαβὼν αἰκίσμασι καὶ πέδας δεδεμένους, δεηθῆναι φησὶν αὐτοῦ τὸν Κλέαρχον ὁ Κτησίας ὅπως κτενὸς ἐπορήσειε. τυχόντα δὲ, καὶ θεμελιώσαντα τὴν κεφαλὴν, ἁθῆναί τε τῇ χειρὶ, καὶ τὸν δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς καὶ οἰκείους. εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῇ σφενδόνῃ Καρυατίδας ὀρχουμένας. τὰ δὲ πεμπόμενα σιτία τῷ Κλεάρχῳ τοὺς συνδεδεμένους στρατιώτας ἀφαιρεῖσθαι καὶ κατεσθίειν, ὀλίγα τοῦ Κλεάρχου διδόντας ἀπ' αὐτῶν. ἰᾶσθαι δὲ καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας, πλείονα τοῦ Κλεάρχου πέμπεσθαι διαπραξάμενος, ἰδίᾳ δὲ ἕτερα τοῖς στρατιώταις δίδοσθαι. καὶ ταῦτα μὲν ὑποθυμηνάμενος καὶ παρασχεῖν, χάριτι καὶ γνώμῃ τῆς Παρυσάτιδος. πεμπομένου δὲ καθ' ἡμέραν τῷ Κλεάρχῳ κωλίου ὑπὸ τοῖς σιτίοις, προσκαλεῖν αὐτὸν καὶ διδάσκειν ὡς χρὴ μικρὸν εἰς τὸ κρέας ἐμβαλόντα μαχαίριον, ἀποκρύψαντα πέμψαι, καὶ μὴ προϊδεῖν ἐν τῇ βασιλέως ὠμότητι τὸ τέλος αὐτοῦ βουλόμενον. αὐτὸν δὲ φοβούμενον, μὴ ἐθελῆσαι. βασιλέα δὲ τῇ μὲν μητρὶ παραιτουμένῃ μὴ κτεῖναι τὸν Κλέαρχον, ὁμολογῆσαι καὶ ὀμόσαι. πεισθέντα δὲ αὖθις ὑπὸ τῆς Στατείρας ἀποκτεῖναι πλὴν τοῦ Μένωνος. ἐκ δὲ τούτου τὴν Παρύσατιν ὑποβουλεῦσαι τῇ Στατείρᾳ, καὶ συσκευάσασθαι τὴν φαρμακείαν καθ' αὐτῆς. οὐκ εἰκότα λέγων, ἀλλὰ πολλὴν ἀλογίαν ἔχοντα τῆς αἰτίας, εἰ δεινὸν ἔργον οὕτως ἔδρασε καὶ παρεκινδύνευσεν ἡ Παρύσατις, διὰ Κλέαρχον ἀνελεῖν τολμήσασα τὴν γνησίαν βασιλέως γυναῖκα, καὶ τέκνων κοινωνὸν ὑπὲρ βασιλείας πεφυκότων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ὑπέρογκα δεῖται τῆς Κλεάρχου μνήμης. καὶ γὰρ ἀναιρεθέντων φησὶ τῶν στρατηγῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ κυνῶν ἁπαντᾶσθαι καὶ ὀρνέων· τοῦ δὲ Κλεάρχου νεκρῷ θύελλαν ἀνέμου γῆν τινα πολλὴν φέρουσαν ἐπιχῶσαι, καὶ ἐπικρύψαι τὸ σῶμα.

Φοινίκων δέ τινων ἀφαιρέτων, ὀλίγῳ χρόνῳ θαυμαστὸν ἄλσος αἰσθῶαι, καὶ κατασκιάσαι τὸν τόπον. ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα μεταμέλῃ, ὡς ἄνδρα θεοῖς φίλον αἰτρηκότι Κλέαρχον. ἡ δ' οὖν Παρύσατις, μίσους τε πρὸς τὴν Στάτειραν ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένου καὶ ζηλοτυπίας, ὁρῶσα τὴν μὴν αὐτῆς δύναμιν, ἀδουλώτου βασιλέως καὶ τιμῶντος οὕσην, τὴν δ' ἐκείνης, ἔρωτι καὶ πίστει βέβαιον καὶ ἰσχυράν, ἐπεβούλευσεν, ὑπὲρ τῶν μεγίστων, ὡς ᾤετο, παραβαλλομένη. θεράπαιναν εἶχε πιστὴν καὶ δυναμένην πρὸς αὐτῆς μέγιστον, ὄνομα Γίγιν. ταύτην ὁ μὲν Δείνων ὑπουργεῖσθαι τὴν φαρμακείαν φησί, συγγνώμην δὲ μόνον ἄκουσαν ὁ Κτησίας. τὸν δὲ δόντα τὸ φάρμακον αὐτὴ μὲν ὀνομάζει Βελιτάραν, ὁ δὲ Δείνων, Μελάντην. ἐκ δὲ τῆς πρόσθεν ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμενοι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλοις, ὅμως τὴν δεδιέναι καὶ φυλάττεσθαι, τοῖς αὐτοῖς σιτίοις καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐσθιόντων. γίνεται δὲ μικρὸν ἐν Πέρσαις ὀρνίθιον, ᾧ περιττώματος οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅλον σφίκλεως πιμελῆς τὰ ἐντός· ἢ καὶ νομίζουσιν ἀέρι καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῷον. ὀνομάζεται δὲ ῥυντάκης. τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας μικρᾷ μαχαιρίδι κεχρισμένῃ τῷ φαρμάκῳ κατὰ θάτερα τὴν Παρύσατιν διαιρεθῆναι, ἐκμάξαι τῷ ἑτέρῳ μέρει τὸ φάρμακον. καὶ τὸ μὲν ἄλλο κρέας καὶ καθαρὸν εἰς τὸ στόμα βαλεῖν αὐτῇ ἐθέλειν, δοῦναι δὲ τῇ Στατείρᾳ τὸ πεφαρμαγμένον. ὁ δὲ Δείνων, οὐ τὴν Παρύσατιν, ἀλλὰ Μελάντην, τέμνοντα τὰ μαχαιρίῳ τὰ φαρμακώδη τῶν κρεῶν, πιθέναι κατὰ τὴν Στάτειραν. ἀποθνῄσκουσα γοῦν ἡ γυνὴ μετὰ πόνων μεγάλων καὶ ἀσαφῶν, αὐτή τε συνῃνθάνετο τὸ κακόν, καὶ βασιλεῖ προσέφερε ὑποψίαν κατὰ τῆς μητρός, εἰδότι τὸ φιλοῦν αὐτῆς καὶ δυσμείλικτον. ὅθεν αὐτὸς ὅτι τὴν ζήτησιν ὥρμησαι, τοὺς μὲν ὑπηρέτας καὶ πραττόμους τῆς μητρὸς συνέλαβε καὶ κατέβαλλε· τὴν δὲ Γίγιν ἡ Παρύσατις πολὺν χρόνον εἶχεν οἰκοι μετ' αὐτῆς, καὶ βασιλέως ἐξαιτουμένου, οὐκ ἔδωκεν· ἀλλ' ὕστερον αὐτῆς δεηθείσης εἰς τὸν οἶκον ἀφεθῆναι νυκτός, αὐθόμως καὶ λόγῳ ὑφεὶς σιωπήσασα, καὶ κατέγνω θανάτου.

A quo loco enato palmeto, breui eximium nemus excreuisse ac locum eum inūbrasse. itaque magna ductum pœnitentia regem, quòd virum diis charum peremisset Clearchum. Paryſatis ergo, quum odium iam inueteratum atque æmulationem concepisset in Statiram, cernens potentiam ſuam à rege ſe reuerente & honorante proficiſci, illius verò amore & fide ſtabilem firmámque, inſtruxit ei inſidias, de B ſumma, vti arbitrabatur, aleam iaciēs. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipſam poterat, Gigim dictā. quam adminiſtrā veneni Dinon tradit fuiſſe, cōſciam modò inuitam Cteſias. Illum qui venenum dedit, hic Belitaram appellat, ille Melātam. Inſtituentes autem ex ſuperioribus ſuſpicionibus ac ſimultate congredi denuo & vnà cœnare, cum metu tamē & cautione iiſdem epulis atque ab iiſdem C vtebātur paratis. Naſcitur apud Perſas exigua auis, quæ omni caret excremento, habétque inteſtina omnia adipe differta: vnde vento arbitrantur & rore hoc animal viuere: Ryntaces dicitur. Hanc autumat Cteſias cultello, quem altero latere illeuerat toxico, diſſecuiſſe Paryſatidem, atq; infeciſſe alteram partem veneno, partem ſynceram & puram ori ingeſtam ipſam mādiſſe, Statiræ verò dediſſe virulentam. D Dinon, nō Paryſatidem, ſed Melantam medicatas carnes ſecuiſſe cultro & Statiræ appoſuiſſe. Quum animam igitur magnis cum cruciatibus & doloribus ageret mulier, & ipſa olfecit maleficium, & ſuſpicionem regi aduerſus matrem attulit, feritatem illius & animum implacabilem cognoſcēti. Vnde quæſtioni extemplo intentus, miniſtros matris & ſtructores corripuit ac tormentis lacerauit: at Gigim diu Paryſatis in cubiculo ſuo tenuit, depoſcentíque denegauit regi: verùm pòſt oranté illa vt domū E nocte dimitteretur, certior factus locatis inſidiis cōprehēdit Gigī, eámque rei capitalis damnauit.

EX IISDEM AEK TΩN AYTΩN eiusdem Cteſiæ Perſicis ſcriptis, aut aliis.

τοῦ αὐτοῦ Κτησίου Περσικῶν, ἢ ἄλλων συγγραμμάτων.

APVD ATHENAEVM, Dipnoſoph. XIII.

QVINETIAM Cábyſi ſuſcipiendæ in AEgyptum expeditionis (vt ſcribit Cteſias) cauſa fuit mulier. Nam quum AEgyptias mulieres in congreſſu præſtare cæteris intellexiſſet, ad Amaſin AEgypti regem miſit, vnam ex eius filiabus in vxorem poſcens. At hic è ſuis quidem vnã haud miſit, ſuſpicatus illi non habitum iri honorem vxori debitum, ſed pallacæ. verùm Apriæ filiam Neutetin. Exciderat autẽ regno Apries, propter cladem *in pugna* aduerſus Cyrenenſes acceptam, & ab Amaſi fuerat interfectus. Cambyſes Neutetidis cõſuetudine delectatus, & valde in amorem eius illectus, omnia ex illa diſcit: & quum oraſſet eũ vt cædem Aprię patris vlciſceretur, perſuadet vt bellum AEgyptiis inferat.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΘΗΝΑΙΩ, Δειπνοσοφ. ιγ.

Καὶ ἡ ὑπ' Αἰγύπτου δὲ Καμβύσου στρατεία, ὡς φησὶ Κτησίας, διὰ γυναῖκα ἐγήνετο. ὁ γὰρ Καμβύσης, πιθανόμενος τὰς Αἰγυπτίας γυναῖκας ἐν ταῖς συνουσίαις διαφέρειν τῶν ἄλλων, ἔπεμψε πρὸς Ἄμασιν, τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα, μίαν αὐτῶν πρὸς γάμον τῶν θυγατέρων. ὁ δὲ τῶν μὲν ἑαυτοῦ οὐκ ἔδωκεν, (ὑπονοήσας μὴ γυναικὸς ἕξειν αὐτῷ τιμήν, ἀλλὰ παλλακίδος) ἔπεμψε δὲ τοῦ Ἀπρίου θυγατέρα Νίτητιν. ὁ δὲ Ἄπρίης ἐκπεπτώκει τῆς Αἰγυπτίων βασιλείας, διὰ τὴν ἧτταν ἣν ἡττήθη πρὸς Κυρηναίους, καὶ ἀπήρτο ὑπὸ Ἀμάσιδος. πυθεὶς οὖν ὁ Καμβύσης τῇ Νίτητιδι, καὶ σφόδρα ἐρεθισθείς, ἐκμανθάνει παρ' αὐτῆς τὰ πρῶτα· καὶ δεηθείσης ἐκδικῆσαι τὸν Ἄπρίου φόνον, πείθει πολεμῆσαι Αἰγυπτίοις.

Apud eundem, Dipnoſoph. XII.

CTESIAS libro Perſicorũ tertio ſcribit, omnes quidé quotquot in Aſia regnarunt, luxui & voluptatibus deditos fuiſſe, ſed præ cæteris Ninyam, Nini & Semiramidis filium. Ac certè hic quoque voluptatibus domi indulgebat, ita vt à nemine cõſpiceretur, præterquam ab eunuchis & ſuis vxoribus. Talis autẽ erat & Sardanapalus, quem alii Anacindaraxis, alii Anabaxaris filium fuiſſe memorant. Ac quũ Arbaces, genere Medus, vnus è ducibus qui illi ſuberant, egiſſet cum Parameize, &c.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Δειπνοσοφ. ιβ.

